JO. ALBERTI FABRICII ... BIBLIOTHECA GRAECA, SIVE NOTITIA SCRIPTORUM VETERUM...

Johann Albert Fabricius

Digitized by Google

4010

Digitized by Google

A

Digitized by Google

A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

JO. ALBERTI FABRICII,

SS. Theol. D. & Prof. Publ.

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER IV.

De libris Sacris Novi Fœderis, Philone item atq; Josepho, & aliis scriptoribus claris à tempore Nati CHRISTI Salvatoris Nostri ad Constantinum M. usq;.

Accedunt

CL. PTOLEMÆI liber de Apparentiis fixarum, nunc primum Græce editus addita versione, & PHILIPPI LABBEI S. J. Elogium Galeni Chronologicum.

HAMBURGI

Sumtu CHRISTIANI LIEBEZEIT.

Typis Spiringianis A. C. cIↃ IↃccVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO ILLUSTRISSIMO

MAGNO DE WEDDERKOP,

SERENISSIMI

DUCIS REGNANTIS SLESWICI ET HOLSATIÆ MINISTRO PRIMARIO ET PRÆSIDI CONSILII INTIMI, PRÆFECTO IN TREMSBUTTEL, ET CAPITULI LUBECENSIS CANONICO, DOMINO HEREDITARIO IN STEINHORST, MOISLINGEN, TANGSTED, SEEGARDEN &c. &c. &c.

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

QUanquam incredibilis est amor Tuus in litteras, EXCELLEN-

Digitized by Google

TISSIME ac verè MAGNE WEDDERKOPFI, qualem ſcilicet convenit eſſe in eo, qui ipſe adyta illarum acceſſit & penetravit, nihilq; in iis reliquit intentati atque inexcuſſi: tanto tamen magis ſpero, haud ingratum fore præſens quod offerre Tibi audeo volumen, quod in eo non de aliis tantummodo varii argumenti præclaris Scriptoribus, ſed præcipue de ſacris Divinæ Religionis noſtræ libris diſſeritur. Nihil enim Tibi ſcio magis eſſe cordi, quam ut Divinis illis oraculis Chriſtianum pectus Tuum paſcas, inque ſanctiſſima CHRISTI præcepta aſſidue intuearis, atque è cœleſtis Verbi fonte vivo adverſus mala quævis & pericula, mortem denique

ipſam

ipſam ſolatium Tibi ſpem, fiduciam & gaudium haurias perpetuum & immarceſcibile. His Pietatis ſuperſtructa atque innixa fundamentis facile cœlo aſſurgit admirabilis illa Prudentia Tua ac Virtus, quæ in tantum Te faſtigium evexit, tot Principibus ob ſollertiam, conſilium in negotiis difficillimis, fidem, induſtriam chariſſimum reddidit, integras Tibi obligavit regiones, invidiam denique ipſam & inimicorum conatus longe infra Te poſuit, & ne valerent Tibi nocere, egregie proſpexit atque impedivit. Alieniſſimus autem à faſtu cum ſis, & in tanta dignitate (qua longe minor etiam excutere multis ſolet ſenſum communem) humaniſſimus adverſus omnes, litteris maxime operantes, unde eruditorum natio Te velut communem Mæcenatem ſuum ſuſpicit colitque: confido hoc quod pro ſingulari Tua & immerita prorſus in me benevolentia jampridem Tibi debeo obſervantiæ meæ veriſſimæ ac devotæ pignus, à Te in meliorem partem acceptum, libroque huic locum conceſſum iri in Bibliotheca Tua locupletiſſima, ju-

cundiſſimo Tuo à graviſſimis negotiis ſeceſſu. Faxit DEUS, ut inter res publice privatimque proſperas cruda & viridi ſenecta, qua divino beneficio per ſobrietatem tuam moderationemque hactenus uteris, etiam impoſterum quam diutiſſime utaris, gaudio CELSISSIMÆ & SERENISSIMORUM PRINCIPUM, ac communi HOLSATIÆ bono, & cum ſapientiſſimo illo Romanorum nihil quicquam habeas quo accuſes ſenectutem, multa vero illi debeas, atque inter alia præclara hoc, ut divino munere conceſſos liberos Tuos, qui tuarum jam Virtutum veſtigiis ſtrenue inſiſtunt, dignitatum quoque Tuarum meritorumque veſtigia feliciter legentes intueri, antequam rebus humanis valedicas, cum ſumma voluptate poſſis. Scripſi Hamburgi VI. Iduum Martii, Anno Chriſtiano cIↃ IↃccVIII.

Ad

Ad Lectorem.

Nihil habeo quod multis temorer, quisquis es, qui notitia Græcorum & ſacrorum præcipue ſcriptorum caperis: tantummodo es mihi rogandus, ut quod vides à me tibi hic exhiberi recens volumen, accipias non minus ſerena fronte, quam duo priora, proximeque ſi DEUS valetudinem conceſſerit, à me exſpectes, quæ propter occupantem conatus meos mercatum Francofurtenſem adjungi jam non potuit partem libri quarti alteram, in qua hæc tibi capita ſeſe offerent ſtudio qualicunque meo explicata:

1. *De Nicomacho Geraſemo, Diophanto & aliis Arithmeticis.*

2. *De Philoſophis M. Antonino, Maximo Tyrio, Alcinoo, Alexandro Aphrodiſienſi, Plotino & Porphyrio.*

3. *De Hermogene, Ariſtide, Longino & aliis Rhetoribus editis, ineditis, atque deperditis.*

4. *De Julio Polluce & aliis Lexicorum Græcorum ſcriptoribus.*

5. *De Hephæſtione, Apollonio Dyſcolo, Herodiano, & aliis Grammaticis editis, ineditis atque deperditis.*

6. *De Philoſtratis, Calliſtrato &c.*

7. *De Scriptoribus Græcis usque ad Conſtantinum Magnum Chriſtianis.*

Sed ut uno conſpectu etiam videas, ec quid ex hoc ipſo quod præ manibus nunc habes Volumine posſis tibi polliceri, præfixi ſimiliter capitum illius elenchum, qui & qualiscunque indicis inſtar tibi interim in librum futurus eſt, donec communes & uberrimos in totum opus indices, univerſis ſex libris abſolutis ſubjicere dabitur. Vale.

INDEX

15. *De Pausaniæ & Polyæni scriptis editis ac deperditis, & index scriptorum à Pausania laudatorum.* 467.

16. *Luciani vita & scriptorum catalogus ordine litterarum digestus cum variis observationibus. Luciani editiones & alii decem hoc nomine.* 485.

17. *Elogium Galeni Chronologicum & vita auctore Phil. Labbeo. Scripta Galeni quæ exstant recensita ordine litterarum cum variis observationibus ad paginas triplicis editionis Græcæ Basileensis, latinæ Juntarum & Græcolatinæ Parisiensis. Scripta Galeni deperdita, Editiones & index scriptorum à Galeno allegatorum.* 590.

18. *De Sexto Empirico & ejus scriptis atque editionibus, addito indice pleniore Auctorum ab eo laudatorum.* 509.

19. *De Diogene Laertio ejusque Pammetro & Opere de vitis Philosophorum & hujus interpretes atque editiones. Index scriptorum ab eo allegatorum, ex editione Vet-steniana.* 600.

20. *De Oppiani Scriptis, scholiaste, Paraphrasi Eutecnii, interpretibus & editionibus. De Dipnosophisticis Athenæi eorumque Epitome & editionibus. Plures hoc nomine, & Index scriptorum ab Athenæo allegatorum, illo qui est in editione novissima, locis variis plenior & emendatior.* 625.

21. *De Æliani unius an duorum scriptis editis perditisque & eorum quæ exstant editionibus. Index scriptorum in Varia & animalium Historia allegatis.* 696.

Indi-

Indices ſcriptorum allegatorum ab

Æliano 707.
Artemidoro 407.
Athenæo 635.
Diogene Laertio 612.
Euſtathio ad Dionyſium 28.
Galeno 560.
Geographis minoribus Clariſſ. Hudſoni 40.
Flavio Joſepho 255.
Pauſania Cæſareenſi 472.
Phlegonte Trailliano 402.
Plutarcho 374.
Proverbiorum Græcorum ſcriptoribus 286.
Sexto Empirico 595.
Stephani Byz. fragmento Segvieriano 55.
Stephani Epitome 57.
Strabone 9.

BI-

INDEX CAPITUM

Libri Quarti.

Caput 1. *De Strabone Amaseno, ejusque scriptis editis ac deperditis, & de Operis Geographici Græca Epitome, editionibus atque interpretibus, & Index scriptorum à Strabone laudatorum. Alii Strabones decem.* 1.

2. *De Dionysio Periegete ejusq; editionibus & interpretibus, tum index scriptorum ab Eustathio ad Dionysium allegatorum. Præterea de Scylace, Isidoro Characeno, Scymno Chio, Marciano Heracleota, Artemidoro Ephesio, aliisque Geographis editis & ineditis, de Chartis Geographicis, Notitiis Episcopatuum &c. Eusebio etiam de locis Hebraicis & Stephano Byzantino, à quo allegatorum scriptorum index locupletior subjicitur.* 21.

Digitized by Google

3. *De Medicis Doſcoride, Aretæo & Rufo, ſingulorumque ſcriptis editis ac deperditis & vulgatorum editionibus.* 88.

4. *De Philone Judæo, ſcriptorum editorum ac deperditorum Catalogus & ordo, (ſuppoſitorum quoque) cum variis obſervationibus. Editiones item atque interpretes, & Philones varii amplius quadraginta.* 104.

5. *Tabula Chronologica & Hiſtoria brevis Critica ſcriptorum Novi fœderis, Canon & Ordo librorum: Codices MSti, editiones, Verſiones & Commentari veterum ac ſelecti recentium in N. T. Diſtinctio in capita & στίχους, De lingua Helleniſtica & ſtylo N. T. De Epiſtolis Clementis Romani & Barnabæ, & de Apocryphis ſub CHRISTI, Mariæ & Apoſtolorum nomine jactatis.* 122.

Digitized by Google

6. De Flavii Josephi vita & scriptis editis ac perditis vulgatorumque editionibus. Testimonium de CHRISTO. Josephus PseudoGoronides ejusque interpretes & editiones. Alii Josephi qui Græce scripsere. Scriptores Græci deperditi de rebus Judæorum, Index Scriptorum à Josepho allegatorum. 228.

7. De Epicteto Philosopho, ejus vita, Enchiridii interpretibus Arriano, Simplicio, S. Nilo qui Græcam paraphrasin Christianam condidit, & variis editionibus. Sententiæ Epicteti quæ in Arriano haud leguntur. 256.

8. De Flavio Arriano ejusque scriptis editis ac deperditis & eorum quæ exstant editionibus. 269.

9. De Zenobio, Diogeniano & aliis proverbiorum scriptoribus Græcis cum indice auctorum ab illis allegatorum. Catalogus scriptorum deperditorum & quamplurium recentium de eodem argumento. 280.

10. De Dione Chrysostomo ejusque dissertationum argumenta & editiones. De Dionis Cassii Historia Romana ejusque Epitomatore Joanne Xiphilino, &

de vita Alexandri Severi, quam velut è Græca versam confinxit & Anglice edidit Tho. Elyotus. 305.

11. *De Plutarchi Chæronensis vita & scriptis editis ac deperditis, cum variis observationibus. Lampriæ libellus de Plutarchi scriptis Græce & latine. Alii duodecim Plutarchi. Index scriptorum à Plutarcho allegatorum.* 329.

12. *De Appiani Alexandrini libris editis ac deperditis, eorumque quæ exstant editionibus.* 390.

13. *De Phlegonte Tralliano ejusq; scriptis editis ac deperditis, libro item de Nilo quem ei tribuit Menagius. De Artemidoro, Astrampsycho, Nicephoro, Achmete & aliis Onirocriticis. Indices scriptorum à Phlegonte & Artemidoro allegatorum. Artemidori varii.* 397.

14. *De Claudio Ptolemæo ejusque Geographia, Magna Syntaxi, libro de Judicandi facultate atque animi principatu, & aliis scriptis editis, suppositiis ac deperditis, eorumque quæ exstant editionibus. Liber de apparentiis fixarum nunc primum Græce editus integer è MS. Saviliano. Alii Ptolemæi. De globis cœlestibus veterum & similibus instrumentis Astronomicis.* 411.

15. *De*

BIBLIOTHECÆ GRÆCÆ

LIBER IV.

DE SCRIPTORIBUS,

qui claruerunt à nato CHRISTO Salutificatore noſtro usque ad Conſtantini M. tempora.

CAPUT I.

De STRABONE Amaſeno.

De Strabonis nomine, genere, & ætate. 1. Opus Geographicum. 2. Gemiſti Plethonis emendatio errorum Strabonis, Veterumque de Strabone teſtimonia. 3. Strabonis Epitome, quando compoſita, ejusque editiones. 4. Editiones Strabonis. 5. Scripta Strabonis deperdita. 6. Alii Strabones decem. 7. Index ſcriptorum in Opere Strabonis Geographico allegatorum. 8.

1.

STRABONEM, non *Stratonem* appellatum fuiſſe Viruſii eruditione & judicio præſtantiſſimum, de cujus opere Geographico in præſenti dicere inſtitui, facile evicerit adverſus novam Franciſci Patricii (a) ſuſpicionem conſenſus tot veterum ſcriptorum ſub Strabonis nomine illud laudantium, & auctoritas codicum MSS. ex quibus tam opus ipſum, quam græca epitome ejus eſt expreſſa. Genus duxit nobile Strabo e Cnoſſo Cretæ civitate, in qua Dorylaus tacticus Mithridatis Evergetæ amicus e Macetide Sterope ſuſtulit Stratarcham in extrema ſenectute Straboni adhuc viſum & Lagetam, cujus filia fratri Moaphernis nupta peperit matrem Strabonis. Dorylai Tactici frater fuit Philæterus, cujus filius e Mithridatis Eupatoris ducibus unus regi chariſſimus & ſummo in Comana Ponti ſacerdotio regia proxima dignitate (confer A. Hirtium de bello Alex. c. 66.) functus patruo cognominis fuit, neque plura de genere materno noſtri obſervavit eruditorum (b) induſtria, de paterno ne tantillum quidem. Patria fuit Apamea Cappadociæ ſive Ponti civitas, unde Joſepho & aliis Cappadox dicitur. Audivit in Grammaticis Tyrannionem atque Ariſtode-

(a) Lib. 3. diſcuſſ. Peripatet. Tom. 1. p. 29. ſeq. Argumento utitur duplici Patricius, *unum* eſt, quod Athenæus l. 14. p. 657. notat Strabonem libro VII. teſtari, quod Poſidonium Stoicum Scipionis Africani æqualem notum habuerit, Operis Geographici auctor vero ſcripſerit ſub Tiberio, hoc eſt 150 amplius poſt captam Carthaginem annis, neque usquam in libris, qui exſtant, teſtetur ſe Poſidonium ἐγνωκέναι. *Alterum*, quod Suidas poſt commemoratum Strabonem, Stratonis meminit his verbis: Στράτων Ἀμασεὺς φιλόσοφος γέγονεν ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος καὶ ἔγραψε γεωγραφίαν ἐν βιβλίοις ζ. Huic Patricii ſententiæ ſingularem librum oppoſiturum ſe promiſit Caſaubonus præf. ad Strabonem, qui licet editus non fuit, non tamen admodum difficile eſt ad ejus argumenta reſpondere. Nam Svidam erraſſe non dubito, quando Stratonem nobis Geographiæ auctorem pro Strabone ingeſſit, Athenæum vero duos confudiſſe Poſidonios, unum Scipionis, ſi forte familiarem & alterum Poſidonium Apameenſem qui Pompeji amicus fuit & de quo Strabo lib. 16. Ποσειδώνιος ὁ Στωικὸς ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς φιλοσόφων πολυμαθέστατος. Confer, ſi placet, quæ de pluribus Poſidoniis ſupra in Stoicorum notitia dixi, & quæ contra Patricium diſputat Marſilius Cagnatus III, 20. Var. Obſervationum in face artium Gruteriana T. 3. p. 608. & Jonſius p. 202. Imaginem Strabonis neſcio qua fide dat Joh. Sambucus in iconibus num. LXIV.

(b) Cagnatus p. 602. & Caſaubonus Præf. de Strabone & ejus ſcriptis. Præcipue Xylander erudita in Strabonem præfatione.

ſtodemum & hunc in Rhetoricis quoque mane, cum pomeridianis horis Grammatica tradentem auſcultaret. E Philoſophis frequentavit Xenarchum Seleucienſem Peripateticum & cum Boëtho ſe in dogmatibus Ariſtotelis exercuit, attamen Peripateticis amplius probavit Stoicos ut adverſus Xylandrum demonſtrat Caſaubonus non uno loco ſuarum in Strabonem notarum, & in præfat. tum Voſſius II. 6. de Hiſtoricis Græcis. Athenodorum celebrem ſub Auguſto Stoicum ἑταῖρον ſuum vocat Strabo XVI. p. 779. Itinerum paſſim à ſe ſuſceptorum facit ipſe quoque mentionem, Ægyptumque, Aſiam, & Græciam atque Italiam, ſed & Sardiniam & alias inſulas perluſtraſſe ſe teſtatur. Ab Armenia usque verſus occaſum ait ſe profectum ad Hetruriæ loca Sardiniæ oppoſita, & verſus meridiem ab Euxino Ponto usque ad extrema Æthiopiæ. Germaniam ipſe non adiit, unde tanto minus mirum, quod perturbatorie, ac parum bona fide has regiones deſcripſiſſe queritur Phil. Cluverius III. 1. Germaniæ antiquæ, & quod in deſcriptione Germaniæ multos eum commiſiſſe errores arguit Herm. Conringius. Licet & circa Germaniam Strabonis induſtria celebratur ab Ægidio Tſchudo in Epiſt. ad Beatum Rhenanum inter Philologicas à Goldaſto editas p. 224. Ælio Gallo, qui exercitum ſub Auguſto Imp. in Arabiam felicem duxit ſocium ſe & amicum fuiſſe refert lib. 2. p. 118. & cum eo in Ægypto admirandam Memnonis ſtatuam contemplatum lib. 17. p. 816. Multos memorat paſſim æquales ſuos Cn. Piſonem, Athenodorum, Boethum, variaque, quæ temporibus ſuis contigiſſe animadvertit, quæ ex ejus libris congeſſit Marſilius Cagnatus III. 20. Var. Obſervationum. Ex pluribus autem locis perſpicuum eſt eum Auguſti & Tiberii ætate floruiſſe & quidem librum IV. p. 206. ſcripſiſſe ſe innuit anno U. C. 771. Tiberii V. cum ante annos 33. Norici eſſent à Tiberio & Druſo devicti, quod Dio l. 54. p. 536. notat factum M. Druſo Libone & L. Calpurnio Piſone CoSS. Anno U. C. 739. Cum vero librum XII. componeret p. 576. Cyzicenis nondum ademerat Tiberius libertatem, quod anno U. C. 778. Cornelio Coſſo & Aſinio Agrippa Coſſ. anno XII. Tiberii factum conſtat ex Taciti IV. 36. Annal. Pulchre etiam Voſſio obſervatum, quod * Gallus, quem amicum ſibi fuiſſe teſtatur Strabo, manus ſibi violentas intulit jam Anno U. C. 728. (confer Dionem lib. 53. p. 512.) ut adeo Strabonem

* Qui aliis Cornelius, Straboni & Joſepho eſt Ælius Gallus, fortaſſis propter ſcripturæ compendium librariis Ælium pro Cornelio legentibus, ΑΙΛΙΟΣ pro ΚΡΑΙΟΣ.

cum circa Annum 771 ſcriberet, neceſſe ſit ætate fuiſſe admodum provectum & ſexagenario majorem. Quod autem anno Tiberii duodecimo obierit diem ſupremum, ſine ullo veteris ſcriptoris teſtimonio affirmat Morlerius Doctor Sorbonicus in conatibus litterariis Gallice editis (Eſſais de literature pour la connoiſſance des livres) T. 1. edit. Hagenſis p. 105. Unum hujus ſcriptoris præſtantiſſimi opus ad nos pervenit:

II. ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ *Βιβλία ιζ libri XVII. de Geographia*, in quorum *duobus primoribus* docet Geographiæ cognitionem rem eſſe Philoſopho digniſſimam & Homero pridem atque antiquis Philoſophis minime neglectam: neque vero ſibi cauſſam defuiſſe, cur poſt Eratoſthenem, Timoſthenem, Hipparchum, Poſidonium aliosque, quorum hallucinationes nonnullas perſtringit, Geographiam illuſtrandam aggreſſus ſit. Hinc poſt inſignem diſciplinæ ipſius & tractandorum ὑποτύπωσιν aggreditur libro *tertio* deſcribere Hiſpaniam, *quarto* Galliam Britannicasque inſulas & gentes inalpinas, *quinto & ſexto* Italiam, inſulasque adjacentes: *ſeptimo*, qui extrema parte mutilus eſt, Germaniam, Getas, Illyrios, Tauricam Cherſoneſum & Epirum. *Octavo nono* & *decimo* Græciam cum vicinis inſulis, Proximis quatuor libris *XI. XII. XIII.* & *XIV.* Aſiam intra Taurum, Libro *XV.* & *XVI.* Aſiam extra Taurum, Indiam, Perſidem, Syriam, Arabiam &c. Libro *XVII.* denique Ægyptum, Æthiopiam, Carthaginem, ac reliqua nonnulla Africæ, ſubjuncta enumeratione provinciarum, quas Strabonis tempore per univerſum terrarum orbem tenebant Romani. Neque ſimpliciter ſitum locorum nominaque in præſenti opere annotat hic ſcriptor, ſed frequentiſſime inſtituta, mores, politiam, religionem populorum ac Rerump. exponit & viros celebres laudat, ut vere haberi poſſit quidam veteris hiſtoriæ ac Geographiæ theſaurus, ſingulari judicio ac delectu compoſitus.

III. Laudatur Strabo paſſim ſub γεωγράφῳ quidem nomine ab Evagrio lib. 1. c. 20. Hiſt. Eccleſ. & Juliano * Architecto Aſcalonita de moribus Palæſtinæ apud Harmenopulum lib. 2. περὶ χείρων νόμων tit. 4. Marciano in periplo pag. 63. & ab Euſtathio ad Homer. & Dionyſium: ſub nomine *Philoſophi* à Plutarcho in Lucullo pag. 511. qui ejus meminit quoque in Sylla pag. 468. uti Socrates Hiſt. Eccleſ. VII. 25. p. 366. Schol. Ariſtophanis, Steph. Byzantinus, Tertullianus c. 46. de anima, Joſephus, Athenæus, Svidas, Etymologus & alii. Jornandi de rebus Geticis c. 2. *Strabo Græcorum nobilis ſcriptor.* Gemiſti Plethonis emen-

* Alium Juliani locum, in quo itidem Strabo laudatur, Harmenopulo præteritum è ſchedis MSS. producit Caſaubonus in notis ad librum XI. non longe à fine.

Digitized by Google

emendationem aliquot errorum Strabonis MStam habuit & in ſyntagmate Græcorum Geographorum edere voluit Lucas Holſtenius teſte Lambecio. Vide lib. 1. de Bibl. Vindobonenſi p. 114.

IV. Habemus & Geographicorum Strabonis *Epitomen* ſive ex illis potius Χρηστομαθίας atque excerpta, quæ præter alios uſus ad caſtigandum ſubinde & in calce libri VII. ſupplendum inſerviunt Strabonem. Incertum quo auctore concinnata videntur inter Annum Chriſti 976. & 996. ſub Baſilio Bulgaroctono, quod *H. Dodwellus* in diſſ. de excerptore Strabonis colligit ex his ejus verbis lib. 7. p. 98. Καὶ νῦν δὲ πᾶσαν ἤπειρον καὶ Ἑλλάδα ἀχεδὸν καὶ Πελοπόννησον καὶ Μακεδονίαν Σκύθαι Σκλάβοι νέμονται. Idem Clariſſ. Dodwellus obſervat nullis Græcobarbaris uti vocabulis hunc ſcriptorem excepto unico, quod ῥιχίαν plus ſimplici vice dixit pro receſſu æſtus marini. Primus græcè hanc epitomen vulgavit *Sigismundus Gelenius* Baſil. 1533. 4to cum Hannonis & Arriani periplo atque Plutarcho de fluminibus & montibus. Latina verſio *Hieronymi Gemuſæi* poſt Dominici Marii Nigri Veneti libros XI. Geographiæ prodiit ibid. 1557. fol. Hinc græce & latine cum Gemuſæi verſione & eruditiſſimi Dodwelli diſſertatione de ætate auctoris & brevibus notis ſuis recudi curavit Vir Cl. *Johannes Hudſonus* tomo ſecundo Geographiæ Veteris ſcriptorum minorum. Oxoniæ 1703. 8vo. Denique eandem Straboni ſuo præſtantiſſ. *Almeloveenius* ſubjecit, ſecutus ex aſſe editionem Hudſonianam, Dodwelli diſſ. præfixâ.

5. *Editiones Strabonis.*

Græca Aldi Manutii Venet. 1516. fol. Præmiſſis brevibus ſingulorum libror. argumentis, quæ in Codd. MSS. occurrere Caſaubonus quoque teſtatur.

MSti codices Strabonis duo ſed recentes exſtant Mediolani in Bibl. Ambroſiana teſte Bernhardo de Montfaucon in diario Italico p. 14. Occurrit etiam MS. Oxoniæ in Collegio Lincolnienſi, & alius in Etonenſi ſed uterque mutilus. Dicitur etiam exſtare Venetiis in Bibl. D. Marci.

Latinæ 1. Ex verſione antiquiori *Guarini Veronenſis* & *Gregorii Triſernatis*, ultimam manum imponente *Jac. Antonio Marcello*, Venet. 1480. fol. 1494. & 1511. fol. Pariſ. 1512. fol. Guarinus ſive æmulatione æqualis ſui Gregorii (ut Voſſius p. 585. de Hiſt. latinis) ſive

Digitized by Google

Nicolai Pontificis V. jussu, (ut Gesnerus in Bibl.) transtulit ea, quæ de Europa Strabo, ut Gregorius ea quæ de Asia scripsit verterat. Marcellus reliqua adjunxit. Vide Barnabam Brissonium de regno Persarum p. 207. edit. Heidelberg.

2. Eadem versio ex recognitione *Cunradi Heresbachii* Basil. 1523. & 1539. fol.

3. Ex versione * *Guil. Xylandri* cum ejusdem notis & castigationibus ad calcem singulorum librorum subjectis Basil. 1571. fol. Xylandrum magna negligentia usum in scriptore hoc explicando queritur Casaubonus in limine notarum ad librum *XIV.* Adjunctæ sunt hinc inde in Xylandri editione tabulæ geographicæ Ptolemaicæ, non valde nitide expressæ.

4. Ex antiquiori versione à *Conrado Heresbachio, Hieron. Gemusæo. Henr. Glareano* & *Joh. Hartungo* emendata. Amstelod. 1652. 12mo 2. Vol.

Græco-latinæ 1. cum versione antiquiori, ab illis, quos jam dixi emendata & græcis recognitis per *Marcum Hopperum.* Basil. 1549. fol. apud H. Petri.

2. Cum Xylandri versione & Is. Casauboni, vix tum duodetriginta annos nati, qui Græca etiam ex Aldi edit. & antiquiori versione & MSS. (Collationes IV. Codicum à socero suo H. Stephano, edito jam fere Strabone accepisse se testatur) emendavit, eruditis animadversionibus Genev. 1587. fol. Inscripta hæc editio est Jacobo Lectio, quæ cum notis Jos. Scaligeri MSS. fuit in Bibliotheca Nic. Heinsii & inde pervenit, ni fallor in Græviana. *Ἔκτρωμα ἐξάμηνον* vocat Casaubonus Epist. *XL*

3. Cum Xylandri versione (quam à Casaubono recognitam falso præ se fert titulus) & Casauboni animadversionibus per secundas ejus curas locupletioribus, *Federici* item *Morelli* notis ad pauca quædam Strabonis loca. Paris. 1620. fol. Luculentior longe priore & melior locupletissimoque indice conspicua est hæc editio.

4. Denique novam *ἔκδοσιν* præclaram Strabonis debemus Clarissimo Viro *Theodoro Janssonio ab Almelooveen*, qui Parisiensem editionem ita recudi curavit, ut paginas illius in margine notaverit, omissa nonnulla verba restituerit, notas vero Casauboni in quibus libros & capita versusque veterum scriptorum pleraque ut facilius investigari singula possint indicavit, notas item Morelli subtraverit singulis paginis: tum

* Hæc editio quæ ad manus mihi, non Græcolatina est ut in indiculo Almelovenianæ editioni præmisso legitur, sed latina.

Digitized by Google

tum addiderit notas integras Xylandri & quæ Jacobus Palmerius in Exercitationibus ad optimos auctores Græcos Straboni illustrando annotavit, præterea observationes quam plurimas delectas è scriptis virorum antiquæ Geographiæ gnarissimorum Pauli Merulæ, Philippi Cluverii, L.Holstenii, Claudii Salmasii, Samuelis Bocharti, Is. Vossii, Ezech. Spanhemii, Christophorique Cellarii. Joannis item Meursii & aliorum, quibus loca amplius quadringenta Strabonis illustrantur Amstelod. apud Jo. Wolters 1607. fol.

5. Suas in Strabonem notas memorat *Cornelius Bonaventura Bertramus* c. 3. lucubrationum Frankenthalens. Philippus quoque Cluverius lib. III. c. 40. Germaniæ antiquæ, notas in Strabonem pollicetur, & c. 49. affert verba Casauboni in Epistola ad ipsum scripta Cluverium hortantis ad hoc opus suscipiendum. Verum nec Bertrami nec Cluveri notæ lucem viderunt, nec *Roderici*, Collegii Regalis præfecti, quem Cantabrigiæ novam hujus scriptoris editionem molitum esse fama fuit. *Gemisti Plethonis* correctionem in quædam excerpta Strabonis memorat Labbeus Bibl. nova MSS. p. 120. *Foret profecto egregium ornamentum* inquit Clariss. Almelovenius, *si comparari posset* Cyriacus Anconitanus Scholiastes Græcus Strabonis, *qui tempore Frederici III. in Strabonem videtur Græca scholia conscripsisse, quibus usus est Lucas Langermannus JCtus Hamburgensis, uti colligi potest ex Reinesii Inscriptionum syntagmate pag. 223. & 368. In primis etiam* Henrici Scrimgeri *Professoris Genevensis* notæ *Casaubono A. 1607. à Petro Junio missæ, quas alicujus momenti fuisse vel ex ipsius Casauboni verbis constat scribentis:* Quantum ad eam rem *(novam nempe Strabonis editionem)* juvare nos tuæ illæ notæ Scrimgerianæ queant, ne dici quidem potest. (Epist. 514.)

6. Constat alia quoque scripsisse Strabonem, quæ intercíderunt, & quæ intercidisse dolemus. Sunt autem hæc: ὑπομνήματα ἱστορικὰ scripta ante opus Geographicum. Strabo ipse lib. 1. pag. 13. Διόπερ ἡμεῖς πεπιηκότες ὑπομνήματα ἱστορικὰ, χρήσιμα ὡς ὑπολαμβάνομεν εἰς τὴν ἠθικὴν καὶ πολιτικὴν Φιλοσοφίαν, ἔγνωμεν προσθεῖναι καὶ τήνδε τὴν σύνταξιν. Libris primoribus res Alexandri attigisse videtur, eosque respicere cum lib. 2. p. 70. ait: καὶ ὑμῖν δ' ὑπῆρξεν ὀπιπολέον κατιδεῖν πῶτα ὑπομνηματιζομένης τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις. A libro quinto & deinceps Polybii historiam continuandam in se suscepit, ut recte Casaubonus colligit ex hoc loco libri *XI.* p. 515. εἰρηκότες ἤ πολλὰ πρὸ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρα ἤ τῶν μὴ Πολύβιον, παραλείψομεν ἐνταῦθα &c. Suidas autem in Πολύβιος auctor est, Strabonem scripsisse τὰ μὴ Πολύβιον βιβλίοις μ'γ libris *XLIII.* ὑπομνήμα-

μνήματα Strabonis Hiſtorica allegat Plutarchus in Lucullo, pag. 511. & eadem videtur reſpicere in Sylla p. 468. uti Joſephus quoque *XIV.* cap. 8. ubi Strabonem inter ſcriptores rerum geſtarum Pompeji Magni refert, *non intelligit Strabonis Geographica*, inquit de Joſephi loco commentans Montacutius p. 147. Apparatus ad Origines Eccleſiaſticas, *ſed hiſtoriam, ut inanis ſit Saliani admonitio, hæc non haberi apud Strabonem.*

7. Fuere item alii Strabones in veterum ſcriptis memorati, ut (1.) C. Fannius Strabo *Conſul* Anno. U. C. 592. à quo lex ſumtuaria Fannia nomen accepit & quo Conſule Rhetores ac Philoſophi Roma ſunt pulſi teſte Gellio *XV.* 1. (2.) Strabo Siculus, quem per 135000. paſſuum quod abeſſet vidiſſe referunt Cicero, Varro, Strabo ipſe noſter, Plinius ac Solinus. Confer Brodæum VIII. 1. Miſc. & Petavium VII. 10. diſ. ad Uranolog. (3.) Cn. Pompejus Strabo Magni Pompeji Pater. Plutarch. in Pompeji vita & de ſera vindicta Numinis. (4.) Strabo Tragicus latinus, cujus meminit Marius Victorinus p. 2456. Grammaticæ. *Strabo qui & ſeſquiculus* (leg. ſesquioculus) *dictus eſt primus de Tecmeſſa ſcripſit tragœdiam ſuam & in ſcena pronunciari juſſit.* (5.) Sejus Strabo prætorianarum cohortium ſub Auguſto præfectus, pater Sejani. Hunc puto intelligi à Macrobio II. Saturnal. cum refert Auguſtum Straboni in adulationem Cæſaris male exiſtimanti de pervicacia Catonis dixiſſe: *quicquid præſentem ſtatum civitatis commutari non volet, & civis & vir bonus eſt.* (6.) Acilius Strabo prætor, abſolutus à Nerone. Tacit. *XIV.* 18. annal. (7.) Æmilianus Strabo Vir Conſularis, quem laudat Apulejus in floridis. (8.) Theodoricus Strabo Oſtrogothorum dux cujus meminit Paulus Diaconus lib. 16. (9.) Strabo ſive Strabus Gallus Hortuli auctor pſeu-Macro laudatus in poëmate de herbis. De eo Thom. Bartholinus lib. de Medicis Poëtis pag. 117. ſeq. (10.) Walafridus Strabo Monachus Fuldenſis poſtea Decanus ſ. Galli ac denique Abbas Augiæ divitis A. C. 849. defunctus, de quo Voſſius II. 33. Hiſt. lat. & Clariſſ. Caveus Hiſt. litterar. ad A. 842. &c. Dicti primum Strabi ſive Strabones à ſpecie depravata oculorum quod hi illis eſſent diſtorti ſive στρεβλοί. Meminit Plinius VII. 12. & *XI.* 37.

Strabo pro Geographorum Principe in Epitaphio Seb. Münſteri:

Germanus Esdras hic Straboque conditur.

VIII.

VIII. INDEX * SCRIPTORUM & virorum ingenio ac doctrina illustrium à Strabone laudatorum.

Acusilaus Argivus. 472.
Adeimantus Lampsacenus. 589.
Adelphius 523. nisi leg. *Dellius*, cum Casaubono.
Æschinem Athenienſem ejusque matrem perstringit Demosthenes. 417.
Æschines Milesius Rhetor ob dicacitatem in Pompejum Magnum exsul mortuus. 635.
Æschylus. 43. 182. 258. 300. 341. 387. 393. 447. 470. 728.
ἐν Ἰκέτισιν ἢ Δαναΐσι 221.
Μυρμιδόσι. 616.
Νιόβῃ. 580.
Pontio Glauco. 447.
Prometheo. 183. 299. Prometheo soluto. 33.
Agatharchides. 779. Cnidius, Peripateticus, Historicus. 656.
Alcæus 37. 411. 412. 600. 616. 617. 661. Infra in *Callias*.
Alcmæonidis auctor. 452.
Alcman 43. 299. 340. 446. 460. 482. 580.
Alexander M. Homeri studiosus. Ejus διόρθωσις Ὁμηρικὴ ἐκ πάντων. 594.
Alexander. 768. Ætolus. 566. 681.
Alexander Rhetor, Lychnus cognomine, patria Ephesius 642 ejus Historia & ἔπη Astronom. & Geograph. ibid.
Alexander Philalethes. 580.
Amphiaraus Vates. 399. 404. 642. 762.
Anacreon. 151. 633. 638. 661. Tejus. 644.
Anaxagoras Clazomenius, Physicus. 645.
Anaxarchi διόρθωσις Ὁμήρου ποιήσεως. 594.
Anaxicrates. 768.
Anaximander Milesius Thaletis discip. 1. 635. primus πίνακα γεωγραφικὸν ἐκδιδώς. 7.
Anaximenes Rhetor 589. Lampsacenus 635. a.
Anaximenes Milesius Anaxagoræ præceptor 635. c. 645.
Andro. 392. 456. 475. 476.
Andronicus Rhodius Peripateticus. 655.
Androsthenes Thasius. 766.
Anniceris Cyrenaicæ sectæ emendator & auctor sectæ Anniceriæ. 837.
Anticlides. 221. (617.
Antigenides Alcæi Poëtæ frater.
Antimachus. 345. 364. 387. 409. 588.

* Ad paginas edit. Paris. quas Almeloveniana in margine, ut dixi, annotavit. Sed Indicem hunc in utraque frustra quæres.

Antiochus. 242. 252. 255. 257. 262. 264. 265. 278. 759.
περὶ τῆς Ἰταλίας. 254.
Antiochus Philosophus Ascalonites. 759
Antipater 757. Tarsensis Stoicus. 674.
Antiphanes 102. ὁ πολὺ ἀπολείπεται πάντα τῶν πυθέα καὶ Εὐημέρου καὶ Ἀντιφάνους ψευσμάτων. Vide infra, *Bergæus.*
Apellicon Tejus. 644. φιλόβιβλος μᾶλλον ἢ φιλόσοφος libros Aristotelis ac Theophrasti magna pecunia redemit à Neleo Scepsio, & lacunis passim male suppletis inemendate descriptos edidit. Ejus Bibliotheca captis Athenis venit in Syllæ potestatem. 609.
Apollodorus. 43. 44. 45. 61. 301. 328. 338. 339. 368. 370. 460. 464. 474. 514. 553. 555. Grammaticus. 661. navium catalogo 31. 254. 298. 405. 677. 678. 680.
Apollodorus Rhetor. ὁ τὰς πίνακας συγγράψας. 625. auctor sectæ Apollodoreæ, Augustum instituit, & præceptor fuit Dionysii Attici. id.
Apollodorus Adramyttenus. 525. nisi leg. Ἀδραμυττηνός.
Apollodori Artemitæ παρβικά. 118. 509. 519. 685. Grammaticus. 661.
Apollonides. 309. 523. 528.
Apollonius Adramyttenus. 516.
Citieus, Medicus 683.
Cronus, Cyrenæus. 837.
Malacus. 661.
Mys Erythræus. 645.
Molon. 651. 661.
Argonauticorum scriptor Alexandrinus fuit, sed dictus est Rhodius. 655.
Stoicus, patria Nysæus Panætii auditorum optimus. 650.
Tyrius qui non diu ante Strabonem edidit πίνακα τῶν ἀπὸ ζήνωνος φιλοσόφων καὶ τῶν βιβλίων. 757.
Aratus 3. 103. 346. 387. 478. 484. 486. 671.
Arcesilaus 15. Academicus. 614.
Archedamus Tarsensis Stoicus. 674.
Archelaus Physicus. 645.
Archemachus Euboënsis. 465.
Archilochus. 370. 457. 487. 549. 647. Callino junior. 648.
Archimedes. 55.
περὶ τῶν ὀχουμένων. 54.
Archytas Tarentinus. 280.
Arete Cyrenaica. 837.
Aristarchus Homeri enarrator. 30. 31. 33. 103. 609. 650. præceptor Menecratis Nysæi. 650.
Aristeus Proconnesius 21. Homeri præceptor. 639. auctor Arimaspeorum carminum. 589.
Aristippus Cyrenæus Socraticus. 837. ejus nepos μητροδίδακτος. id.

Ari-

Ariſto 15. Ceus Juletes, Peripateticus Bionis Boryſthenitæ diſcipulus 486. ejus liber de Nilo. 790.
Ariſto Cous Cei auditor & heres. 658.
Ariſtobulus 509. 518. 671. 691. 694. 695. 707. 730. 766. 824. ejus locus de Sophiſtis Taxilenſibus, Brachmanis. 714.
Ariſtocles Rhodius Grammaticus Strabonis æqualis. 655.
Ariſtodemus Nyſæus Menecratis F. Grammaticus quem decrepitum audivit Strabo. 650.
Ariſtodemus prioris conſobrinus qui Pompejum magnum docuit. id.
Ariſtonicus Grammaticus Strabonis æqualis ἐν τοῖς περὶ τῆς Μενελάου πλάνης. 38.
Ariſtoteles 29. 94. 104. 152. 182. 299. 345. 373. 374. 380. 445. 447. 598. 695. 703. 790.
αἱ Ἀριστοτέλους πολιτεῖαι. 321.
περὶ ἀνέμων. 29.
Scriptorum ejus fatum. 608.
diſcipuli. 618.
Ariſtus Hiſtoricus Salaminius. 682. 730.
Artemidorus Agatharchidæ F. Cnidius. 656.
Artemidorus Tarſenſis Grammaticus. 675.
Artemidorus (Epheſius) 137. 138. 148. 157. 159. 164. 170. 172. 183. 198. 224. 245. 261. 267. 284. 285. 335. 368. 459. 460. 474. 485. 622. 640. 642. 663. 665. 670. 675. 760. 669. 774. 775. 776. 801. 803. 804. 825. 829. 830.
Aſclepiades Myrleanus. 166. ἐν τῇ Τυρρηνίᾳ παιδεύσας τὰ Γραμματικὰ καὶ πεπιήγησίν τινα τῶν ἐθνῶν ἐκδεδωκὰς τῶν τόπων. 157.
Aſclepiades Pruſienſis Medicus. 566.
Aſiatici Rhetores. 614. 660. Stylus Aſiaticus. 648.
Aſinius. 193.
Aſius Poëta. 265.
Athenæus Seleucienſis Peripateticus ſub Auguſto clarus. 670.
Athenodorus. 6. 55. 173. Philoſophus, Strabonis amicus. 779.
Athenodori duo Tarſenſes Stoici, unus Cordylio nomine qui in Catonis contubernio obiit, alter Sandonis F. Cananita Cæſaris præceptor. 674. 675.
Auguſti Imp. diviſio Galliæ in quatuor partes. 177.
Bacchylides Ceus, Juletes Simonidis conſobrinus. 486. 616.
Batho Sinopenſis, περσικῶν ſcriptor. 546.
Bergæus (Antiphanes) 47. 100. 104.
Bias Prienæus. 636.
Bio Aſtrologus. 29.
Bio Boryſthenites. 15. 486.
Boëthus Sidonius ὁ συμφιλοσοφήσας τῷ Στράβωνι τὰ Ἀριστοτέλεια. 757.
Boëthus Tarſenſis malus poëta & civis, tempore M. Antonii. 674.

Cadmus. 18. λύσαντες τὸ μέτρον τ' ἄλλα ᾗ Φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον καὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον.
Cæcilius Historicus. ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεύς. 230.
Cæsar in commentar. 177. ὁ Θεὸς Καῖσαρ ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν.
Calchas vates. 284. 642. 668. 675.
Callias Lesbius ὁ τὴν Σαπφὼ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ἐξηγησάμενος. 618.
Callimachus. 44. 46. bis. 216. 299. 347. 354. 397. 437. 479. 484. 638. 737. 805. 837. Cyrenæus à Regibus Ægypti πεπαιδευμένος, πλὴν τὰς μὲν ἄλλας καὶ γραμματικὴν ἐπιστημόνως. 838.
Callinus Elegiographus 604. 627. 647. 668. Archilocho antiquior. 648. ἐν τῷ περὶ Δίκης λόγῳ. 633.
Callisthenes 362. 517. 531. 542. 588. 611. 627. 635. 813. 814. Ejus διόρθωσις Ὁμήρου ποιήσεως. 595.
Carneades Cyrenæus. 837. ἐστὶ δὲ τῶν ἐξ Ἀκαδημείας ἀρίστους φιλοσόφων ὁμολογεῖται.
Cephato Gergethius. 589.
Charaxus frater Sapphonis. 808.
Charmolaus Posidonii Philosophi in Liguria hospes. 165.
Charon Historicus. 589. Lampsacenus. 583.
Charondæ legibus usi Mazaceni, delecto νομωδῷ qui ipsis fuit legum interpres. 539.
Chœrilus Poëta. 303. 672.
Chorographus. 261. 285.
Cicero. 660. 798.
Cleanthes Assius, Stoicus. 610. 343. 671. (566.
Cleophanes Myrleanus Rhetor.
Clitarchus. 224. 293. 491. 505. 718.
Coriscus Scepsius Nelei pater, Socraticus. 608.
Crateri Epistola ad matrem Aristopatram. 702.
Crates. 3. 4. 5. 30. 31. 38. 103. 439. 609. Mallotes. περὶς ὀπισημονικὰς ὑποθέσεις τὴν Ὁμήρου ποίησιν τρέψας. 157. 676.
Οἱ παραδόντες τὰ Κρητικά. 466.
Ἐν τοῖς Κρητικοῖς λόγοις. 472.
Crinagoras Mytilenæus Strabonis ætate clarus. 617.
Creophylus Samius, Homeri hospes ac Magister. 638. 639.
Ctesias Cnidius. 43. 508. 779. 785. ὁ ἰατρεύσας μὲν Ἀρταξέρξην, συγγράψας δὲ τὰ Ἀσσυριακὰ καὶ Περσικά. 656.
Cyrenaici. 837.
Cersylus sive Cyrsilus Pharsalius. (Historicus) ἀνὴρ συνεσταλμένως Ἀλεξάνδρῳ. 530.
Daimachus Indicorum scriptor. 68. 69. 74. 75. 76. 77. 690. nullius fidei 70.
Nicolaus Damascenus. 716. 719.
Damastes 583. ab Eratosthene reprehensus. 684. scriptor nulla fide dignus. 47.
Damasus Scombrus Trallianus Orator. 649.

Daphi-

Daphitas Grammaticus in opido Thorace cruci fixus quod Reges Pergamenos carmine proſcidiſſet. 647.
Deimachus. vide Daimachus.
Dellius. ſupra, Adelphius.
Demetrius Amiſenus Ratheni F. Mathematicus. 548.
Demetrius Calatianus terræ motus per univerſam Græciam enarrans. 60.
Demetrius Laco. 658.
Demetrius Phalereus. 147. 361. Theophraſti diſcipulus. Ejus ὑπομνήματα περὶ τῆς πολιτείας τῶν Ἀθηναίων. 398.
Demetrius Pharius. 315.
Demetrius Scepſius. 44. 46. 58. 339. 344. 377. 439. 456. 472. 489. 550. 551. 552. 594. 596. 600. 602. 606. 607. 611. 626. τὸν Τρωϊκὸν Διάκοσμον τριάκοντα βίβλοις ἐξηγησάμενος καὶ γραμματικὸς æqualis Cratetis & Ariſtarchi. 603. 609.
Democles Demetrio Scepſio antiquior. 58.
Democritus. 1. 61. 65. 703.
Demoſthenes. 121. 374. 424. 445. 471.
Dialectici. 838.
Dicæarchus. 2. 104. 105.

Dio Academicus, tempore Pompeji Magni, princeps legationis contra Ptolemæum Avletem. 796.
Diogenes Sinopenſis Cynicus. 546. 675. 744.
Diodori duo Sardiani Oratores quorum major dictus Zonas. 627. ſeq.
Diodorus Tarſenſis Grammaticus. 675.
Diodorus Cronus Dialecticus Apollonii diſcipulus. 838.
Diodotus Sidonius Philoſophus Boëthi frater. 757.
Diogenes Plutiades Philoſophus & extemporalium carminum poëta. 675.
Dionyſides Tragicus è plejade. 675.
Dionyſocles Trallianus, Orator. 649.
Dionyſiodorus Icen Amiſenus Mathematicus. 548.
Dionyſius Dialecticus patria Bithynus 566.
Dionyſius Pergamenus cognomento Atticus Apollodori Rhetoris diſcipulus, σοφιστὴς ἱκανὸς καὶ συγγραφεὺς καὶ λογογράφος. 625.
Dionyſius ὁ τὰς κτίσεις γράψας. 566.
Dionyſius Thrax, Grammaticus Alexandrinus patria fuit, ſed dictus eſt Rhodius. 655.
Dionyſius Halicarnaſſeus Hiſtoricus. 656.
Diophanes Mytilenæus Rhetor. 617.
Diotrephes Sophiſta ex Antiochia ad Mæandrum, præceptor Hybreæ. 630.

Diphilus Sinopenſis poëta Concicus. 546.
Dorylaus tacticus. 557.
Empedocles. 364. 274. 276.
Ephorus Dii filius, Cumanꝰ, Iſocratis diſcipulus ὁ τὴν ἱστορίαν συγγράψας καὶ τὰ περὶ τῶν εὑρημάτων. 622. 235. 138. 199. 244. 259. 260. 262. 265. 266. 267. 279. 293. 303. 305. 326. 327. 332. 334. 357. 361. 364. 366. 374. 400. 401. 462. 463. 464. 465. 476 477. 479. 480. 544. 550. 583. 600. 623. 634. 677. 678. 679. 680.
ἐν τῇ πεμπτῃ μὲν τῆς ἱστορίας, Εὐρώπην δ' ἐπιγραφομένῃ βίβλῳ. 302. 34.
ἐν τῇ Εὐρώπης πολιτείᾳ. 477.
Epicharmus. 364.
Epicurus, Lampſaci commoratus. 589.
Eraſiſtratus Ceus Juletes Medicus. 486.
Eraſiſtrea ſchola Smyrnæ, præſide Hiceſio. 580.
Eraſtus Scepſius Socraticus. 608.
Eratoſthenes Cyrenæus. 838. Allegatus. 1. 2. 7. 14. 15. 16. 18. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 38. 44. 47. 48. ſeq. 50. 54. 55. 56. 57. 62. 63. 65. 67. 68. 69. 70. 74. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 86. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 97. 104. 106. 107. 108. 113. 126. 132. 134. 135. 159. 170. 224. 298. 299. 300. 317. 384. 475. 490. 497. 509. 510. 513. 522. 663. 684. 688. 689. 690. 727. 741. 746. 764. 765. 767. 769. 778. 784. 785. 786. 790. 802. 828. 829. 837. περὶ τῶν ἀγαθῶν 15. μελέται. ibid. Ejus Κατομημάτων γεωγραφικῶν liber primus 29. & ſecundus. 62. tertius 67. immerito reprehenditur ab Hipparcho. Infra, *Hipparch.* Magna Eratoſthenis Bibliotheca. 69.
Eretricorum Philoſophorum Schola à Menedemo inſtituta. 448.
Eudemus Rhodius Philoſ. 655.
Eudorus Peripateticus. Ejus liber de Nilo plagii ab Ariſtone poſtulatus. 790.
Eudoxus Cnidius Mathemat. 1. 378. 390. 413. 465. 510. 550. 562. 582. 656. Ejus Specula Cnidi, è qua Canopum ſpectavit. 119.
Eudoxus Cyzicenus tempore Evergetis ſecundi clarꝰ. 98. ſeq. 103.
Evemerus. 102. 104. 299. Meſſenius 47. βελτίων τῷ Μεσσηνίῳ πιστεύειν ἢ τούτῳ. 104. Quod ibidem legitur Eratoſthenem τὸν Εὐήμερον Βεργαῖον καλεῖν, per Βεργαῖον intelligit fabuloſum, ut p. 100. Βεργαῖον διήγημα, ab Antiphane Bergæo.
Euphorio 681. 364. 566. ὁ τὰ Περσικὰ ποιήσας. 382. ubi Euphorio legendum pro Evphronio.

Euri-

Euripides. 183. 371. 379. 183. 366. 615. 616. 670. 498. 520. 615. Anaxagoræ auditor. 645. in Ætolo 356. Archelao. 221. Bacchis 27. 469. 687. Jone 356. Palamede 470. Phaetonte. 33.
Euthydemus Mylaſenus Rhetor. 659.
Fabius Hiſtoricus. 228. (Q. Fabius Pictor.)
Gabinius ὁ τῶν Ῥωμαίων συγγραφεύς. 829.
Hecatæus Hiſtoricus & Philoſophus Mileſius. 1. 7. 18. 271. 299. 316. 321. 341. 633. 644.
Hecataei Mileſii γῆς περίοδος. 550. niſi nomen corruptum, Xenocratis enim Philoſophi diſcipulum eum Strabo ibidem appellat.
Hecatæus Tejus Hiſtoricus. 644.
Hegeſianax. 594.
Hegeſias. 396. Magnes Rhetor, ſtyli princeps Aſiatici. 648.
Hellanicus Lesbius. 43. 366. 426. 451. 456. 508. 550. 602. 610. 618.
Heraclides Erythræus, Medicus Herophileus. 645.
Heraclides Heracleotes Ponticus Philoſophus Platonicus. 541. 604. ἐν τῷ Διαλόγῳ. 98.
Heraclides. 100. 384. 645.
Heraclitus. 3. Epheſius Scotinus. 642. 784.
Heraclitus Thurius Poëta Callimachi diſcipulus. 656.
Hermeas Evnuchus. 610.
Hermodorus Epheſius. 642.
Herodotus. 30. 35. 43. 61. 62. 98. 100. 141. 282. 428. 448. 473. 301. 473. 508. 531. 534. 536. 544. 550. 573. 611. 618. 626. 627. 668. 823. Thurius. 656.
Ἡροφίλειον διδασκαλεῖον Medicorum Smyrnæ, præſide Zeuxide ac deinde Alexandro Philaletha. 580.
Herophilei Medici Heraclides Erythræus & Apollonius Mys. 645.
Heſiodus. 23. 29. 43. 59. 221. 299. 300. 302. 322. 327. 328. 342. 364. 370. 385. 393. 409. 413. 424. 442. 471. 507. 508. 588. 622. 642. 647. 676.
in Catalogo. 42.
γῆς περίοδος. 676.
Heſtiæa Alexandrina Demetrio Scepſio laudata ἡ συγγεγράψασι περὶ τῆς Ὁμήρου Ἰλιάδος. 599.
Hierocles Alabandenſis, Meneclis frater. 661.
Hieronymus Rhodius Philoſ. 655. 378. 475.
Hipparchus. 2. 5. 7. 14. 15. 16. 55. 56. 63. 68. 69. 71. 72. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 86. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 106. 113. 115. 131. 132. 135. 332. Bithynus Mathematicus. 566. Ἀστρονομικός. 131. ἐν τοῖς πρὸς Ἐρατοσθένη. 7. 15. 56. ἐν τῷ δευτέρῳ

τέρῳ ὑπομνήματι 69. 77. ἐν τῷ τρίτῳ ὑπομνήματι τῶν πρὸς τὴν Ἐρατοσθένους Γεωγραφίαν πεποιημένων. 94.
Hippocrates Medicus. 659.
Hipponax Ephesius Poëta. 340. 633. 636. 642.
Homerus. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 12. 16. 17. 18. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43 44. 45. 46. 48. 53. 58. 59. 65. 83. 103 149. 150. 157 221. 224. 241. 256. 295. 296. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 344. 345. 346. 348. 349. 350. 354. 355. 357. 359. 363. 364. 365. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 375. 376. 377 383. 384. 386. 387. 388. 392. 394. 399. 401. 401. 404. 405. 407. 410. 411. 412. 413. 414. 417. 420. 423. 424. 425. 426. 427. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 436 437. 438. 439. 441. 442. 445. 446. 449. 451. 452 453. 454. 455. 456. 457. 459. 551. 554 564. 565. 572. 573 574. 581. 582. 584. 585 586. 587. 590. 591. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 604. 605. 606. 607. 611. 612. 613. 614. 615. 619. 625. 630. 635. 648. 651 653. 654. 661. 662. 665. 667. 676. 679. 680. 681. 756. 757. 762. 790. 801. 802. 814. 815. 834. Geographiæ principem esse docet p. 77. & per totum fere librum primum, atque passim alibi. Neque temere omnia finxisse, ut sensit Eratosthenes. 18. 224. &c. Οἰχαλίας ἅλωσις Creophylo hospiti dono data. 638.
Homeri editio ἐκ Σ παρθηκῶν. 594. Vide & supra in *Aristarcho, Cratete, Callisthene, Apollodoro, Hestiæa, Zenodoto* &c.
Hybreas Mylasenus Diotrephis discipulus ὁ καθ' ἡμᾶς μέγιστος Ῥήτωρ. 630. 659. 660.
Hypsicrates. 311. 504.
Ibycus. 59. 271.
Icen Amisenus Geometra. 548.
Idomeneus Lampsacenus Epicuri amicus. 589.
Inscriptio æreæ hydriæ in fano Æsculapii apud Panticapæum. 74. Columnæ duplicis Eretrienſium in templo Dianæ Amarynthiæ. 438.
Ion Poëta. 645. 364. ἐν Ὀμφάλῃ Σατυρικῇ. 60.
Iphicrates. 827.
Isocrates Ephori Cumani præceptor. 622.
Leonides Rhodius Stoicus. 655.
Leonteus Lampscenus Epicuri amicus. 589.
Lesbocles Mytilenæus Strabonis ætate clarus. 617.
Lycurgus Orator. 601.

Λυσιῳδοί. 648. (648.
Lyſis carminis cinædici auctor. Μαγῳδοί. 648.
Megarici. 393.
Megaſthenes. 68. 69. 76. 77. 600. 668. 689. 702. 703. 705. 706. 709. 711. 718. Indicorum ſcriptor nullius fidei. 70.
Meleager Gadarenſis. 759.
Menander. 296. 452. 486. 637. 638.
Menecles Rhetor Apolloniorum Mollis & Molonis præceptor. 655. 661.
Menecrates. 650. Elaites 772. Xenocratis Philoſophi diſcipulus 550. ἐν τῇ Ἑλλησποντιακῇ ᾠδείῳ. 551.
Menecrates Nyſæus Ariſtarchi Grammatici diſcipulus. 650.
Menippus Gadarenus ὁ σπουδογέλοιος. 759.
Menippus Rhetor Stratoniceus quem audivit Cicero & omnibus Aſianis Oratoribus antepoſuit. 660.
Menodorus Trallianus ἀνὴρ λόγιος καὶ ἄλλως σεμνὸς καὶ βαρὺς, ἔχων τιμὴν ἱερωσύνην τοῦ Διὸς τοῦ Λαοδικαίου. 649.
Metrodorus. 609. 642. Scepſius 775. 504.
Metrodorus Lampſacenus Epicuri amicus. 589.
Milo Crotoniates athleta, diſcipulus Pythagoræ. 263.
Mimnermus. 46. 642. ἐν Νανοῖ. 633. 634.
Mnaſalces Sicyonius Platæenſis Poëta. 412.
Moſchus Sidonius περὶ τῶν Τρωϊκῶν χρόνων γενόμενος. 757.
Moſes. 760. Μῶσις γάρ τις τῶν Αἰγυπτίων ἱερέων. &c.
Myrſilus. 610. 60.
Neanthes Cyzicenus. 45.
Nearchus. 69. 77. 525. 686. 689. 691. 705. 706. 716. 720. 725. 726. 732. 766. 767. exiguæ fidei. 70.
Neleus Coriſci F. Scepſius. 608. 609. Vide ſupra in Apellicone Tejo.
Neoptolemus Parius Gloſſographus μνήμης ἄξιος. 589.
Neſtor Tarſenſis Stoicus. 674.
Neſtor Tarſenſis Academicus qui Marcellum filium Octaviæ Auguſti filiæ inſtituit. 675.
Nicias Cous. 657.
Nicolaus Damaſcenus. 716. 719.
Oneſicritus. 577. 689. 691. 694. 695. 696. 710. 726. 730. exiguæ fidei. 70. 698.
Oraculum. 533. 536. (confer Sibyllina lib. IV. p. 292. edit. Pariſ.) 169. 279. 262. 253. 320. 380. 387. 398. 404. 449. 608. 643. 647.
Orpheus. 330. 470. 471. 474. 762.
Orthagoras. 766.
Palæphatus. 550. 551. 552.
Panætius Rhodius Stoicus. 650. 655.
Parmenides. 94. Eleates Pythagoreus. 252.

Patrocles qui Alexandri Magni expeditionem in Indiam deſcripſiſſe videtur. 508. 509. 510. 689. 70. 76. 77. fide haud indignus. 68. 69.
Phanias Ereſius Philoſ. Peripateticus. 618.
Pherecydes. 18. 169. 472. 632. 643.
Philemon Tarſenſis, Comicus. 671.
Philetas 364. ἐν ἑρμηνείᾳ. 168. allegatur ibi diſtichon elegiacum. Cous fuit, Poëta & Criticus. 657.
Philippus ὁ τὰ Καρικὰ γράψας. 662.
Philo συγγράψας τὴν εἰς Αἰθιοπίαν πλοῦν. 77.
Philochorus. 328. 362. 392. 397.
Philodemus Gadarenus Epicureus. 759.
ὁ τὴν Φορωνίδα γράψας. 472.
Phrynichus Tragicus ob drama de capta per Darium Mileto ab Athenienſibus multatus. 635.
Pindarus. 155. 172. 248. 268. 270. 321. 328. 411. 711. 412. 413. 419. 431. 469. 485. 544. 626. 643. 645. 655. 802.
Piſander Rhodius ὁ τὴν Ἡρακλείαν γράψας. 655.
Plato. 260. 400. 468. 471. 477. 591. 762. in Phædro. 295.
Polemo 15. Periegetes 396. τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει. id.
Polybius. 2. 14. 23. 24. 96. 97. 104. 105. 106. 108. 145. 147. 148. 151. 162. 163. 170. 172. 173. 183. 190. 202. 207. 208. 211. 214. 222. 242. 261. 276. 285. 317. 322. 323. 332. 335. 381. 389. 663. 465. 313. 515. 797. 798.
Polycletus. 509. 510. 728. 742.
Polycritus (de Perſarum rebus) 735.
Poſidonius. 2. 4. 6. 14. 29. 41. 54. 55. 58. 95. 97. 103. 104. 119. 135. 138. 144. 146. 153. 157. 162. 163. 165. 170. 172. 173. 182. 183. 188. 198. 218. 266. 273. 277. 293. 295. 296. 297. 309. 316. 372. 614. 465. 492. 515. 743. 750. 753. 757. 764. 779. 784. 790. 827. 830. 655. ἐν τοῖς περὶ ὠκεανοῦ. 94.
Potamo Mytilenæus, Strabonis ætate clarus. 617.
Praxiphanes Rhodius Philoſ. 655.
Protarchus Bargyllites Epicureus Demetrii Laconis præceptor. 658.
Ptolemæus Lagi F. 301.
Pythagoras Crotone diu verſatus, 263.
Πυθαγορείων πολῖται Crotone. ibid.
Pytheas. 64. 71. 75. 102. 104. Maſſilienſis. 114. 295. 115. 135. 158. 190. 201. ἱστορῶν τὴν Θάλατταν. 63. 104.
Sappho. 617. 808. Vide & ſupra *Callias*, & *Charaxus*.

Sar-

Sardanapali Epitaphium. 672. Cyri. 730.
Scepſius. Vide ſupra, Demetrius.
Scylax 658. Caryandenſis. 583.
Seleucus. ὁ ἀπὸ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης à Poſidonio allegatus. 174. Babylonius. 6.
Simmias. 364. Rhodius Grammaticus. 655.
Simon Magneſius μελοποιός. 648.
Simonides Ceus Juletes. 486. 711. 728. 487. 619.
Simus. 648. Cous, Medicus. 657.
Solon. 394.
Sophocles. 687. 295. 364. 370. 372. 399. 433. 438. 470. 473. 608. 638. 675.
ἐν Ἑλένης ἀπαιτήσει. 643. Ἰλίου πέρσει. 608.
ἐν τῇ Πολυξένῃ. 470.
Τελεφόλεμῳ. 27.
Soſicrates de Creta inſula accuratiſſime ſcripſit. 474.
Soſtratus Nyſæus Grammaticus Ariſtodemi F. 650.
Sotades. ἦρξε πρῶτος κιναιδολογεῖν. 648.
Steſichorus. 42. 148. 347. 356.
Steſimbrotus Thaſius Demetrio Scepſio antiquior. 472.
Strato Phyſicus. 49. 50. 51.
Stratocles Rhodius Philoſophus. 655.
Stratonici Citharœdi in Caunios dictum 651. in Aſſios. 610.
Svidas τοῖς Θετταλοῖς μυθωδεῖς λόγους προσχαριζόμενος. 329.
Terpander Lesbius. 618.
Thales Cretenſis νομωδός. 480. 482.
Thales Mileſius ὁ πρῶτος Φυσιολογίας ἄρξας ἐν τοῖς Ἕλλησι καὶ Μαθηματικῆς. 635.
Theocritus Chius Sophiſta. 645.
Theodectis (Tragici) verſus. 695.
Theodorus Gadarenus Rhetor, Strabonis ætate clarus. 759.
Theodorea ſecta à Theodoro Rhetore. 625.
Theodorus Cronus, Jaſſius, Dialecticus. 658.
Theodoſius Bithynus ejusque filii Mathematici. 566.
Theophanes Hiſtoricus. 528. Mytilenæus, 493. Strabonis ætate clarus. 617. Pompeji caſtra ſecutus in Albania. 503.
Theophraſtus Ereſius Philoſ. ante Tyrtamus. 618. ἐν τῷ περὶ ἔρωτος λόγῳ. 408. Vide & ſupra in Apellicone Tejo.
Theopompus. 43. 299. 317. 323. 373. 375. 445. 542. 547. 591. 629. Chius 645. incredibilia quandoque ſcribere notat Strabo. p. 299. 317.
Theopompus Cnidius Artemidori pater apud Cæſarem gratioſus. 656.
Thraſyalces Scriptor Ariſtotele antiquior. 29. 790.
Thucydides. 326. 333. 359. 370. 374. 376. 423. 462. 600. 661.

Timæus Tauromenites. 640. 183. 260. 270. 271. 600. de Pithecusis 248. ob reprehendendi studium Ἐπιτίμιος cognominatus. 640.

Timagenes. 188. 711.

Timosthenes. 29. 93. 140. 421. 618. 827. τὰς λιμένας γεγράψας. 92.

Timotheus Patrio Philosophus Sinopensis. 546.

Tyrannio Amisenus Grammaticus, Strabonis præceptor. 548.

Tyrtæus Poëta, 279. 362. 366.

Versus incerti. 362. 425. 429. 463. 487. 618. 623. 672. 683. 738.

Xanthus Lydus. 49. 50. 680. 681. 572. 579. 628.

Xenarchus Seleuciensis Cilix peripateticus. 670.

Xenocles. 660. Adramyttenus Rhetor. 614. Ὃς μὲν Ἀσιανὸς χαρακτῆρος ἀγωνιστὴς εἴ τις ἄλλος, καὶ εἰρηκὼς ὑπὲρ τῆς Ἀσίας ὅτι τῆς συγκλήτου, καθ' ὃν καιρὸν αἰτίαν εἶχε Μιθριδατισμοῦ, id.

Xenocles alius Alexandri M. Gazæ præfectus. 69.

Xenocratis Athenienſis discipuli Menecrates & Hecatæus. 550.

Xenocrates Bithynus Philosophus. 566.

Xenophanes Colophonius Physicus ὁ τὰς σίλλους ποιήσας καὶ ποιημάτων. 642.

Xenophon. 387. 402.

Zeno noster 41. Philosophus Homeri versum emendans. 41. 299. Citiensis. 15. Stoicorum princeps. 682. Vide & supra in Apollonio Sidonio.

Zeno Laodicensis 660. Rhetor. 578.

Zeno Eleates Pythagoreus. 252.

Zenodotus Grammaticus Homeri poëmata emendans. 413. 543. 553.

Zoilus ὁ Ῥήτωρ ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον, in Tenediorum Encomio. 271.

Liber secundus Strabonis incipit p. 67. *III.* p. 136. *IV.* p. 176. *V.* p. 209. *VI.* p. 252. *VII.* p. 289. *VIII.* p. 332. *IX.* p. 390. *X.* p. 444. *XI.* p. 490. *XII.* p. 533. *XIII.* p. 581. p. *XIV.* p. 632. *XV.* p. 685. *XVI.* 736. *XVII.* p. 785. edit. Paris. Ad hunc vero Indicem concinnandum fateor adjutum me esse industria V. C. Jo. Hudsoni, & Joh. Friderici Winckleri, Collegæ mei conjunctissimi.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT II.

De DIONYSIO Periegete atque aliis Geographis.

Dionysii Patria & ætas. 1. *Interpretes veteres.* 2. *Editiones.* 3. *Scripta deperdita.* 4. *Index scriptorum in Eustathii commentariis & Anonymi paraphrasi allegatorum.* 5. *De Scylacis periplo.* 6. *Ejus editiones.* 7. *De Periplo Anonymi cum Scylace editi.* id. *De Isidoro Characeno.* 8. *Scymno Chio.* 9. *Marciano Heracleota qui Artemidori Ephesii libros XI. Geographiæ in epitomen redegit.* 10. *De ætate Artemidori Ephesii ac Menippi Pergameni.* ibid. *De Agathemere.* 11. *Index scriptorum in Geographis Græcis Jo. Hudsoni V. C. allegatorum.* 12. *De Eusebio de locis Hebraicis.* 13. *De Stephani Byz. ἐθνικοῖς, fragmento eorum Segvieriano, & Epitome Hermolai.* 14. *Index scriptorum in Stephani fragmento & Epitome allegatorum.* 15. 16. *De expositione totius Mundi quam Græce & latine edidit Jacobus Gothofredus.* 17. *De Geographicis scriptis à Leone Allatio editis.* 18. *De Syntagmate Geographorum Græcorum quod edere voluit Lucas Holstenius.* 19. *De aliis quibusdam Græcis Geographis ineditis ac deperditis.* 20.

1.

STraboni jungere juvat DIONYSIUM, ejusdem argumenti & ætatis scriptorem, qui ab erudito & eleganti poëmate Heroico quo περιήγησιν εἰκουμένης a) sive *enarrationem orbis* suo tempore cogniti ad Eratosthenis maxime, ut videtur, mentem complexus est, PERIEGETÆ nomen accepit. Patria ei fuit Charax Spasinu b) quam prius Alexandriam dictam esse constat,

 non

a) Περιήγησις dicitur quæ veluti manu deducit lectorem per varias regiones orbis terrarum. Uti Περίπλους, qui oram maritimam stylo describit ac quasi circumnavigat. Allegatur Dionysii nostri periegesis à Stephano Byz. sæpiuscule, & à Jo. Tzetza Chil. XII. hist 450. fallitur etiam doctiss. Vossius qui ex alterius Samii Dionysii periegesi versus illus petitos putat.

b) Vide H. Valesium ad Ammiani XXIII. 6. p. 372. edit. Paris. 1681. fol. & Harduinum ad Plin. VI. 27. Hist.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

non illam Ægypti aut Syriæ, ſed Suſianæ ad ſinum Arabicum inter Tigrin & Eulæum fluvios. Hinc Dionyſium *Characenum* vocant nonnulli, ut magnus H. Valeſius ad Excerpta Peireſciana p. 6. alii plerique *Alexandrinum*. Euſtathius Afrum eſſe affirmat, forte quod ex Alexandria Ægypti ortum Dionyſium eſſe exiſtimaret: Sicut apud Luitprandum Ticinenſem cum Dionyſio * Pontifice Rom. inepte confunditur. *Sunt qui putant*, inquit, *Dionyſium Papam fuiſſe natione Africum, ſcriptorem libri de ſitu Orbis.* Svidas Byzantinum c) eſt ſuſpicatus, ſive ut Voſſius d) apud Svidam in Διονυσ. legendum eſſe conjicit, Bithynum: ac præterea periegeſin refert etiam inter ſcripta Dionyſii Mileſii & alterius Dionyſii Rhodii vel Samii. Denique doctiſſimus Meurſius ad Helladii Chreſtomathiam & in libro de Dionyſiis auctorem periegeſeos fecit è Svida Dionyſium Corinthum. Sed merito illorum ſententiæ ſubſcribimus qui de noſtro Dionyſio accipiunt hæc Plinii VI. 27. Hiſt. *Charax oppidum Perſici ſinus ultimum - - - conditum eſt primum ab Alexandro Magno - - - Hoc in loco genitum eſſe Dionyſium terrarum orbis ſitus recentiſſimum auctorem conſtat, quem ad commentanda omnia in orientem præmiſit Divus Auguſtus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res majore filio.* e) Sane Auguſti tempora ſignat Periegetes v. 1051. ubi de Parthis:

> Ἀλλ' ἔμπης κ᾽ δῆεν ἀμαιμακέτως περ ἐόντας
> Ἀυσονίῃ βασιλῆϊ ἐπιπρέηνεν ἀκωκή.

Ubi βασιλεία vocat Imperatorem Auguſtum: ἄνακτας vero Cajum ac Lucium Cæſares f) v. 355. ubi de Roma canit: Ῥώμην πιμήσασαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτων· ad quæ verba Euſtathius: ἀνάκτων ἢ εἰπὼν ἔδειξε, φασὶν, ἐναργῶς ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν ὑπάτων αὐτὸς ἦν ἀλλ' ἀπὸ τῶν αὐτοκρατόρων ἥκμαζε, Νέρωνος ἢ καὶ Αὐγούστου κατά τινας, ἃ μεμνῆσθαι λέγεται καὶ ἐν τῷ. Ἀυσονίῃ βασιλῆϊ ἐπιπρέηνεν ἀκωκή. Accedit locus veteris Scholiaſtæ MS. Voſſio de

* Confer ſi placet Gvil. Cavei Hiſt. litterar. ſcriptorum Eccleſiaſt. part. 2. ad A.C. 259.

c) Voſſ. de Hiſt. Græcis lib. II. c. 3. cui Clariſſ. Neocorus ad Svid. aſſentitur.

d) Hujus Dionyſii Byzantini περιήγησιν ξ ἐν τῷ βοσπόρῳ ἀνάπλου præter eundem Svidam Stephanus Byz. memorat, de qua dicam infra.

e) Cajo puta, quem cum Lucio Cæſare Auguſtus adoptavit. Confer Antonium Pagi T. 1. Criticæ Baronianæ p. 8. & H. Noris ad Cenotophia Piſan diſſ. 2. p. 193. Chriſtoph. Cellarium V. C. in diſſ. de Poëtis Scholæ Publicæ utilioribus Halæ Sax. A. 1706. §. 18 ſeq.

f) Svidas ex Harpocratione: καλοῦνται δὲ οἱ μὲν υἱοὶ καὶ ἀδελφοὶ τοῦ βασιλέως ἄνακτες.

de Poëtis Græcis laudatus: Διονύσιος ὁ περιηγητὴς γεγονὼς υἱὸς Διονυσίου Ἀλεξανδρέως. Γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν χρόνων μέχρι Αὐγούστου Καίσαρος ἢ ἐπὶ αὐτοῦ. Miratus tamen ſum quod auctor Characis patriæ ſuæ ne quidem facit mentionem, & v. 707. ſeq. Caſpium mare deſcripturus negat ſe itinera maritima feciſſe, aut loca illa ipſummet oculis ſuis luſtraſſe:

Ἕῶια δέ τοι καὶ τήνδε καταγράψαιμι θάλασσαν
Οὐ μὰν ἰδὼν ἀπάνευθε πόρους ὃ νηὶ περήσας
Οὐ γάρ μοι βίος ἐστὶ μελαινάων ἐπὶ νηῶν·
Οὐδέ μοι ἐμπείρη πατρωίη, ἀλλ' ἐπὶ γαίγης
Ἔρχομαι, οἷα τε πολλοὶ Ἐρυθραίης ἀλὸς ἔντες
Ψυχῆς οὐκ ἀλέγοντες, ἵν' ἄσπετον ὄλβον ἕλωνται.
Οὐδὲ μὰν Ὑρκανίοις ἐπιμίσγομαι, ἀλλ' ἐρεείνω
Καυκασίας κημῖδας Ἐρυθραίων τ' Ἀρίμων·
Ἀλλά με μυθαίων φορέει νόος αἵτε δύνανται
Νόσφιν ἀληθοσύνης πολλὴν ἄλλα μετρήσασθαι
Οὖρεά τ' ἠπειρόντε καὶ αἰθερίην ὁδὸν ἄστρων.

Quod autem v. 208. ſeq. Naſamonum ἀποφθιμένων ἐρημωθέντα μέλαθρα memorat, non neceſſe eſt reſpici ab eo cladem, Domitiani ætate Naſamonibus per Romanos illatam, memoratamque Zonaræ: licet hoc vehementer contendit Salmaſius p. 411. ſeq. ad Solinum, qui propterea Dionyſium hunc juniorem longe eſſe Auguſti ætate, ac Severi g) temporibus vixiſſe vel Marci Antonini h) alibi etiam ſcripſit: at enim antiquiorem de Naſamonibus Romanorum victoriam notant non modo Euſta-

g) p. 628. in Exerc. ad Solin. quas poſt commentar. in Hiſt. Auguſtam edidit ſecutus Scaligerum, quem vide ad Euſebii num. MMCCXV. p. 218. Vide etiam Jo. Rualdum ad Plutarchum p. 95. & Tillemontii Hiſt. Imperator. T. I. p. 212. & 1010.

h) Salmaſ. ad Severum Spartiani c. 15. T. I. p. 614. à Scaligeri ſententia recedens *ignoſcant*, inquit, *mihi manet ſummi Viri*, verſum Dionyſii 1051. ſeq. *retulerim potius ad Verum Marci fratrem, qui de Parthis triumphavit, unde & Parthicus dictus eſt. Temporibus enim Marci vixiſſe illum poëtam multis & validis argumentis alibi adſtruemus, quod & oſtendit v. 355. ubi ἄναχτες ſunt duo Auguſti Marcus & Verus. Et Scaliger ἡμῶν ἀνάχτων exponit Severi patris Caracalla & Getæ filiorum. Sed ad ipſum Poëtam hæc pluribus diſcutiemus, quem politiorem emendatioremque aliquando, ſi Deus faverit, dabimus comparatis duabus antiquis interpretationibus Avieni & Priſciani, ubi quid uterque interpres peccarit, & quotiès, aperiemus.* Etiam Barthius LVIII. 5 affirmat Dionyſium *aureolum ſuum libellum principantibus Antoninis ſcripſiſſe.* Cui ſententiæ nuper adſtipulatus eſt in ſua Dionyſii editione V. C. Georgius Henricus Urſinus.

Eustathius: οἱ δέ φασιν αὐτὸς καταπλεμηθῆναι συναγωνιζομένους τῷ Κάτωνι ὑπὸ Καίσαρος. Sed & alter Scholiastes Oxonii editus: ὅτι δὲ μὴ φρονήσαντες Διὸς, ὑπὸ Ῥωμαίων ὑπερήφανοι γενόμενοι καὶ ἡττηθέντες, ὡς καὶ ὁ Βασιλέως αὐτῶν Ἰόβα Σκιπίωνος ἀναιρεθέντες, μὴ φέροντες τὸ ἧττον ἑαυτὸς ἀνεῖλον. Et Catonem per Nasamones copias duxisse suas è Plutarcho in ejus vita p. 786. & Lucano *IX.* 443. seq. observat præclaræ doctrinæ Vir Christophorus Cellarius erudita diatriba qua inter utiliores publicis scholis poëtas Græcos Dionysium nostrum præ ceteris commendat §. *XXI.* Dionysium Diogenis filium Geographum memorat Marcianus Heracleota, aitque eum perinde ut Eratosthenes terræ ambitum fecisse stadiorum 259200.

II. Interpretes Dionysii periegesis ex antiquis habuit duos qui ambo illam carmine latino Hexametro reddiderunt, *Rufum Festum Avienum*, & *Priscianum* pro quo alii *Rhemnium Fannium* contra Codd. auctoritatem nominant. De utroque dixi in Bibliotheca latina. Græco commentario copioso illustravit libellorum supplicum minister & Magister Rhetorum, postea Archi Episcopus Thessalonicensis *Eustathius*, clarus circa A. C. 1160. ut dicere me memini lib. II. cap. III. §. 8. cum ejusdem in Homerum diffusos commentarios recenserem. Lacunam ingentem in Eustathio ad Dionysii v. 889. — 917. quâ editiones hiabant, è codice Holsteniano in eadem latina supplevi Bibliotheca A. 1696. Hamburgi excusa, unde in Oxonienſem Dionysii editionem A. 1697. supplementum illud fuit derivatum. Præter Eustathium qui commentarios suos Joanni Ducæ Andronici F. dicavit, in eadem editione exhibentur è Codd. Bodlejanis *glossæ græcæ interlineares*, & *paraphrasis Græca Anonymi* scholiastæ nunquam ante vulgata. Paraphrasis ejusmodi manu exarata occurrit etiam in Bibliotheca Vindobonensi. Et Is. Casaubonus notis ad Strabonem aliquoties allegat alium ab Eustathio & græcum ἀνέκδοτον Dionysii Scholiasten. Plures quoque ante Eustathium in hunc Poëtam scripsisse ex multis hujus commentariorum locis patet, quibus ad aliorum provocat explicationes, interdum etiam vocans παλαιὸς, ut quando tradit ab iis Dionysii poëma appellari ἰσοσχὸν συγκείμενον ἐκ τοπικῆς καὶ πραγματικῆς καὶ χρονικῆς καὶ γενεαλογικῆς. Denique Clariss. Hudsonus tomo tertio Geographorum Græcorum daturum se recepit Dionysii Periegesin cum commentariis Græcis *Nicephoro Blemmidæ* è Codice Bodlejano, & Avieni versione metrica. Claruit Blemmidas medio sæculo post CHRISTUM natum tertio decimo.

III.

Digitized by Google

III. *Editiones Dionysii latinæ.*

Avieno interprete Venet. 1488. 4. & Paris. 1590. 8. inter poëmata Vetera à P. Pithoeo edita & illustrata: atque Madriti A. 1634. 4. inter Avieni poëmata, è Bibl. Ramiresii de Prado.

Prisciano interprete, qui è Solino nonnulla hinc inde intertexuit. Venet. 1482. 4. & apud Aldum 1518. 8. Florent. 1519. 8. Lugd. 1550. &c. & cum notis Joach. Camerarii. Viennæ 1512. 4. quam editionem in Catalogo Thuano memoratam haud vidi, ut nec Lipsiensem A. 1518. cum scholiis Petri Mosellani. Neque Rostochiensem 1577. 4.

Interprete *Antonio Bacharia.* Venet. 1477. 4. 1498. 4.

Simone Lemnio, Rheto, qui carmine reddidit. Venet. 1543. ut testatur Simlerus. *Andrea Papio*, qui item, Antvverp. 1576. 8.

Editiones cum Eustathii commentariis latine versis.

Abele Matthæo Carnotensi JCto interprete, qui Dionysii periegesi carmine versæ Eustathii commentarios latine à se translatos adjunxit. Paris. 1556. 4. ad Cardinalem Carolum Lotharingum.

Interprete *Bernhardo Bertrando* Rhegiensi, qui similiter Dionysii poëma & Eustathii commentarios latine vertit. Basileæ, anno eodem 1556. 8. apud Jo. Oporinum. In hac editione Dionysius ipse Græce exstat & latine.

Versio latina commentariorum Eustathii quam à *Vincentio Marinerio* Valentino Bibl. Regiæ Escurialensis præfecto adornatam refert Nic. Antonius in Bibl. Hispana, non vidit lucem.

Editiones Dionysii Græcæ sine Eustathii commentariis.

Veneta apud Aldum 1513. 8.

Parisienses A. 1556. & 1559. 4. cum notis Gvil. Morelli.

Inter Poetas principes Heroici carminis Paris. 1566. fol editio luculenta H. Stephani, emendata & majoribus descripta typis, una cum Variis Lect.

Cantabrigiensis A. 1533. 8.

Londinensis 1668. 8.

Editio Dionysii Græca cum Eustathii commentariis.

Perquam nitide vulgata à Rob. Stephano Paris. 1547. 4. una cum Variis lectionibus. Hæc cum emendationibus MSS. Xylandri & M. Sladi fuit apud P. Francium V. C.

Editiones Dionysii Græcolatinæ.

Cum Prisciani Metaphrasi & notis *Cœlii Calcagnini.* Basil. 1552. 8.

Cum versione prosaria *Jo. Camertis* Monachi Franciscani, & notis *Jo. Ceporini.* Basil. 1523. 8. 1534. 8. 1547. 8. 1561. 8. 1585. 8. additis Procli Sphæra, Cleomede & Arato. In his editionibus *Prisciani* quoque Metaphrasis occurrit.

Coloniæ 1530. 8.

Antvverpiæ 1553. 8.

Cum Metaphrasi *Andreæ Papii* Gaudensis, qui tunc vix duodeviginti annos natus Dionysium versibus reddidit, & *Prisciani* interpretationem ad tres Codd. MSS. Caroli Langii, Gemblacensem & Buslidianum & duas Venetas editiones recensitam adjunxit. Antvverp. apnd Plantin. 1576. 8. una cum Musæi poëmate de Herone & Leandro ejusdem Papii interpretatione illustrato.

Cum H. Stephani versione & Variis Lect. Genev. 1606. fol. in corpore Poëtarum Græcor. curante Jac. Lectio.

Cum notis *Antonii Bassolii* è Soc. JEsu. Mussiponti 1620. 8.

Cum versione H. Stephani, tabulis Geographicis & commentario Grammatico ac Geographico uberrimisque Indicibus Gvilelmi Hill. Lond. 1657. 1679. 8.

Cum H. Stephani versione & notis atque A. Papii metaphrasi, & *T. Fabri* animadversionibus. Salmur. 1676. 8.

Cum ejusdem Stephani versione hinc inde emendata & notis eruditis *Georgii Henrici Ursini* Gymnasii Ratisponensis Rectoris. Ratisponæ A. 1705. 8.

Denique V. C. *Eduardus Wells* Ædis Christi Oxoniæ alumnus Dionysii poëma ex suo ingenio ad faciem hodiernæ Geographicæ disciplinæ digessit emendavit & versibus Græcis supplevit, additis notis & latina versione separatim excusa atque tabellis Geographicis *XVI.* Oxon. è theatro Sheldon, 1706. 8.

Editio-

Digitized by Google

Editiones Dionysii Græcolatinæ cum commentariis Eustathii.

Dionysius cum versione *H. Stephani* prosaria, & Eustathii commentariis Græce subjunctis, notisque A. Papii in Priscianum cujus Metaphrasis & ipsa adnectitur, una cum Mela, Solino, Æthico &c. Paris. 1577. 4. In Catalogo Bibl. Græviana p. 208. memoratur hæc editio *Collata cum Cod. MS. in quo aliquot versus inediti reperiuntur.*

Cum versione H. Stephani, tabulis Geographicis, Eustathii commentario & notis H. Stephani, Gvil. Morelli, Jo. Ceporini, A. Papii & commentario copioso Grammatico ac Geographico *Gvilielmi Hill* Gymnasii Dublinensis præfecti. Lond. 1688. 8.

Cum versione H. Stephani singulis paginis una cum *glossis interlinearibus* Græcis ac *paraphasi Græca* Anonymi Scholiastæ substrata, Eustathiique Commentario cum brevibus notis, & quinque tabulis Geographicis de novo delineatis ac Dionysio & Eustathio accommodatis. In hac præclara Dionysii editione quam studiosi debere se norint Viro Clariss. (nomen ipse enim suum dissimulavit) *Eduardo Thwaites* Collegii Reginæ Socio, occurrunt præterea Variæ lectiones ex editionibus Stephanorum & Codicibus Bodlei. Etonens & Cantabrigiens. atq; ex interpretibus priscis Dionysii diligenter collectæ, tum editoris breves ad Dionysium notæ sive castigationes, Metaphrasis item Prisciani ex A. Papii editione cum ejusdem notis, supplementum lacunæ in commentariis Eustathii quod ex Codice MS. Bibl. Claramontanæ descripserat Holstenius, ac denique Indicem editionum Dionysii, vocabulorum omnium quæ in Dionysio reperiuntur & scriptorum quos Eustathius in commentariis suis allegat, Oxoniæ A 1697. 8. è theatro Sheldoniano.

Versio Gallica.

Carmine Gallico donavit *Benignus Salmasius.* Paris. 1597. 12. Hoc politissimum disertissimumque vocat filius Claudius Salmasius præf. ad Tertullianum de pallio.

Editiones promiſſæ.

1. *Claudii Salmaſii*, vide ſupra notam f.
2. *Lucæ Holſtenii.* Lambec. T. 1. de Bibl. Vindob. p. 114.
3. *Nicolai Lloydii.* Confer ejus præf. ad Dictionar. Hiſtorico Geograph. Poëticum Caroli Stephani locupletatum.

IV. Dicitur & alia ſcripſiſſe hic Dionyſius, quæ omnia intercidere. Euſtathius: Διονύσιος ὁ Λίβυς μὲν ἱστορεῖται τὸ γένος, συγγράψαι δὲ καὶ ἄλλα βιβλία λέγεται, Λιθιακάτε, καὶ Ὀρνιθιακὰ καὶ Βασσαρικά (meminit Svid. in Διονύσ. Κορίνθιος) ἐκείθηκεν ἴδια Διονυσίᾳ τὰ λιθιακὰ διὰ τὴν τῶν χαρακτῆρος ὁμοιότητα. τὰ δὲ Βασσαρικὰ (Stephano Byz. plus ſimplici vice laudata) διὰ τὴν βραχύτητα οὐκ ἄξια τάττε κεῖσθαι εἰς τὸν Σάμιον ἀνενέχθησαν Διονύσιον. Τὰ δὲ Ὀρνιθιακὰ εἰς ἄλλον τινὰ Φιλαδελφέα Διονύσιον, ὃν διὰ λέξεως ἀκυρολογίαν ἐπικαλοῦσιν διάκονον.

V. *Index ſcriptorum ab Euſtathio ad Dionyſium allegatorum: ex editione Oxonienſi A. 1697. 8.*

Aſtericus notat epiſtolam Commentariis præmiſſam, numerus verſum Dionyſii.

Ἀθηναῖος 479, 1134.
Ἀθηνόδωρος 215.
Αἰλιανὸς 39, 492, 1134.
— ἐν τοῖς περὶ προνοίας 453.
Αἰσχύλος 31, 69, 92, 414, 739, 767, 791, 1181.
Ἀλέξανδρος *
Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος 558.
Ἀλέξανδρος ὁ καὶ Λύχνος 591.
Ἀλκαῖος 306.
Ἀμασεὺς Γεωγράφος [Στράβων] * 7.
Ἀναξίμανδρος *
Ἀπολλόδωρος 384.
Ἀπολλώνιος 321. 384, 803, 1134.
— ἐν Ἀργοναυτικοῖς 1134.
— ὁ παιητὴς 32.
Ἄρατος * 288.
Ἀριστάνδρος 747.
Ἀριστοτέλης 76, 226, 262, 298, 373, 557, 867, 939, 976.
— ἐν πέμπτῳ περὶ Ἀλεξάνδρου 1140.
Ἀρριανὸς 14, 66, 140, 222, 270, 322, 378, 391, 414, 451, 453, 498, 511, 517, 525, 530, 549, 558, 647, 669, 767, 772, 775, 783, 791, 793, 803, 805, 809, 828, 847, 861, 867, 874, 939, 976, 1005, 1086, 1088, 1096, 1139, 1143, 1153.
— ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου 976, 1097.

Ἀρχίας

Αρχίας 498.
Αρχίλοχ@. 533, 767.
Γεωγράφος [Στράβων] * 7, 11, 38, 64, 88, 140, 144, 195, 198, 218, 226, 254, 258, 288, 298, 304, 306, 321, 322, 357, 358, 362, 364, 369, 373, 378, 409, 414, 419, 423, 431, 437, 451, 453, 457, 458, 467, 476, 479, 498, 513, 525, 533, 546, 558, 566, 596, 609, 647, 663, 680, 689, 692, 695, 730, 759, 766, 767, 772, 783, 787, 805, 815, 820, 828, 830, 837, 847, 852, 855, 857, 859, 867, 874, 918, 936, 970, 988, 990, 992, 1017, 1073, 1082, 1086, 1095, 1096, 1134, 1139, 1140, 1141, 1153, 1166.
Γράψας τὰ ἐθνικά [Στέφαν@. Βυζάντι@.] 11, 38, 66, 78, 260, 305, 310, 513, 530, 625, 694, 787, 815. 916, 927, 954.
Δαβὶδ 666.
Δαμασκηνὸς ὁ γράψας τὸ δρᾶμα Σωσάνν@. 976.
Δημόκρατ@. *
Δικαίαρχ@. 767.
Διόδωρ@. 375, 467, 689, 772, 791.
Διονύσι@. Σάμι@. *
Διονύσι@. Φιλαδελφέυς*
Δίων 209, 350.
Δῆρις 828.
Εθνικὰ [Στεφάνου Βυζαντίου] 524, 859.
Εθνικῶν ἀναγραφεὺς 954.
Εθνικῶν καταγραφὴ 382.
Εκαταῖ@. * 321.
Επίγραμμα 823, 1069.
Επιμενίδης ὁ ποιήσας δι' ἐπῶν καθαρμούς 88.
Ερατοσθένης * 1, 218, 775, 867.
Ερμείας ὁ Πλατωνικὸς 423.
Ερμογένης * 401.
Εὔδοξ@. * 694.
Εὐριπίδης 80, 229, 347, 403, 820.
— ἐν Ἰωνι 1181.
— ἐν Ῥήσῳ 270.
— ἐν Πειρίθῳ 1134.
Εὐφορίων 558.
Εφορ@. 513.
Ηρόδοτ@. 1, 7, 14, 31, 41, 48, 66, 140, 144, 147, 163, 175, 180, 185, 211, 213, 217, 218, 222, 226, 232, 242, 260, 262, 267, 270, 298, 304, 305, 309, 310, 311, 322, 323, 347, 364, 378, 398, 409, 414, 419, 423, 431, 437, 511, 513, 517, 520, 525, 533, 538, 561, 566, 581, 620, 653, 669, 689, 694, 721, 739, 749, 752, 764, 772, 784, 793, 809, 823, 830, 854, 857, 874, 916, 933, 939, 976, 988, 1005, 1056, 1069, 1073, 1097, 1107, 1143, 1153.
Ηρωδιανὸς 215, 566.
— ἐν τῇ καθόλου προσῳδίᾳ 457, 504. 533, 1140.
— ἐν τῷ περὶ παθῶν 859.
Ησίοδ@. * 498, 638, 666, 707, 927, 1181.
Θαλῆς *
Θαυμάζων (ὁ Ηρόδοτ@.) 248.
Θεία γραφὴ 195.
Θεοδέκτης 855.
Θεόκρατ@. 121, 232, 350, 511, 805, 823, 956, 1005, 1055, 1134.
Ιδιωτικὸς 976
— ἐν τῇ τῶν αὐτῷ λόγων 304.
Ιππαρχ@. 473.

Ιππίας 270.
Ισοφία περὶ 322.
Καλλίμαχος 414.
Κωμικὸς [Αριστοφάνης] 374, 520, 530, 764, 809, 1056.
— ἐν Βατράχοις 337.
— ἐν Ὄρνισι 347.
— ἐν Λυσιστράτῃ 525.
Κωμῳδία [Αριστοφάνους] 525.
Λεξικὸν Λατινικὸν 384
Λιβάνιος 39, 815.
Λυκιανὸς *.
Λύπερκος 492.
Λυκόφρων 76, 92, 157, 218, 248, 259, 270, 306, 327, 347, 414, 423, 444, 457, 467, 483, 508, 511, 524, 525, 530, 536, 620, 692, 767, 809, 854, 1017, 1143.
Νικίας 175.
Ξενοφῶν 242, 322, 766, 772, 787, 976.
— ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς 775.
Ὅμηρος *. 1, 64, 75, 88, 117, 135, 140, 144, 185, 239, 260, 270, 321. 358, 369, 373, 378, 409, 444, 461, 467, 473, 483, 520, 524, 525, 530, 533, 566, 599, 620, 638, 680, 707, 739, 749, 767, 809, 830, 857, 867, 927, 994, 1017, 1031, 1153, 1166.

— ὁ ποιητὴς 38, 66, 112, 135, 157, 347, 378, 419. 451, 467, 483, 492, 533, 581, 769, 809, 994, 1010, 1097, 1107.

— ἐν Ιλιάδι 135, 248, 527, 919, 1107.
— ἐν Οδυσσείᾳ 144, 205, 428, 458, 492, 498, 425, 647, 680, 739.
— Α τῆς Οδυσσείας 66, 179,
— Ω τῆς Οδυσσείας 492.
— τὰ εἰς τὸ Ομηρον [Εὐσταθίου παρεκβολαὶ] 994.
— τὰ εἰς τὴν Ιλιάδα 302.
— τὰ εἰς τὴν Οδυσσείαν 66, 112, 163, 180, 259, 420, 431, 461, 479, 591, 725.
Οππιανὸς 270, 772, 803.
— ἐν ἁλιευτικοῖς 538, 1055.
Ορφεὺς ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ Ηρας 1.
Ουεργίλιος 38.
Παρθένιος ὁ τὰς μεταμορφώσεις γράψας λεγόμενος 420.
Παυσανίας 525.
Πίνδαρος *. 1, 64, 66, 141, 172, 211, 213, 403, 409, 426, 467, 508, 511, 530, 805, 809, 820, 1181.
— ὁ γλυκὺς λυρικὸς *.
— ἡ Θηβαία λύρα *.
Πλάτων *.
Πλούταρχος 285, 775.
Ποιητής τις 476.
Πολύβιος 187, 321.
Πορφύριος 939.
Ποσειδώνιος 1.
Πτολεμαῖος 48, 298, 568, 591, 718, 721.
Ρήτωρ [Ηλιόδωρος] 180.
Σέσωστρις ὁ Αἰγύπτιος *.
Σιβύλλα 467.
Σιμωνίδου οἰκουμενικὴ ἱστορία 730.
Σοφοκλῆς 145, 148. 419,
Στρατόνικος 533.
Σωφρόνιος 384.
Τιμόθεος ὁ κιθαρῳδὸς 520.
Φίλων 752.
Φωκυλίδης 530.
Χάραξ 687, 689.
Χρησμὸς 473, 525, 591, 803, 867.

Διόδω-

Auctores citati in Supplemento Euſtathii.

Αἴλιος Διονύσιος ἐν τοῖς περὶ Ἀττικῶν λέξεων	912.	Ἡρόδοτος	904, 907, 911, 912.
Ἀρριανὸς	907.	Ὅμηρος	916.
Γεωγράφος	899, 907, 911.	Ὀππιανὸς	916.

Auctores citati à Paraphraſte.

Εὐκλείδης	175.	Ὅμηρος	67, 113.
Ἡσίοδος	672.	— ὁ ποιητὴς	442, 540, 872.
Καλλίμαχος	464.	Πτολεμαῖος	718.
Μάρων	113.	Χάραξ qui corrupte vocatur Γάραξ.	687.
Μιτιλήνης ὁ Βορυσθενίτης	311.		

VI. Jam ceteros deinceps Geograhos Græcos paucis perſequar, quorum alii antiquiores etiam Dionyſio ſunt, alios plerosque ætate ille anteceſſit. Antiquior i) eſt SCYLAX Caryandenſis, è Caryandis Cariæ opido, quem Darius Hyſtaspis k) miſit ad Indum fluvium & oras maritimas luſtrandas, ex quo itinere trigeſimo menſe eſt reverſus, ut auctor eſt Herodotus IV. 44. Condidit hinc Περίπλουν quem eidem inſcripſit Dario, ut Ælii Dionyſii teſtimonio l) conſtat. Mentionem ejus facit Ariſtoteles VII. 14. Politic. & in Cianorum politia apud Scholiaſten Apollonii Rhodii lib. 1. ad v. 1177. atque varia ex eo fabuloſa legas apud Philoſtratum III. 14. Vitæ Apollonii, & Jo. Tzetzam Chiliade VII. hiſt. 144. Huic Scylaci malo tribuere PERI-

i) Antiquiores etiam ſunt *Hanno*, de cujus Periplo dixi lib. I. c. 6. & *Dicæarchus*, de cujus ἀναγραφῇ ἑλλάδος vide ſi placet lib. III. cap. 11. p. 296.

k) Darius Hyſtaspis obiit Olymp. LXXIII. 4. ante CHRISTUM natum 485.

l) Græcus auctor incertus cujus teſtimonium periplo Scylacis præfigitur, non dubitans hunc ipſum quem habemus Scylacis libellum eſſe eundem antiquiſſimi illius ſcriptoris, Dario illum dicatum ab auctore ſuo refert: Αἴλιος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησὶν ὅτι Δαρείῳ προσφώνησε Σκύλαξ τὸ φερόμενον. Darium II. Voſſius Nothum intelligit, ſed videtur Ælius Dionyſius de eodem potius cogitaſſe Dario à quo Scylacem ablegatum Herodotus narrat. Atqui ille fuit Darius Hyſtaspis F. Notho antiquior. Edito quidem periplo nulla ejusmodi προσφώνησις ad Darium præfigitur, quæ ſane potuit temporum injuria perire atque amitti.

PERIPLUM qui hodie exſtat, quam vel cum viris doctis m) comminiſci ſine veterum ſuffragio Scylacem alterum Caryandenſem qui priore ſit junior, ſed ante Alexandri M. tempora ſub Dario Notho vixerit: vel cum Svida, cujus ſententiam ſequitur clariſſimus Dodvvellus n) referre hunc librum ad Scylacem tertium Polybii æqualem. En Svidæ verba: Σκύλαξ Καρυανδεὺς (πόλις δέ ἐστι τῆς Καρίας πλησίον Ἁλικαρνασσοῦ τὸ Καρύανδα) Μαθηματικὸς καὶ Μυσικὸς ἔγραψε περίπλουν τῶν ἐκτὸς Ἡρακλείας στηλῶν, τὰ κζ΄ Ἡρακλείδην τὸν Μυλασσέων βασιλέα, Γῆς περίοδον, o) Ἀντιγραφὴν p) πρὸς τὴν Πολυβίου ἱστορίαν. Valde vereor ne Svidas, in diſtinguendis Homonymis ſcriptoribus minime accuratus, confuderit Scylacem antiquum Caryandenſem cum Scylace Halicarnaſſeo Mathematico, de quo Cicero II. de divinat. c. 42. *Scylax Halicarnaſſeus familiaris Panatii, excellens in Aſtrologia, idemque in regenda ſua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.* Certe veteres, ut Strabo, unicum norunt Geographum Scylacem Herodoteum illum, quem propterea παλαιὸν συγγραφέα vocat idem Strabo XIV. p. 658. ſcriptor Græcus incertus cujus teſtimonium edito periplo præfigitur

m) Ita Voſſius pater lib. I. de Hiſt. Græcis cap. 19. & Iſ. Voſſius in præfat. ad Scylacem. *Meminit enim noſter*, inquit, σκελῶν μακρῶν & Πειραιῶς *quod tamen Themiſtoclis opus: Meminit & Amphipoleos quam condidit Braſidas cum antea* ἐννέα ὁδοὶ *dicerentur. Cleoſtrati quoque Aſtrologi Tenedii & Calliſtrati Rhetoris Athenienſis mentionem facit, quos diu poſt illum Hyſtaspidem floruiſſe certiſſimum.* Ex his quædam ſunt, ut Cleoſtrati mentio, quæ non male congruunt ſcriptori temporum Darii Hyſtaspis, nam Cleoſtrati Octaeteridem primam qui ſerius computant ab Olympiade LXI repetunt, alii ab Olymp. LIX. Themiſtocles paucis poſt Hyſtaspidem obiit annis. Calliſtratus Athenienſis, Dati conditor, antiquior, videtur & diverſus à Rhetore de quo Plutarchus in vita Demoſth. Denique Amphipolin à Braſida demum hoc nomen acceptiſſe ægre mihi perſuadeo, & contrarium innuit Diodorus Sic. XII. 68. Quid quod idem Voſſius Epitomen tantum Scylacis nos habere affirmat, in qua *multa legantur contra ſententiam Scylacis in quibus epitomator erraverit.* Mirum igitur ad hunc non retuliſſe potius ſi quæ offendit vir doctus manifeſta recentiorum Darii Hyſtaspidis ætate temporum teſtimonia.

n) H. Dodwellus in diſſ. de Peripli Scylacis ætate. T. 1. Geographor. Græc. minorum Jo. Hudſoni V. C.

o) Ex hac Scylacis Periodo ſive deſcriptione orbis terrarum Clariſſ. Dodwellus §. 3. hauſiſſe exiſtimat Strabonem quod lib. XII. p. 566. è Scylace tradit circa lacum Aſcanium habitaſſe Phrygas & Myſos. Sed & in periplo Scylacis, qui mutilus ad nos pervenit, loca mediterranea quandoque perſtringuntur. Itaque poterat illa Strabo petiiſſe è loco peripli qui in noſtris codicibus deſideratur.

p) Vide ſi placet quæ de hac ἀντιγραφῇ notavi lib. III. c. 30. §. 6. p. 761.

Digitized by Google

tur ἀρχαίπατον ἄνδρα, Stephanus Byz. in Καρυανδα, παλαιον λογογράφον. Jam certo conſtat periplum quem hodie habemus lectum eidem Straboni, nam in hoc Troadis initium ab Abydo deducitur, quod à Scylace fieri ille notavit XIII. p. 583. Idem quoque lectus à Marciano Heracleota, Avieno in oræ maritimæ deſcriptione, aliisque. Quid igitur? num Svidæ plus fidei quam Straboni habebimus? aut credemus ſcriptorem Polybii æqualem Tyrum βασίλειαν νῆσον appellaturum, aut Thebas τεῖχος, aut memoraturum Olynthum, aut q) Lyſimachium & Antiochiam Syriæ itemque Theſſalonicam, & in Ægyptiacæ oræ deſcriptione Alexandriam prætermiſſurum? Non ſane. Relinquatur igitur per me antiquiſſimo illi Herodoteo Scylaci, quem unum veteres noverunt, periplus iſte, qui non plane integer, ne dicam parum, (etiam poſt virorum doctiſſimorum curas) emendatus r) ad nos pervenit. In hoc ab Herculis columnis in Hiſpania facto initio ultra quas ipſas Carthaginienſium emporia (qualia etiam ante primum bellum Punicum habuiſſe ex Polybii lib. I. c. 10. jam obſervarunt viri docti) commemorat, univerſas deinceps Europæ & Africæ oras perſequitur, ad columnas Herculis in Africa denique ſubſiſtens. Narrat etiam diaphragmata ſive vias quibus è Græcia in Aſiam vel ex Aſia in Græciam commode liceat trajicere.

VII. Primus Græce edidit Scylacem *David Hæſchelius* una cum Marciano Heracleota, Artemidoro Epheſio, Dicæarcho Meſſenio & Iſidoro Characeno: Auguſtæ Vindel. 1600. 8. additis brevibus notis ſive caſtigationibus. Edidit autem ex Codice Palatino, in quo hunc reperit titulum: Σκύλακος τοῦ Καρυανδέως περίπλους τῆς οἰκουμένης Εὐρώπης καὶ Ἀσίας καὶ Λιβύης, καὶ ὅσα καὶ ἐπὶ ἔθνη ἕκαστε ἐξῆς καὶ χῶραι καὶ λιμένες καὶ πόλεμοι, καὶ ὅσα μήκη τῶν πλῶν καὶ αἱ νῆσοι αἱ ἐπὶ τὰ s) αἱ οἰκούμεναι καθόλε ἑκάστη κεῖται τῆς ἑτέρας. Poſtea lucem vidit Græce & latine cum tralatione & notis eruditis atque caſtigationibus *Iſaaci Voſſii* tum vix unum & viginti t) natiannos, Amſtelod. 1639. 4. ſubjuncto Anonymi periplo Mæotidis Paludis & Ponti Euxini quem à Salmaſio acceperat, cui etiam librum dicavit. *Ita enim par erat*, inquit, *ut*

q) Jac. Gronovius præfat. ad Geographica antiqua.

r) Rich. Bentley Apologia diſſ. de Epiſtolis Phalaridis p. 327. *Scylax one of the moſt corrupted books in the World.*

s) Ad calcem libri non ſeptem tantum ſed duodeviginti inſulas periplus Scylacis memorat. Confer H. Dodwell. §. 16. diſſ. de Scylacis ætate.

t) Natus Is. Voſſius Lugduni Batavorum 1618, ſatis conceſſit Londini 1691.

Primitiæ juventæ noſtræ primo, ſi pateris, virorum cederent. Loca quædam Scylacis ab eo tempore illuſtravit, ne Phil. Cluverum, Meurſium, Bochartum, Holſtenium, Salmaſium aliosque paucos, qui hoc obiter in ſcriptis ſuis fecerunt, jam memorem, *Jacobus Palmerius* Grentesmenilius in Exercitationibus ad optimos auctores Græcos Lugd. Bat 1648. 4. pag. 268.—282. & ſparſim in Græcia antiqua. De hoc Iſaacus Voſſius ad Catullum p. 257. *Multus eſt in hoc Scylacis loco vir doctus Jacobus Palmerius, ubi excutit obſervatiunculas quas pueri olim edidimus, ſed ut hoc, ita quoque cæteris in locis feliciorem inſtituere potuiſſet cenſuram.* Ab eo tempore *Jacobus Gronovius* V. C. edidit Geographica antiqua Lugd. Bat. 1697. 4. in quibus Scylax Voſſii, Palmerii & Gronovii ipſius notis illuſtratus & emendatus præmittitur Anonymi Periplo, Agathemeri Hypotypoſi Geographiæ & expoſitioni Mundi à Jacobo Gothofredo editæ. Denique præſtantiſſimus *Joannes Hudſon* Volumine primo Geographorum Græcorum minorum quos cum notis, indicibusque locupletiſſimis, & H. Dodvvelli de ætate ſingulorum ſcriptorum diſſertationibus vulgavit, Scylacem quoque cum caſtigationibus, notisque integris virorum doctorum exhibuit. Oxoniæ 1698. 8. e theatro Sheldoniano. Reliqui in hoc Volumine ſunt periplus Hannonis, Agatharchides de mari rubro u) è Photii Cod. CCL. cum Laur. Rhodomanni verſione, Periplus uterque Arriano adſcriptus, Nearchi Paraplus ex ejusdem Arriani Indicis, Marciani Heracleotæ periplus cum fragmentis Artemidori ac Menippi, & *Anonymi periplus ponti Euxini ac Mæotidis paludis* quem ab Iſ. Voſſio & Jac. Gronovio editum jam dixi, atque è Scymni Chii atque ex Arriani periplis maximam partem ad verbum collectum eſſe eruditi obſervarunt, auctore ſive *Alypio* de quo Julianus Epiſt. 30. ſive ut Iſ. Voſſius exiſtimabat juniore aliquo, licet H. Dodvvellus vir doctiſſimus in diſſ. de hoc ſcriptore ſuſpicetur neſcio quem Diocletiani Imp. temporibus propinquum.

VIII. ISIDORUS Characenus Dionyſii, de quo ſub initium hujus capitis, civis ſcripſit poſt fugam Tiridatis x) quam Anno Tiberii XXII. poſt CHRISTUM natum XXXV.) contigiſſe innuit Tacitus VI. Annal. 44. licet Auguſti Imp. temporibus illam adſcribit Dio lib. LI. p. 456.

u) De Agatharchide dixi lib III. cap. 8 p. 207. 208.

x) Memnit ejus Iſidorus p. 4 ἐντεῦθεν γάζα ἦν Φραάτης ὃ ἀποσφάξαντος τὰς παιδικὰς ἢ Τηριδάτης φυγὰς ἀπέβαλεν. Confer Voſſium lib. de Philogia p. 55.

p.456. Neque diverſus videtur ab hoc Iſidorus Characenus quem laudat Plinius inter externos ſcriptores è quibus librum II. Nat. Hiſtoriæ digeſſit & lib. V. c. 31. ut adeo ſcripſiſſe videatur ante imperium Flavii Vespaſiani. Artaxerxes vero quem Iſidori Characeni parentum ætate annos natum XCIII. deceſſiſſe è vita narrat Lucianus in Macrobiis T. 2. p.472. non fuit Artaxerxes Ochus ut aliquando viſum Voſſio IV. 10. de Hiſt. Græcis, ſed longe junior Artaxerxes quidam è regibus Perſarum qui Parthis Arſacidis ſubjecti fuerunt, ut pulchre obſervavit doctiſſ. Dodvvellus in diſſ. de Iſidoro Characeno §. 1. Scripſerat hic Iſidorus Marciano etiam Heracleotæ laudatus Παρθίας στάσεις quem allegat Athenæus III. Dipnoſophiſt. p.93. Hujus operis deperditi pars eſſe videntur qui hodie exſtant σταθμοὶ Παρθικοὶ y) *manſiones Parthicæ*, quibus diſtantias locorum in XVIII. regnis Imperio Parthico tum ſubjectis (non tantum Parthyenes proprie ſic dictæ) Iſidorus annotavit. Primum Græce cum Scylace & aliis lucem viderunt cura optimi Hœſchelii, deinde ad codicem Pariſienſem caſtigatæ cum verſione Clariſſ. *Hudſoni* & notulis meis in Tomo ſecundo Geographorum minorum editæ ſunt Oxoniæ A. 1703. 8. in quo volumine præterea habentur Dicæarchi Βίος Ἑλλάδος & montis Pelii deſcriptio, Scymni Chii quæ ſuperſunt, Plutarchus de fluviis, Agathemer, & Strabonis Epitome, atque de ſingulis hisce ſcriptis eorumque ætate diſſertationes eruditiſſimi Dodvvelli.

IX. SCYMNUS Chius poſt Apollodorum, cujus z) χρονογραφίαν στιχοῦσαν ἄχρι τῶν νῦν βίων compoſitam verbis Jambicis & Attalo Philadelpho Pergami Regi inſcriptam tacito Apollodori nomine laudat, ſcripſit ad Regem Bithyniæ Nicomedem (tertium Chreſtum cognomine ut videtur H. Dodvvello, Olymp. CLXXII. 3. ante CHRISTUM natum XC.) carmine itidem Jambico Περιήγησιν ſive *enarrationem Orbis*, qua Eratoſthenis maxime veſtigiis inſiſtere ſe profitetur v. 112. ſeq. Mutila ſub falſo *Marciani Heracleotæ* nomine primum Græce ab

 Hœſche-

y) De his σταθμοῖς ſive ut apud Jo. Malalam T. 2. Chron. p. 21. vocantur μοναῖς earumque varietate præter ea quæ ad Iſidorum notavi vide ſi placet Eduardi Bernhardi V. C. lib. 3. de menſuris & ponderibus p. 248. ſeq. Sic Amyntas quidam ſcripſerat σταθμοὺς Περσικοὺς & σταθμοὺς τῆς Ἀσίας. Laudat Athenæus & Ælian. XVII. 17. de animal.

z) Vide ſi placet quæ de Apollodori Chronico ſcripſi lib. III. c 27. Quod vero Stephanus Morinus V. C. p. 42 diſſ. periegeſin Marciani Apollodoro tributam ſcribit à Salmaſio, error eſt haud dubie, ſive Salmaſii, ſive quod magis mihi perſuadeo Morini.

Hœſchelio una cum Scylace & aliis edita eſt Auguſtæ Vindel. 1600. 8: deinde latino carmine reddita & Græce ac latine vulgata à *Fed. Morello* Pariſ. 1606. 8. Hinc cum proſaria verſione & notis *Eraſmi Vindingii* Paulli F. Hafniæ 1662. 8. Verum jam Iſaacus Voſſius ad Anonymi periplum p. 38. recte monuerat Scymnum Chium eſſe illius periegeſeos auctorem, quod poſtea confirmavit Lucas Holſtenius ad Porphyrium p. 82. & ad Apollonii Rhodii IV. Argonaut. v. 284. ac noviſſime H. Dodvvellus diſſ. de Scymno Chio §. 7. ita ut nullus dubitandi locus ſuperſit. Igitur doctiſſimus *Hudſonus* non dubitavit poëmati huic verum Scymni Chii nomen præfigere, qui illud non modo recudi fecit in tomo ſecundo Geographorum Græcorum cum latina verſione Vindingii notisque, & caſtigationibus: ſed etiam ſubjecit eidem aliud Scymni ex eodem opere *fragmenta*, ex Anonymi maxime periplo quem Iſ. Voſſius ediderat, collecta, quæ cum verſione Jambica *Lucæ Holſtenii* ad calcem notarum ſummi ejus viri ad Stephanum Byz. in lucem protulit Theodorus Ryckius Lugd. Bat. 1692. fol. Mentio Scymni Chii apud Apollonium Dyſcolum hiſt. commentitiæ cap. 15. (uti Meurſio probe obſervatum) & Stephanum Byz. variis in locis, & Scholiaſten Apollonii IV. 277. ubi ἐν τοῖς περὶ Ἀσίας & 284. ubi ἐν τῇς περὶ Εὐρώπης allegatur, ita enim pro ἐν τῇ ις΄ legendum docuit idem laudatus Holſtenius.

X. MARCIANUS ex Heraclea Ponti oriundus, junior fuit Claudio Ptolemæo, Stephano autem qui eum ſæpius laudat antiquior. Incertum idemne Marcianus qui Creticorum ſcriptor memoratur à Phrynicho apud Photium Cod. CLVIII. vel quem Syneſius Epiſt. CI. ad Pylæmenem ἑρμᾶ λογίων τύπων appellat, & quem Valentis Imp. filias Anaſtaſiam & Caroſam Grammatica præcepta docuiſſe refert Socrates IV. 9. Hiſt. Scripſit proſa Περίπλουν τῆς ἔξω θαλάσσης ἐν ᾧ καὶ ἠπείρου καὶ τῶν ἐν αὐτῇ μεγίστων νήσων *Periplum maris externi* a) maximarumque quæ in illo ſitæ ſunt inſularum *libris II.* quorum prior integer exſtat, de mari orientali & meridionali, poſterior qui Oceanum Occidentalem & ſeptentrionalem perſequitur, capitibus tribus poſtremis de Africa, & capite de diſtantiis ab Roma ad inſignes Orbis habitabilis urbes mancus ad

a) Mare externum opponit mari intra Europam, Africam, & Aſiam quod ſatis accurate affirmat deſcripſiſſe Artemidorum. Τῆς μὲν γὰρ ἐντὸς Ἡρακλείου ϛηλῶν ἁπάσης θαλάσσης ἀκριβῆ τὸν περίπλουν πεποιήμεθα ἐν ταῖς ἐπιτομαῖς τῶν ιε΄ βιβλίων Ἀρτεμιδώρου τοῦ Ἐφεσίου Γεωγράφου, ὃν νομίζομεν τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάσσης ἐπιμελέστατον περίπλουν ἐν τοῖς τῆς γεωγραφίας βιβλίοις πεποιῆσθαι. Lib. 2. pag. 35.

ad nos pervenit. Ante hos duos libros in quibus Claudii Ptolemæi & Protagoræ Geographia atque *ἀναμετρήσει σταδίων* uſum ſe fuiſſe teſtatur, idem Marcianus compoſuerat *Epitomen librorum undecim Geographiæ Artemidori Epheſii*, è qua prologus tantum & Ponti utriusque, Bithyniæ & Paphlagoniæ periplus ſupereſt. Neque vero ſolum in hac Epitome ſecutus eſt Artemidorum, quem Olympiade CLXIX. hoc eſt centum circiter ante natum CHRISTUM annis claruiſſe refert, ſed etiam alios, quos laudat his verbis: *Οἱ γὰρ δὴ δοκοῦντες τῶνδε μᾶλλον λόγων ἐξηπακέναι* ΤΙΜΟΣΘΕΝΗΣ *ὁ Ῥόδιος ὅσην ἀρχικυβερνήτης ἦν δευτέρου Πτολεμαίου γενεᾶς, καὶ μετ' ἐκεῖνον* ΕΡΑΤΟΣΘΕΝΗΣ b) *οὐ βῆτα ἐκάλεσαν οἱ μουσεῖα σοφιστάς. Πρὸς δὲ τούτοις* ΠΥΘΕΑΣ *τε ὁ Μασσαλιώτης καὶ* ΙΣΙΔΩΡΟΣ *ὁ Χαρακηνός. Καὶ* ΣΩΣΑΝΔΡΟΣ *ὁ κυβερνήτης τὰ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν γράψας.* ΣΙΜΜΕΑΣ *τε ὁ τὴν οἰκουμένην ἐκθεὶς τὸν σφαῖραν, ἔτι μὴν* ΑΠΕΛΛΑΣ *ὁ Κυρηναῖος καὶ* ΕΥΘΥΜΕΝΗΣ *ὁ Μασσαλιώτης καὶ* ΦΙΛΕΑΣ *ὁ Ἀθηναῖος καὶ* ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΗΣ *ὁ Ἀσιος καὶ* ΚΛΕΩΝ *ὁ Σικελιώτης,* ΕΥΔΟΞΟΣ *τε ὁ Ῥόδιος καὶ* ΑΝΝΩΝ *ὁ Καρχηδόνιος — οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ* ΣΚΥΛΑΞ *ὁ Καρυανδεὺς καὶ* ΒΟΤΘΑΙΘΟΣ --- *Μετὰ δὲ τούτων τοὺς πλείους* ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ *ὁ Ἐφέσιος γεωγράφος, καὶ* ΣΤΡΑΒΩΝ *γεωγραφίαν ἐμοῦ καὶ σφόδρα σωφρονικώτερος,* ΜΕΝΙΠΠΟΣ *τε ὁ Περγαμηνὸς* c) *Διάπλουν γράψας ἀκριβέστερον δοκοῦσι πάντων τῶν σεσυγγραμμένων τυγχάνειν --- Ἐγὼ τοίνυν πάντων τῶν μνημονευθέντων προκρίνας* ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΝ *τὸν Ἐφέσιον ὑπόμνημα τῶν ἑνδεκα βιβλίων καὶ μνημονευθέντος ἐποιησάμην σοφοῦ καὶ* ΕΞ ΕΤΕΡΩΝ ΠΑΛΑΙΩΝ *τὰ λείποντα, καὶ τῷ διαίρεσιν τῶν ἐν βιβλίων φυλάξας, ὡς μετρίαν μὴ γεωγραφίαν, πλειόνων ἢ περίπλουν ἀπεργάσασθαι.* Primus Marcianum è codice Jo. Georgii Hervvarti Græce luci dedit *David Hæſchelius* Auguſtæ Vindel. 1600. 8. cum Scylace, Dicæarcho & Iſidoro Characeno. Latine vertit & cum notis edidit in volumine primo Geographorum minorum ſæpe jam ex merito mihi laudatus *Jo. Hudſonus*, Oxoniæ 1698. 8. ſubjunctis Menippi Pergameni & Artemidori Epheſii elogiis atque fragmentis. Marcianum reſpiciunt ſcholia ad Apollonium

b) De Timoſthene & Eratoſthene dixi lib. III. c. 18.

c) Idem Marcianus p. 65. *Μένιππος ὁ Περγαμηνὸς καὶ αὐτὸς τῆς ἐντὸς θαλάσσης περίπλουν ἐν τρισὶν ἤθροισε βιβλίοις, ἱστορικήν τινα καὶ γεωγραφικὴν ἐποιήσατο τὴν ἐπαγγελίαν.* Hoc Menippi opus, cujus novam editionem curaſſe ſe Marcianus p. 66. teſtatur, *ἱστορικὸν κύκλον* vocat Grinagoras in Epigrammate quod edidit Salmaſius ad Solin. p. 580. edit. primæ. Hinc conſtat Menippum non demum floruiſſe ſub Imp. Commodo ut conjiciebat doctiſſ. Dodwellus diſſ. de ætate Marciani Heracl. § 7. ſed jam ante Auguſtum, ſub quo fuit Philippus Theſſalonicenſis qui Grinagoræ Epigrammata, cujus meminit & Strabo, coronæ ſuæ intexuit.

quando III. 558. in illis laudatur Artemidorus ἐν τῇ ὀπτομῇ τῶν γεωγεγραμμένων.

X. AGATHEMER Orthonis (al. Othonis) F. Marciano antiquior esse creditur à viris doctis, d) & ad Septimii Severi tempora propius accedere, licet argumenta quibus utuntur non plane certa atque explorata sunt, & ab aliis (ut à Salmasio) Agathemerus iste suppar habetur Georgio Gemisto Plethoni, qui sæculo XV. post CHRISTUM natum claruit. Equidem Compendiarii ejusmodi scriptores frequenter antiquiorum verba transscribunt, è quibus ætatem illorum colligere valde lubricum est. Claudio Ptolemæo plurimum tribuit Agathemerus, sed quam longe ab ejus fuerit ætate remotus, nullo indubitato docet indicio. Laudat in limine libri prioris etiam alios antiquiores. ΑΝΑΞΙΜΑΝΔΡΟΣ, inquit, ὁ Μιλήσιος ἀκουσὰς Θάλεω πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίναξι * γεράψαι. Μεθ' ὃν ΕΚΑΤΑΙΟΣ ὁ Μιλήσιος ἀνὴρ πολυπλανὴς

d) Godfrid. Wendelinus apud Tennulium præf. ad Agathemerum, H. Dodwellus diss. de Marciani ætate § 9. & in diss de Agathemero.

* Tabulas Geographicas primum è Græcis composuisse *Anaximandrum* testatur etiam Strabo, Laërtius *II.* 2. & alii. Inter Ægyptios *Sesostri* hoc tribuit Eustathius ad Dionys. Καὶ Σεσωστρις δέ φασιν ὁ Αἰγύπτιος πολλὴν περιεληλυθὼς γῆν πίναξι δὲ δέδωκε τὴν περίοδον, καὶ τῆς τῶν πινάκων ἀναγραφῆς ἐν Αἰγυπτίοις μέχρι καὶ Σκύθαις (Colchis: vide Marshami Can. Chron. Sæc. *XIV.* p. 365. & Franciscum Bianchinum V. C. in Historia Universali è monumentis antiquis probata & Italice edita Romæ 1699. 4. cap. 30. p 477. seq.) εἰς θαῦμα μεταδῦναι ἠξίωσεν. Post Anaximandrum Hecatæus, Democritus & Eudoxus similiter docuerunt brevibus in tabellis *pictos edisce re mundos*, ut Propertii *IV.* 3. 35. verbis ad sententiam Græci scriptoris efferendam utar. Idem Eustathius: πιναξογραφίας κατάρξαι μὲν ἱστόρηται Ἀναξίμανδρος, Ἑκαταῖος δὲ μετ' αὐτὸν τῇ ταύτῃ τόλμῃ ἐπιθαλεῖν. Μετὰ δὲ Δημόκριτος μαθητεύσαμενος Θαλῆτι, καὶ τέταρτος Εὔδοξος. Meminit etiam tabulæ Geographicæ æreæ ab Aristagora Mileti tyranni Cleomeni Lacedæmonio Regi allatæ Herodotus V. 49. Nec defuere qui jam apud sacrum scriptorem libri Josuæ *XVIII.* 8. seq. tabularum Geographicarum vestigium sibi visi sunt reperire. Conferatur Clariss. Kiloniensium JCtus & Mathematicus Samuel Reyherus Matheseos Mosaicæ capite *XXXII.* Ex scriptorum porro Græcorum latinorumque monumentis varia de mappis Geographicis testimonia collegerunt Marsilius Cagnatus *IV.* 5. Var Obs. Nicolaus Bergierius de publicis & militaribus Romani Imperii viis *III.* 17. Tomo X. thesauri Antiqv. Rom. Gerh. Joh. Vossius libro de Philologia p. 61. seq Matthias Berneggerus Quæst. 1. in Tacitum. Menagius ad Laërtii Theophrastum lib V sect. 51. Jac. Perizonius V. C. ad Æliani *III.* 28. Var. Hist & Cangius in glossario latino, vocabulo *mappa mundi*. Apud Stephanum Byz. in Ξύνη & Σόδηνα per πίνακας & πινακογράφους Xylander & Maussacus putant denotari tabulas Geographicas, sed Holstenius & Abr Berkelius in notis ad illa loca recte observant respici tabulas sive indices doctorum Virorum eorumque scriptorum

νὴς διηκρίβωσεν ὥστε θαυμασθῆναι τὸ πρᾶγμα. Ἑλλάνικος δὲ λέσβιος αὐτὴν πολύϊσωρ ἀπολάσως παρέδωκε τῷ ἰσρείαν. Βίβλα ΔΑΜΑΣΤΗΣ ὁ Σιγιεὺς τὴν πλεῖσε ἐκ τῶν Ἑκαταίῳ μεταγράψας ὠφέλιμον ἔγραψεν. Ἐξῆς ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΣ καὶ ΕΤΔΟΞΟΣ καὶ ἄλλοι τινὲς (*Timosthenem & Posidonium* Stoicum aliquibus interjectis etiam nominat) τῆς γῆς περιόδους καὶ περίπλους ἐπραγματεύσαντο. *Libros duos* hujus Agathemeri *Compendiariarum Geographiæ expositionum*, Συντυπώσεων τῆς Γεωγραφίας ἐν βιβλίοις, scriptos ad *Philonem* e) discipulum suum, lectuque haud indignos & nonnulla tradentes alibi haud obvia in lucem edere voluere viri docti Is. Vossius, f) Lucas Holstenius g) & Godfridus Wendelinus: h) Sed primus è Codice Jo. Jacobi Chifletii cum versione & notis vulgavit *Samuel Tennulius* Amstelod. 1671. 8. Deinde Scylaci subjecit *Jacobus Gronovius* V. C. qui avunculi notis suas addidit & versionem plusculis locis emendavit. Lugd. Batav. 1697. 4. Denique in Volumine secundo Geographorum minorum

ptorum quales à Callimacho olim compositos dixi lib. *III.* c. 19. p. 478. seq. quemadmodum patrum nostrorum memoria scriptor elegantissimus libro quo vitas doctorum virorum svavissimo stylo descripsit, titulum fecit Pinacothecam. Mirum est quod Jo. Xiphilinus p. 222. è Dione narrat Metium Pompusianum interfectum à Domitiano, quod imperium affectare videretur τὴν οἰκουμένην ἐν τοῖς ξ κοιτῶνος τοίχοις ἔχων ἐγγεγραμμένην. Utrum vero Diabolus Matth. *IV.* cum CHRISTO Servatori regna mundi ostendit, hoc fecerit demonstrata mappa Geographica, ut Viro summo Hugoni Grotio in mentem venisse videtur, aliis judicandum relinquo. Mihi quidem vel ideo hoc non videtur verisimile, quod nemini altus mons ascendendus sit, ut tabulam Geographicam vel inspicint ipse, vel alteri inspiciendam relinquat. Consule etiam si placet Jo. Danielis Majoris Medici Kilon. scrutinium Medicum Satanicæ κοσμοδείξεως capite 2. Quales denique fuerint veterum πίνακες Geographici, rudiores præsertim illi ad itinerum directionem comparati, nullo clariore testimonio constat quam reliquiis Tabulæ Theodosianæ è Peutingeri schedis à M. Velsero editæ, de qua disserui in Bibliotheca latina. De Agathodæmonis Alexandrini tabulis Geograhicis dictum à me infra est in capite de Claudio Ptolemæo. De diaphragmatis sive lineolis quibus marium trajectus & itinera notabantur, conferendus Dodwellus diss. de Scylacis Periplitate § 16. Libellus qui nautis portus & intervalla locorum monstrat, apud Græcos vocatur πορτολάνος, de quo vocabulo Cangius. Tabulam veterem terræ sanctæ vulgavit Jacobus Bongarsius in tomo posteriore præclari operis quod inscripsit Gesta Dei per Francos. ap. Wechel. 1611. fol.

e) Lib. I. c. 6. τῶν δὲ τὰ τῇ αἰθήσει ὡς ψεύδη ἀπολελεγμένα ἐπισημονικῶς διορθώμενος δεῖν προσεπονήσαμεν καὶ αὐτοὶ τῶν ξ πάντος ὡς ἐγχειριδίῳ συνελεῖν πραγματείαν, ὡς ἂν ἐπὶ μνήμης ἔχῃς ὧ ΦΙΛΩΝ ἄριστε, ὅσα καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παρ' ἡμῶν ἀκήκοας.

f) G. Joh. Vossius lib. de Philologia p. 56.

g) Lambec. 1. de Bibl. Vindob p. 113.

h) Tennulius præf. ad Agathemerum.

rum è Gronovii fere editione repræsentavit recensuitque præstantissimus *Hudsonus* Oxon. 1703. 8. qui Codicis etiam Saviliani mentionem facit. Exstat quoque MStum hoc opusculum in variis Bibliothecis, Vaticana, Cæsarea, Regis Galliæ aliisque etiam privatis. In veteribus Inscriptionibus Agathemeri nomen plus simplici vice occurrit, ut notatum Wendelino. *L. Ælius Agathemer*, *C. Papirius Agathemer*, *C. Julius Agathemerus* & C. *Vatronius Agathemer* apud Gruter. & in marmoribus Arundelianis Γ. Αἴλιος Ἀγαθήμερ☉ Ἐφέσι☉ & ὅπι ϛ ἱερᾶ Ἀγαθημ... Denique Epitaphium *Claudii Agathemeri* Medici, Myrtalesque ejus conjugis, quod integrum adscribam ex edit. Prideausii p. 77.

Κλαύδι☉ ἰητῆρ Ἀγαθήμερ☉ ἐνθάδε κεῖμαι
Παντοίης δεδαὼς κραιπνὸν ἄκεσμα νόσου.
Ζυγὸν τῦτο δέ μοι καὶ Μυρτάλη ἔσσα σωέυνφ
Μνῆμα μετ' ἐυσεβέων δ' ἔσμεν ἐν Ἠλυσίῳ.

Etiam in vita Persii pro Claudio Agaterno Medico Lacedæmonio, cujus convictu ille apud Cornutum usus esse traditur, Claudii Agathemeri nomen esse reponendum haud dubitat Reinesius in Epistolis ad Hofmannum p. 538. & in syntagmate Inscriptionum p. 610.

XI. *Index Scriptorum in Geographis antiquis Græcis minoribus allegatorum.*

Ex editione Clariss. Hudsoni, Oxon. 1698. & 1703. 8.

Tomo primo.

Æschylus. Agatharch. p. 12. *in Prometheo soluto.* Arrian. peripl. ponti Euxin. p. 19. & Anonymus If. Vossii p. 1.

Androsthenes Thasius. Marcian. Heracl. p. 63.

Antiphanes Bergæus. id. 62.

Apellas Cyrenæus. id. 63.

Artemidorus Ephesius. id. p. 1. 6. 35. 37. 46. 63. 64. 65. 66. Anonymus periplus If. Vossii p. 10.

Basilis. Agatharch. 48.

Botthæus. Marcian. 63.

Cleon Siculiensis. id. 63.

Cleostratus Astrologus. Scylax p. 35.

Clinias Historicus. Agatharch. 2.

Demetrius. id. 48.

Demetrius Calatianus. Anonymus If. Vossii p. 10.

Demosthenes. Agatharch. 19. 21.

Dionysius Diogenis F. Marcian. p. 6.

Diophanetus. Agatharch. p. 48.

Epho-

Ephorus. Anonymus Is. Voſſii p. 2. 3. 4.
Eratoſthenes Cyrenaus Marcian. p. 6. 63. 64.
Eudoxus Rhodius. id. p. 63.
Euripides. Agatharch. p. 12.
Eythymenes Maſſaliota. Marcian. p. 63.
Hanno Carthaginienſis. Marcian. p. 63. Nearch. p. 40.
Hecataus. Agatharch. p. 48.
Hegeſias. id. 17.
Hermeſianax. id. 19.
Herodotus. Arriani peripl. ponti Euxin. 16. 18.
Heſiodus. Agatharch. p. 6. 12.
Homerus. id. p. 12. Arrian. peripl. ponti Eux. p. 3. 8. 23.
Iſidorus Characenus. Marcian. p. 63.
Lycus. Agatharch. 48.
Menippus Pergamenus. Marcian. 63. 65. 66. 67.
Phileas Athenienſis. Marcian. 63.
Protagoras Geographus. id. p. 2. 35. 37. 55.
Ptolemæus Geogr. id. p. 2. 6. 35.
Pytheas Maſſilienſis. id. 63.
Scylax Caryandenſis. id. 63.
Simmeas Geogr. id. 63.
Soſander. id. 63.
Strabo. id. 63.
Timæus. Agatharch. p. 48.
Timoſthenes Rhodius Marcian. p. 63. 64.
Xenophon. Arrian. peripl. ponti Eux. p. 1. 3. 11. 13. 14. 15. 17. 24. & Anoym. Is. Voſſii p. 15.

Tomo ſecundo.

Agatharchides. Plutarch. de flum. p. 22. *Samius* id. p. 20. *de rebus Phrygiis* id. p. 22. *quarto de lapidibus.* id. p. 20.
Agathocles Mileſius. id. p. 35. *de fluminibus.* ibid.
Agathocles Samius in Rep. Peſſimuntiorum. id. p. 19.
Agatho Samius ſecundo de fluminibus id. p. 35. *ſecundo rerum Scythicarum.* id. p. 29.
Agathonymus in Perſide. id. p. 37.
Alexander Cornelius tertio rerum Phrygiarum. id. p. 21.
Anaximander Mileſius primus edidit πίνακα τῆς οἰκουμένης. Agathem. p. 1. Excerpta è Strab. p. 13.
Antimachus. excerpta è Strabone p. 119.
Antiphanes id. p. 16. *Bergæus ὁ γεάψας τὰ ἄστρα.* Scymnus p. 37.
Antiſthenes tertio Μιλησιάδος Plutarch. de flum. p. 44.
Apollodori Chronographia Jambis ſcripta, à temporibus Trojanis ad ſuam ætatem. Scymnus p. 2.
Aratus. Excerpta è Strab. p. 120.
Archelaus primo de lapidibus. Plutarch. de flum. p. 20. tertio de fluminibus. id. p. 50.
Archilochus. Excerpta è Strab. p. 137.
Aretazes ἐν τοῖς Φρυγιακοῖς. Plut. de flum. p. 25.

gitized by Google

Ariſtarchus Scymn. p. 2. Excerpta è Strab. p. 8.
Ariſtobulus decimo de lapidibus. Plut. de flum. p. 28.
Ariſtonymus, id. p. 48.
Ariſtoteles, Excerpta è Strab. p. 34. 194. *quarto de fluminibus* Plut. de flum. p. 50.
Arrianus (*de Alexandro M.*) Excerpta è Strab. p. 143.
Artemidorus, (*Epheſius*) Agathem. p. 12.
Athenodorus. Excerpt. è Strab. p. 31.
Camaro primo Ἰνδικῶν. Plut. de flum. p. 9.
Callias, Scymnus p. 8.
Callimachus. Excerpta è Strab. p. 44.
Calliſthenes tertio de venatione. Plutarch. de flum. p. 9. *Sybaritæ, decimo tertio* Γαλατικῶν. id. p. 13.
Chryſermus Corinthius Octavo Ἰνδικῶν. id p. 3. *tertio de fluminibus*. id. p. 16. 40. primo Πελοποννησιακῶν. p. 36.
Cleanthes primo de montibus. id. p. 34. *tertio Theomachiæ*. p. 12.
Cleon Siculus. Scymn. p. 7.
Clitonymus tertio Τραγικῶν (an Θρᾳκικῶν) Plut. de flum p. 8.
Clitophon. id. p. 17. *tertio κτίσεων*. p. 14. *decimo* Ἰνδικῶν. p. 39. *Rhodius* id. p. 50.
Crates Excerpta è Strab. p. 8.
Crates Mileſius. Agathem. p. 2.
Cteſias primo de fluminibus. Plut. de flum. p. 39.
Cteſias Cnidius ſecundo de montibus id. p. 43.
Cteſias Epheſius primo Perſeidos. id. p. 36
Cteſiphon I. de Arboribus. id. p. 37. *XIII. de arboribus*. p. 47. *primo* Περσικῶν. id. p. 45.
Cteſippus ſecundo Σκυθικῶν. id. p. 11.
Damaſtæ Citienſis periplus. Agath. p. 2.
Demaratus tertio de fluminibus. Plut. de flum. p. 20. quarto de Phrygia. id.
Demetrius Calatianus. Scymn. p. 7. 41. 46. 51.
Democriti γῆς περίοδος. Agathemerus. p. 2.
Demodocus primo Heracleæ. Plutarch. de flum. p. 36.
Demoſtratus Apameenſis. id. p. 19. *ſecundo de fluminibus*. id. p. 25.
piadæ. Neque dubito eum prius ſcripſiſſe quam Plinius Hiſtoriam Naturalem conderet, quanquam ætatem ipſius attigiſſe Plinium pariter mihi perſuadeo. At quod Plinius eum non nominat b) multa tamen refert quorum ſimilia etiam apud Dioſcoridem leguntur, inde videtur accidiſſe, quod ambo ex iisdem hauſerunt fontibus, neque Dioscoridis librum Plinius viderit. Sic multa eadem habet quoque Scribonius Largus, ut Joanni Rhodio obſervatum: neque is tamen Dioſcoridis meminit. Ne Plinius Valerianus quidem, ſi modo ullus unquam fuit ſcriptor hujus nominis, & non libri quinque qui ſub illo nomine exſtant ideo quia è Plinii Hiſt. naturali excerpti ſunt, Plinio alicui tribuuntur. Semel allegat Dioſcoridem Apulejus de herbis c. CIX. ſæpius Galenus, qui non diu poſt Plinium fuit. Dioſcorides ipſe opus ſuum, de quo jam dicturus ſum, inſcripſit *Areo* alicui (Φίλτατε Ἀρεῖ) quem Torrentius ad Sveton. Auguſt. c. 89. & Lambecius lib. II. commentar. p. 559. eundem eſſe putat cum Areo Philoſopho Alexandrino, quo familiariter uſus eſt Auguſtus Imperator. Sed miror Lambecio hunc ipſum Areum eundem haberi cum Areo quem Aſclepiadeum vocat Galenus V. ult. de compoſ. medicamentorum ſecundum genera. T. 13. Pariſ. p. 801. ὡς δὲ Διοσκορίδης ὁ Ταρσεὺς (Lambecius p. 561. legit Ἀναζαρβεὺς) ἔδωκεν Ἀρείῳ τῷ Ἀσκληπιαδείῳ θαυμασίως κατέχων τὰς αἱμορραγίας (confer Dioſcoridem V. 115. περὶ χαλκίτεως.) Hunc Aſclepiadeum ſive Aſclepiadis Anazarbei Medici ſectatorem Areum eſſe, cui Dioſcorides libros ſuos dicavit, certum mihi videtur. Lecanium Areum vocat Galenus V. 13. p. 795. & ejus iterum meminit p. 791. 799. &c. Sed eundem hunc eſſe cum Areo Philoſopho Alexandrino non facile crediderim. Igitur Dioſcoridis ætatem potius cum viris doctis colligamus ex Licinnio ſive ut apud Tacitum XV. 33. vocatur Lecanio Baſſo, qui Conſul fuit anno CHRISTI 64. Neronis XI. Hujus Dioſcorides in præfatione ad

qui in prolegominis ad Exerc. de Homonymis hyles iatricæ p. 10. Dioſcoridem Pedanium dictum eſſe putat à patre Pedanio, perinde ut Herodem Atticum & Apollonium Molonem, ægre aſſentior, quia Pedanii nomen in MSS. præmitti non vero ſubjici video. Pedanii plures referuntur à Jo Glandorpio in Onomaſtico p. 667.

b) Confer Jac. Thomaſii Ἐξ μαχαίρης librum de plagio litterario §. 657. & 683. ſeq. ubi refert Plinium à Nic. Leoniceno in libris IV. de Plinii & Medicorum erroribus: Bilibaldo Pirckhaimero, Georgio Agricola aliisque velut Dioſcoridis qui ſcripta expilaſſet reprehendi, ac viciſſim defenſitari à Pandulpho Collenutio in defenſione contra Leonicenum Pliniomaſtigem, Marſilio Cagnato II. 28. Variar. Obſ. & Paulo Cigalino in lectione poſteriore de Plinii fide atque auctoritate.

Areum meminit his verbis: *δεῖγμα δὲ ὀλίγον τῆς ἐν οἰνῳ καλουμενης κ᾽ ἡ δ᾽ κρατίστου* c) *Λικιννίου Βάσσου Ἀλεξάνδρου.* Etiam ex hoc loco clariſſime apparet alium eſſe Areum quem affatur Dioſcorides, quam Philoſophum illum Alexandrinum. Non enim tam plumbeus fuiſſet, ut pro Licinio Baſſo non potius nominaſſet Auguſtum Imp. apud quem adeo gratioſus erat ille Areus. At Lecanius ille carbunculo jam perierat, cum ſcriberet Plinius XXVI. 1. *quo duo conſulares obiere, condentibus hac nobis eodem anno, Julius Rufus & Q. Lecanius Baſſus, ille Medicorum inſcientia feſtus, hic vero pollice lævæ manus evulſo acu ab ſemet ipſo, tam parvo vulnere ut vix cerni poſſet.*

II. Fuere & alii Dioſcorides, quos diligenter recenſet Jonſius II. 6. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ, cujus obſervatis mea adjungam.

a) Dioſcorides Medicus, ob lentes quas in facie habebat, cognominatus *Φακᾶς*, teſte Svida, qui eum apud Cleopatram ſub Antonio vixiſſe, & libros XXIV, Medici omnes argumenti ſcripſiſſe affirmat. Sed male eum confundit cum noſtro Anazarbeo, à quo diſerte diſtinguit Galenus, Alexandrinum fuiſſe teſtatus expoſitione gloſſarum Hippocratis in *ἰνδικόν*, & Herophileæ addictum ſectæ, in præf. ad eandem expoſitionem. Idem Galenus loco priore eum accenſet Méneſtheo, Andreæ Chryſaris, & Xenocrati (Aphrodiſienſi: alius apud Erotianum Xenocritus Cous Grammaticus) qui *ὀνομασίας Φαρμάκων* compoſuerunt, & Erotianus ſive Herodianus præfat. ad gloſſarium ſuum Hippocraticum notat Dioſcoridem Phacam ſeptem libris caſtigaſſe quæ interpretandis Hippocratis vocibus difficilioribus ſcripſerant ante ipſum alii, Xenocritus Cous, Callimachus Herophileus, Bacchius Tanagræus, Philinus Empiricus & qui hunc in compendium miſere Epicelevſtus Cretenſis & Apollonius Ophis. Ordine Alphabetico hos libros compoſitos fuiſſe, atque idem opus à Galeno reſpici ſuſpicatur Lambecius lib. II. p. 565. Dioſcoridem Alexandrinum laudat etiam Paulus Ægineta IV. 24.

b) Dioſcorides Alexandrino & Anazarbeo junior, quem patrum ſuorum memoria, hoc eſt ſub Trajano & Hadriano floruiſſe refert Galenus præf.

c) Solennis hic titulus virorum in dignitate conſtitutorum. Ita Paulus Apoſtolus *κρατίστῳ ἡγεμόνι Φήλικι.* Act. XXIII 25. adde XXVI. 25. Hinc patet quoque Theophilum cui Lucas Evangelium & Acta inſcripſit, magiſtratum geſſiſſe, quia & ipſum ita affatur, *κράτιστε Θεόφιλε.*

præf. gloſſarum Hippocraticarum, & γλωσσογράφον vocat in ἰνδικόν, ſed in præf. addit eum in pluribus libris (hujus forte fuere libri XXIV. Svidæ memorati) vix tertiam partem aut quartam vocum Hippocratis interpretatum, & plura è Diſcoride Anazarbeo, Nigro, Pamphiloque & qui hos ætate anteceſſerunt Crateva, Theophraſto, Heraclide Tarentino & aliis deſcripſiſſe. Hic ipſe videtur Dioſcorides qui perinde ut Artemidorus Capito, cognatus ipſius, Scripta Hippocratis recenſuit & obelis dispunxit, in mutandis antiquis lectionibus audaciſſimus, ut Galenus paſſim queritur, atque ego infra in indice ſcriptorum à Galeno laudatorum notavi. *Tarſenſem* à Galeno vocari (quod affirmat Tiraquellus de Nobilitate p. 355.) non reperi, nam in loco V. 15. de medicamentis ſecundum genera male excuſum Ταρεὺς vel Ταρσεὺς pro Ἀναζαρβεὺς, ut jam è Lambecio notavi. Salmaſius in prolegomenis ad Homonyma hyles Iatricæ p. 10. ubi tres hoſce Dioſcorides recte diſtinguit, tertium iſtum non putat fuiſſe Medicum, ſed Grammaticum duntaxat, quod in medio relinquo.

3) Dioſcorides Epigrammatum Poëta Meleagro Gadareno qui 100 circiter annis ante CHRISTUM vixit, antiquior, de quo ita Dan. Heinſius p. 106. ad hæc Horatii in in arte v. 279. *modicis inſtravit pulpita tignis: Perſuaſum eſt nobis, verſus Dioſcoridis reſpexiſſe Flaccum --- Fuit autem iſte Dioſcorides antiquiſſimus Poëta, cujus tredecim in Græca Anthologia Epigrammatia leguntur, jam edita: nos non pauciora ἀνέκδοτα habemus. Eum ſane cum Callimacho, Theocrito, Apollonio & aliis, circa Philadelphi tempora vixiſſe exiſtimamus. Aliquot enim εἰς τὰ Ἀδώνια conſcripſit, quæ potiſſimum ab Arſinoë tum colebantur, ut è decimo & quinto Theocriti Idyllio ſcimus, & ejusdem, niſi fallor, alibi meminit.* Vide ſupra lib. 3. c. 28. p. 685.

4) Dioſcorides Dionyſii F. Athenienſis, Epicephiſius, tribus Oeneidis, curator teſtamenti Theophraſtei. Laërt. V. 57.

5) Dioſcorides Iſocratis * diſcipulus ab Athenæo lib. I. p. 11. laudatur verſus Homericos Iliad. ί, 119. interpolans. Hunc igitur crediderim, quem ἐν τοῖς παρ' Ὁμήρῳ νόμεις allegat Svidas in Ὅμηρος. Ex eodem petita quæ Athenæus p. 8. ſeq. diſputat περὶ τῶν Ἡρώων καθ' Ὅμηρον βίου, ut probe è Svida notavit Caſaubonus p. 27. Reſpicit & Euſtathius ad Iliad. υ, p. 1270. ὡς δὲ καὶ Ἀλεξίμενος ἀκούετο ὄινῳ

* Tiraquellus p. 355. de nobilitate in Catalogo Medicorum pro Ἰσοκράτης, aliud agens legit Ἱπποκράτης.

Digitized by Google

οἶνῳ μεθύων καὶ τὸν Διοσκυρίδην. Ejusdem νόμιμα citat Schol. Aristoph. ad aves v. 1283. Svidas in σκυτάλη. Idem forte Dioscorides qui in Schol. Apollonii I. 741. refertur tradidisse lyram datam Amphioni ab Apolline.

6) Dioscorides Stoicus, Zenonis qui Chrysippo successit pater, ad quem plures libros scripsit Chrysippus. Laërt. VII. 190. 193. 198. 200. 202. Huic Jonsius tribuit ὑπομνημονεύματα Laërtio I. 63. & Athenæo XI. p. 507. memorata, licet Casaubonus malit ea referre ad superiorem, Isocrateum. Eundem Jonsius exemplo Zenonis, Persæi ac Sphæri Stoicorum putat scripsisse πολιτείαν λακεδαιμονίων quam allegat Plutarchus in Lycurgo p. 46. & Athenæus IV. p. 140. librum laudans secundum. Respicit & Plutarchus Dioscoridem citans in Agesilao p. 616.

7) Dioscorides Cyprius unoculus discipulus Timonis Pyrrhonii qui temporibus Ptolemæi Philadelphi vixit. Laërt. IX. 114. 115.

8) Dioscorides Byzantinus Grammaticus, frater Hipparchi & Nicolai Byzantini Sophistæ, qui cum Eustephio & Asterio Lacharem Heracleonis Sophistæ discipulum Athenis audivit sub Impp. Marciano & Leone. Svid. in Νικόλαος.

9) Dioscorides Astrologus. Censorin. c. 17. *Praeterea fieri potest quod refert Varro, quodque Dioscorides Astrologus scripsit, Alexandriae inter eos qui mortuos solent conservare, constare hominem plus centum annis vivere non posse.*

10) Nescio sitne idem cum superiore, an quod versimilius dixerim junior Dioscorides Ægyptius, quem cum Damide & Menippo Apollonii Tyanensis in itinere comites celebrat Philostratus IV. 12. p. 169.

Omitto 11) Dioscoridem Antigoni Regis fratris filium. Diodor. Sic. XIX. p. 704. 709. tum 12) Dioscoridem Ptolemæi Romam legatum, qui cum Serapione interfectus est ab Achilla teste Cæsare III. 109. de bello civili.

13) Dioscoridem præterea Apollonii Neapolitani patrem in Vet. Inscriptione apud Gruterum p. 86. 14) Dioscoridem scalptorem cujus mentio apud Svetonium Augusto c. 50. Plin. XXXVII. 1. Spon. Miscell. p. 122. Solonis faciem in Amethysto ab hoc Dioscoride cælatam Bagartius Peireskio ostendit teste Gassendo in hujus vita lib. 2. ad A. 1605. p. 115. Denique 15.) Dioscoridem à quo dicta Insula Διοσκορίδου, Plinio, Ptolemæo, Stephano & aucto-

Digitized by Google

auctori peripli maris Erythræi memorata, hodie Zocotara, de qua Bælius T. 1. Lexici.

Videtur etiam Dioſcori interdum nomen expreſſum pro Dioſcoride, ut apud Oribaſium præf. *ἐυπορίσων*, ubi Dioſcorum de herbis laudat, & forte apud Galenum VIII. 7. de medicamentis ſec. locos p. 587. T. 13. edit. Pariſ. ubi *ἡπατικὴ δ' Διοσκόρα* memoratur: licet fuit etiam Medicus quidam Dioſcorus Trallenſis, ſed longe junior, frater Anthemii Mechanici, diu poſt Galenum, Juſtiniani Imp. ætate clarus, cujus mentio apud Agathiam lib. V. p. 144. Neq; Dioſcorides quem *ἐν συνθήκαις καὶ μέτροις* laudat Tzetzes Chil. XIII. v. 307. diverſus eſt à noſtro Anazarbeo, de cujus ſcriptis deinceps mihi eſt paucis diſſerendum.

III. Exſtant igitur ejus *περὶ ὕλης ἰατρικῆς*, ſive ut Erotianus in *καμμέρῳ* vocat, *ὑλικῶν*, *de materia medica* libri V. ad Areum, quem ſupra dixi Aſclepiadeum illum Medicum mihi videri, & Dioſcorides ipſe *ὁμότεχνον* appellat. Hos libros ita laudat Galenus præfat. libri ſexti de ſimplicibus Medicamentis, ut omnibus ejusdem argumenti præferat. T. 2. edit. Baſil. p. 68. *ὁ δ' Ἀναζαρβεὺς Διοσκουρίδης ἐν πέντε βιβλίοις τὴν χρήσιμον ἅπασαν ὕλην ἔγραψεν, οὐ βοτανῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ δένδρων καὶ καρπῶν καὶ χυλῶν καὶ ὀπῶν, ἔτι τε τῶν μεταλλευομένων ἁπάντων, καὶ τῶν ἐν τοῖς ζώοις μορίων μνημονεύσας. Καίμοι δοκεῖ τελεώτατα πάντων ἁπλῶς τὴν περὶ τῆς ὕλης τῶν φαρμάκων πραγματείαν πεποιῆσθαι.* Πολλὰ μὲν γὰρ καὶ τοῖς ἔμπροσθεν ὑπὲρ αὐτῶν γέγραπται καλῶς, ἀλλ' ὑπὲρ ἁπάντων ἅπλως οὐδενὶ, πλὴν εἰ τὰ Νίκηρος ἐπαινεῖ δ' Ἀσκληπιάδου. Et quibusdam interjectis: *πῶς ἅπλως ἄθλιον, ὡς παρελθεῖν τὰ Διοσκουρίδου καὶ Νίκηρα καὶ Ἡρακλείδου, καὶ Κρατεύα καὶ ἄλλων μυρίων ἐν τῇ τέχνῃ καταγηράσαντων* &c. Et lib. 1. de antidotis T. 2. p. 433. *μέγραπται δ' αὐτάρκως περὶ πάσης τῆς κατ' ἰατρικὴν ὕλης ἐν ἓ βιβλίοις Διοσκορίδου.* Idem præfat. Libri IV. de compoſit. medicamentorum ſecundum genera p. 359. *καὶ ὁ Διοσκουρίδης οὐκ ἀδεὲς ἂν τις εἴποι δεύτερον εἶναι τῶν περὶ πῶμα πεπραγματευμένων.* Patet etiam ex his Galeni locis, *libros quinque* tantum Dioſcoridis ipſi fuiſſe inſpectos, neque plures usquam vel à Galeno vel ab aliis veteribus allegantur: quid quod Dioſcorides ipſe ad quintum præfatus, *ἐν τούτῳ*, inquit, *πλευτέῳ ὑπαρχοντι τῆς ὅλης πραγματείας, διαλεξόμεθα περὶ οἴνων καὶ τῶν καλουμένων μεταλλικῶν.* Et præfat. libri primi: *οἶδα γὰρ ἡμῖν γραπτικὸν τὸν βίον, συναγηόχαμεν τὴν πραγματείαν ἐν ἓ παραδεδομένην βιβλίοις, σὺ περιεψαμένοις, ἃ καὶ τὴν σύνταξιν ἀναπτήμῳ* &c. Uſum ſe priorum quos ante ſe in hoc argumento verſatos noverat ſcriptis, ipſe profitetur, Jolai Bithyni, Heraclidæ Tarentini, Cratevæ herbarii ſive *ῥιζοτόμου* & Andreæ Medici, ac recentiorum Aſclepiadeorum

Nigri inprimis, tum Tullii Baſſi, Nicerati, Petronii, & Diodoti: At majorem ſimul cum experientia docet ſe attuliſſe induſtriam, multas terras obiiſſe, ut omnia oculis ipſe ſuis luſtraret: & vires ſingulorum ſcrutatum plurima obſervata de ſuo addidiſſe, eorum qui prius ſcripſerant emendaſſe errores, & ſuo ſingula ordini atque propriæ claſſi aſſignaſſe. Itaque paullo iniquius de noſtro videtur ſenſiſſe Salmaſius in judicio de Plinio p. 19. *Qui poſt Dioſcoridem univerſam rei Medicæ materiam herbarumque vires & naturas è Græcis memoriæ prodiderunt, in verba ejus ita videntur juraſſe, ut ab his latum unguem non diſcedant. Magni tamen illi Viri, & Medicinæ apud Græcos principes,* * *Galenus, Oribaſius, Aëtius, Paulus Ægineta, Alexander & alii. Dioſcoridem quoque ipſum omnia fere ab anterioribus accepiſſe certa apud me fides, ut Sextio Nigro, Tullio Baſſo & aliis plerisque. Quamvis enim multam operam huic ſtudio dediſſe ſe jactet, & Sextium Nigrum in quibusdam reprehendat, quod ex aliorum relatione, non ex propria experientia & αὐοψίᾳ herbas cognoſſet, infinita tamen ex eodem mutuatum eſſe video. Quod ex Plinio facile conjectare eſt, qui cum in omnibus ferme Sextii Nigri ſcrinia compilavit, in pleriſque Plantarum deſcriptionibus quas è Sextio hauſit, pares eas omnino cum his habet, quæ apud Dioſcoridem habentur; earundem herbarum hiſtoriæ, iisdem verbis deſcriptæ.* Ceterum quæ in Dioſcoride deſiderent Medicæ artis periti, & quantum viciſſim ei debere ſe fateantur videat lector ubi lubebit in Danielis Clerici idonei harum rerum arbitri Hiſtoria Medica partis tertiæ lib. II. cap. 2. Aliis quandoq; nominibus appellare herbas Dioſcoridem, quam quibus alias illa veniunt, docuit idem Salmaſius in Homonymis Hyles Iatricæ. Et jam olim Galenus XI. de ſimplic. medicam. T. 2. p. 144. notaverat μᾶλλον ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐσφάλτω τὰς ἄνδρας τὰς ἀληθεις ἑλλάδος φωνῆς, οἷός ἐστιν ὁ Ἀναζαρβεὺς Διοσκορίδης, πολλὰ μὲν καλῶς εἰρηκὼς περὶ τῆς ἰατρικῆς ὕλης ἱστορημένων, ἀγνοῶν δὲ σημαινόμενα τῶν ἑλληνικῶν ὀνομάτων.

2 Superſunt præterea *Libri duo*, à Photio etiam ſub Dioſcoridis nomine tanquam ſextus & ſeptimus liber, de alexipharmacis & theriacis lecti, *ſextus* quidem περὶ φαρμάκων ὅσα τε δεῖ τῶν δηλητηρίων καὶ ὅσα τῶν ἀλεξικάκων, & *ſeptimus* περὶ τῶν ἰοβόλων ζώων, καὶ τῆς τῶν ἀπ' αὐτῶν πληγέντων σημειώσεως καὶ θεραπείας. Hi in quibusdam editionibus diſcerpti ſunt in libros quatuor, unde novem libros Dioſcoridis numerant. Verum an genuini Dioſcoridis ſint, dubitari poteſt, quia Galenus etiam libro de antidotis, ubi optima erat occaſio, horum non meminit ſed tantum libros quinque commemorat. Itaque præfatio ad Areum libro ſex-

* Idem notat Photius Cod. 178.

ſexto præmiſſa videtur eſſe conficta, iisdem verbis fere quibus libri quinti prologus conſtans, & ad eum, ut videtur, ab alio quodam, ſimplici imitatione expreſſa. Neque forte lecta Photio, quia Photius librum ſeptimum ait eſſe πλευτῶν τῆς ὅλης πραγματείας, cum tamen in libri ſexti præfatione legas: ἐν τούτῳ πλευτῷ ἐπαρχούσῃ τῆς ὅλης πραγματείας καλῶς ἐξόμεθα περὶ τῆς τῶν ὠφελεῖν ἡμᾶς ἢ βλάπτειν δυναμένων φαρμάκων ἐνεργείας.

3. Exſtant denique περὶ εὐπορίστων ἀπλῶν τε καὶ συνθέτων φαρμάκων, *de facile parabilibus* ſimplicibus & compoſitis medicamentis ad Andromachum, *libri duo*, in editionibus antiquioribus omiſſi, & ſeparatim primum è MS. Auguſtano in lucem editi Argentorat. 1565. 8. cum verſione Jo. Moibani Medici Auguſtani, & cum hic operi immortuus eſſet, Conradi Geſneri, qui & notas addidit, & Galeni aliorumque συμφωνίας. Ulti reliqua ita præſentes etiam libros de integro recenſuit & verſionem novam adjunxit Saracenus in ſua Dioſcoridis editione. Sed & hi libri utrum Dioſcoridis ſint, dubitatur, licet ſub ejus nomine ab Aëtio lecta videantur eſſe. Andromachi duo celebres Medici fuerunt, verum Dioſcoridis æqualis fuit Andromachus ſenior, Neronis Archiater.

4. Dioſcoridis περὶ μύτρων καὶ στεθμῶν refertur à Galeno in libro ejusdem argumenti, T. 4. edit. Baſil. p. 468. Meminit & Jo. Tzetzes Chil. XIII. hiſt. 479.

> Ἐν τοῖς στεθμοῖς καὶ μύτροις ὁ Διοσκυρίδης λέγει
> Κοτύλας ἥτ' ἡμίνας πρεῖς τὸν χοίνικα ὑπάρχειν
> Ἤγουν δύο καὶ ἥμισυ στεθμὸν λιτρῶν τυγχάνειν.

5. Περὶ ἀντιμβαλλομένων ſive de *ſuccidaneis medicamentis* ſcripſiſſe Dioſcoridem, (neſcio an noſtrum) teſtatur Galenus libro ejusdem argumenti T. 13. edit. Pariſ. p. 965.

IV. Jam olim obſervatum à Simone Januenſi eſt, tum à Remberto Dodonæo, Jo. Antonio Saraceno, aliisque, Thoma etiam Reineſio p. 154. defenſionis Var. lect. varios in Bibliothecis occurrere Codices Dioſcoridis, recentiore manu corruptos, & alienorum ex Pamphilo Alex. aliisq; juniorib⁹ acceſſione interpolatos & confuſos, relato ob claritatem nominis ad Dioſcoridem, quicquid herbariis etiam inferioribus viſum fuerat. Hisce interpolatoribus tribuenda ſunt quæ ex MSS. Codicibus excerpſit Hieronymus Roſcius, exhibita ad calcem editionis Aldinæ A. 1518. 4. p. 214. ſeq. & quæ tanquam ſpuria ſeparatim edidit in Dioſcoride ſuo Græco latino Saracenus p. 441 -- 479. Alphabetum item

Empiri-

Empiricorum Dioſcoridis & Stephani Athenienſis, quod in MSS. Vindobonenſibus offendit Lambecius lib. 2. p. 592. & Caſpar Wolfius edidit Tiguri 1581. 8. Pſeudo Dioſcoridis inediti locum è Bibl. Medicea Græce affert Jac. Tollius ad Longinum p. 6. Forte ex brevi tractatu qui inſcribitur Διοσκορίδου περὶ ἀκονιτοφαγιάκων, atque Franciſco Redi judice in obſervationibus de Viperis p. 199. auctorem habet Eutecnium Sophiſtam, Nicandri & Oppiani Paraphraſten. Interpolator Dioſcoridis plus ſimplice vice etiam allegatur à Cangio in gloſſario Græcobarbaro.

V. *Dioſcoridis* * *Editiones.*

Græcæ: prima Aldi, quam Hieronymo Donato, Patricio Veneto inſcripſit, Venet. 1499. fol. adjunctum habens Nicandrum.

Altera Aldina A. 1518. 4. ex Hieronymi Roſcii Patavini recenſione, qui codice Nicolai Leoniceni uſus eſt. Huic Roſcio Franciſcus Aſulanus præſentem editionem inſcripſit, quæ Poëtam veterem Anonymum de viribus herbarum adjunctum habet, exhibitum à me ſupra libro III. cap. XXVI.

Baſileenſis ap. Jo. Bebelium, non contemnenda induſtria Jani Cornarii. A. 1529. 4.

Latinæ.

Vetus interpretatio Dioſcoridis A. 1478. edita, fuit in Bibl. Bigotiana. Ex hac verſione multa transſcripta ſunt in Matthæi Sylvatici pandectis Medicinæ, & Jo. Serapionis F. libro de ſimplicibus. Exſtat & editio veteris illius translationis Lugd. 1512. cum additionibus Petri Paduani.

Ex verſione *Hermolai Barbari*, qui eleganter, ſed dum Plinio nimis inſiſtit parum fideliter reddidit, additis ejusdem Hermolai notis ſive Corollariis, & *Jo. Baptiſtæ Egnatii* in Dioſcoridem annotamentis. Venet. 1516. fol.

Ex verſione *Jo. Ruellii* Sveſſionenſis (cujus præclari libri tres de natura ſtirpium exſtant) anno eodem 1516. & Venet. 1527. 8. hinc cum Herm. Barbari in Dioſcoridem Corollariis & commentariis Marcelli

* Nonnullarum fateor me notitiam debere Lambecio l. 2. de Bibl. Vindob. p. 599. ſeq. & Conrado Geſnero, cujus indicem eorum qui Dioſcoridem illuſtrarunt, annotationibus Val. Cordi præmiſſum, integrum Lambecius p. 603. ſeq exhibuit.

Digitized by Google

celli Virgilii per Ottonem Brunsfeldium contractis. Argent. 1529. fol. præterea Basil. 1593. 8. Lugd. 1543. 12. & 1550. 8. cum brevibus H. B. P. annotationibus: & Marpurgi 1543. fol. cum annotationibus Gvalteri Rivii, Argentorensis Medici & Chirurgi ac Jo. Loniceri scholiis, & Francof. 1545. fol. cum notis G. Rivii, Val. Cordi, nomenclaturisque herbarum, vario idiomate, per Conradum Gesnerum. Denique Lugd. 1554. 12.

Ex versione *Marcelli Virgilii* Florentini, cum ejus commentariis. Florent. 1518. fol. apud heredes Philippi Juntæ: & secunda recognitio ibid. A. 1523. fol. Libri primi versionem castigat Jo. Manardus lib. VIII. Epist. 1.

Ex *Petri Andreæ Matthioli* Medici Senensis restitutione. Lugd. 1554. 12. cum ejus commentariis. Venet. 1565. fol. Nonnulla in Matthioli versione reprehendit Melchior Gvilandinus Borussus, & Amatus Lusitanus. Matthioli versio & Commentarius in Dioscoridem ex recensione Casp. Bauhini, cum Apologia Matthioli adversus Amatum Lusitanum, Epistolis Medicinalibus & dialogo de morbo Gallico. Basil. A. 1598. fol.

Ex interpretatione *Jani Cornarii*. Basil. 1557. fol.

Ex versione meliori *Jo. Antonii Saraceni*. Francof. 1598. 12.

Matthioli commentarii, Venet. 1554. 1565. 1583. fol. cum variis plantarum & animalium imaginibus. Prodierunt etiam Venet. 1571. 4. addita Francisci Calceolarii descriptione itineris sui à Verona in Baldum montem plantis refertissimum. Exstat & ejusdem Matthioli opusculum de simplicium medicamentorum facultatibus secundum locos & genera. Venet. 1569. 12.

Jo. Roderici Castelli, sive *Amati Lusitani* enarrationes. Argentorat. 1554. 4. Venet. 1557. 4. & Lugd. 1558. 8. cum lemmatibus & annotationibus Rob Constantini.

Annotationes *Valerii Cordi*, cum ejus historia stirpium & aliis quibusdam, edente Conr. Gesnero, Tiguri 1561. fol.

Andreæ Lacunæ, qui Julii III. Pontificis Max. Medicus fuit, notæ, quibus adhibito codice Græco optimo MS. Ruellii versio 700. & pluribus locis emendatur. Lugd. 1554. 12.

Contenti Pharmacopolæ commentarium in Dioscoridem accepisse se scribit Jos. Scaliger, ejusque doctrinam industriam atque acumen se laudare, Epistola XVII.

Digitized by Google

Ineditam Hieronymi Bagolini verſionem memorat Jo. Rhodius ad Scribonium Largum p.191. Idem MStum ſuum Codicem Græcum ſuum hinc inde laudat, & Plinium Dioſcoride juniorem fatetur p.193. quæ & Bodæi à Stapel ſententia eſt p.592. ſeq. ad Theophraſtum, & Salmaſii p.408. ad Solin.edit.Pariſ. & Lambecii, aliorumque. Hic Bodæus commentariis ejusmodi quibus Theophraſtum etiam Dioſcoridem illuſtrare aggreſſus fuerat, ſed conatibus ejus fata interceſſerunt. Quam plurima Dioſcoridis loca illuſtrat idem Salmaſius ad Solin. & in Homonymis hyles iatricæ.

Græcolatinæ.

Cum *Marcelli Virgilii* Florentini verſione & commentariis, atque *Hermolai Barbari* Corollariis. Colon. 1529. fol.

Cum verſione *Jo. Ruellii* Sveſſionenſis & notis. Pariſ. 1549. 8. ex recenſione accurata & cum caſtigationibus *Jacobi Goupyli* Prof. Pariſ. Hac editione cum ſex MSS. à Jo. Sambuco collata uſus eſt Saracenus, quod ipſum exemplar hodie exſtat in Bibl. Vindobonenſi. Vide Lambecium lib. 2. p. 599.

Denique editionem optimam & pleniſſimam Dioſcoridis debemus *Jo. Antonii Saraceno* Lugdunenſi Medico, paullo poſt defuncto, qui Græca ad Codices MSS. recenſuit, latinam verſionem novam meliorem adjunxit & ſcholia erudita addidit, Joannis quoque Sambuci caſtigationibus in calce voluminis ſubjectis. Francofurti apud A. Wecheli Heredes. A. 1598. fol. Laudant ex merito H. Stephanus de bene inſtituendis Græcæ linguæ ſtudiis p.80. & Iſ. Caſaubonus Græco Epigrammate, quod operi præmittitur.

Verſiones Vernaculæ.

Italice ex verſione Fauſti Longiani. Deinde ex Petri Andreæ Matthioli interpretatione cum ejusdem commentariis. Venet. 1555. 1568. fol. & ibid. 1548. 1550. 4.

Antonii Paſini annotationes & emendationes in Italicam Matthioli verſionem. Bergomi 1591. 4.

Hiſpanice cum notis Andreæ de Lacuna Antvverp. 1555. fol. Salmanticæ 1570. fol.

Gallice cum Matthioli commentariis, interprete Antonio du Pinet, Lugd. fol. apud Gabr. Coterium. 1627. & 1642.

Ger-

Germanice per Jo. Dantzen von Aſt, Francof. ad Mœnum 1546. fol.

Bohemicam quoque Dioſcoridis verſionem cum iconibus prælo ſubjiciendam A. 1561. memoravit Geſnerus.

De *Arabica* Dioſcoridis interpretatione qua uſus Avicenna, Serapio, Ibn Beithar, &c. conſules Salmaſium præf. ad Cebetem, & in homonymis hyles Iatricæ: ac Bibliothecam Orientalem Barthol. Herbeloti. De ætate Dioſcoridis certe Arabes falluntur, qui ut apud Abulpharagium legas putant eum floruiſſe ſub Ptolemæo Phyſcone.

Codices quidam Dioſcoridis MSS.

In Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi luculentum codicem Græcum exſtare cum appellationibus Arabicis omnis ὕλης ἰατρικῆς teſtatur Joſ. Scaliger in Epiſtolis p. 235. 241. 247.

Alium Codicem ante mille annos ad minimum ſcriptum (ejusdem ni fallor Bibliothecæ) in quo omnes fere paucis exceptis plantarum nguræ manu antiquarii qui librum ſcripſit graphice expreſſæ ſunt, laudat Salmaſius, & ex eo plantæ ſilphii imaginem deſcriptam exhibet ad Solin. p. 359. edit. Pariſ.

Alium qui aſſervatur Neapoli in Bibl. Patrum Auguſtinianorum S. Johannis de Carbonaria V. C. Bernhardus Montfaucon in Diario Italico p. 309. refert his verbis: *Codex Dioſcoridis eleganter deſcriptus, membranaceus, characteribus uncialibus quadris, ſine accentibus, adpoſitis plantarum florumque figuris minio depictis à peritiore manu. Hujus auctoris nullum puto pari vetuſtate & elegantia exemplar exſtare: nam Regium quod antiquitatis cauſſa ſuſpicitur, huic multum concedit ætate & pulchritudine. Initio mutilum, his verbis incipit:* ΑΜΒΡΟΣΙΑ ΟΙ ΔΕ ΒΟΤΡΤΣ *eſtque quinti ut puto ſæculi.*

Cum hoc antiquitate & elegantia ſaltem certabit ſi non eum vincet Codex præſtantiſſimus in Bibl. Auguſtam Vindobonenſem illatus à Busbequio, quem à drogomanno ſive Interprete Sultani CPoli redemtum Matthiolo utendum dederat. Hunc prolixe deſcribit, ſpecimine etiam characterum, atque iconibus quibusdam veterum Medicorum * ex eodem prolatis Lambecius lib. 2. de Bibl.

* Medici illi ſunt Machaon, Chiron, Heraclides Tarentinus, Pamphilus Alex. Xenocrates Aphrodiſienſis, Mantias Herophileus, Sextius Niger, Cratevas, Apollonius Memphites, Andreas, Nicander, Rufus Epheſius, Galenus & ipſe denique Dioſcorides, cujus

Vindob. capite 7. p. 519. seq. docens eum jussu Julianæ Anicii Imp. Flavii Anicii Olybrii filiæ scriptum ante annos 1200. Vide eundem p. 489. & lib. I. p. 36. seq. Mentio ejusdem Codicis apud Busbequium Epist. Turcica IV. Reinesium p. 208. Var. lect. & Colomesium in Opusculis p. 108. Alios præterea quatuor Dioscoridis Codices in eadem Bibl. Cæsarea obvios recenset Lambecius lib. 2. p. 197. seq. & quintum lib. 3. p. 344.

VI. Plures de herbis medicinalibus scriptores * memorat Epiphanius lib. 1. adversus hæreses p. 3. καὶ Νίκανδρος μὲν ὁ συγγραφεὺς ** ῥιζῶντι καὶ ἑρπετῶν ἐπήσατο τῶν φύσεων τῷ γνώσιν. Ἄλλοι δὲ συγγραφεῖς ῥιζῶντι καὶ βοτανῶν τὰς ὕλας, Διοσκορίδης μὲν ὁ ὑλοτόμος, Πάμφιλός τε καὶ Βάκχιος ὁ Τύλιος, Νικήρατος καὶ Πετρώνιος, Νίγερ καὶ Διδότος καὶ ἄλλοι τινες. Plerosque horum laudat etiam Dioscorides & Plinius qui diligentissime è latinis de usu herbarum in Medicina scripsit, & Galenus in præfat libri sexti de simplic. medicamentis, qui addit præterea Mantiam, aliosque. Nos missis hisce, utpote pridem deperditis, alios duos Medicos Græcos, quorum scripta quædam adhuc exstant, Dioscoridi subjiciemus, Aretæum ac Rufum.

VII. ARETÆUS Cappadox diversus fuit ab Aretæo Corinthio (de quo Lucianus in Toxari.) Sabinum enim Hippocratis commentatorem veterem Gellio III. 16. & Galeno memoratum, quo auctore Tiraquellus & ex eo Hendreichius in pandectis Brandenburgicis Aretæum Sabinum appellet, haud comperi. Antiquissimus scriptor & diu ante Cæsarum tempora clarus visus est doctissimo Vossio de vitiis sermon. p. 419. 782. & lib. de Philosophia p. 96. & 107. Sed argumentum quo hoc evincere conatur, quod nimirum Jonice scribat, atque Jonismus & Dorismus ante Cæsarum tempora usurpari desierint, abunde confutatur ex Arriani Indicis, quæ Jonica dialecto exarata sunt, & exemplo Cephalionis atque Dionysii Milesii, quos Jonice scripsisse Svidas testatur.

cujus imago editioni etiam Saraceni præmittitur. De singulis hisce prolixe ibidem Lambecius disserit. Imagines è Lambecio dedit etiam Jo. Petrus Bellorius ad calcem illustrium Philosophor. Poëtarum Rhetorum Rom. 1685. fol. Singulas separatim exhibuit Gronovius, Machaonem & Chironem quidem T. 1. yyyy seq. Cratevam T. 2. 70. & reliquos T. 3. thesauri Antiqu. Græc. dd — ll. eeee. kkkk. & Dioscoridem ooo.

* Nota quod συγγραφεὺς dicitur etiam de Poëta, uti apud Phædrum *Menandri scriptor.*

** De singulis hisce Lambecius lib. 2. de Bibl. Vindob. loco laudato, Petavius ad Epiphan. Harduinns ad Plin. & Tiraquellus in Catalogo Medicorum, quem libro quinto longe locupletiorem & sexcentis locis emendatum dare instituí.

Digitized by

ſtatur. Unde à Voſſii ſententia diſcedit Ægidius Menagius in amœnitatibus juris p. 223. In Lindemio renovato G. Abr. Merklini p. 87. legas Aretæum Strabonis & Gregorii Nazianzeni eſſe coætaneum, quæ perſpicue inter ſe pugnant, cum trecentis amplius annis Strabone junior fuerit Gregorius. Igitur hanc librarii vel typographi hallucinationem mittamus. Sed neque illud quod additur, Aretæum ſub Auguſto Cæſare vixiſſe, ferri facile poteſt. Sane Aretæum pnevmaticæ ſectæ addictum eſſe obſervavit Daniel Clericus V. C. parte 2. Hiſt. Medicinæ lib. IV. ſect. 2. c. 3. Atqui hujus ſectæ auctor Athenæus Attalenſis non multo antiquior fuit Plinio, vel ad ſummum ſub Nerone ſcripſit, ut eidem viro docto obſervatum. Nusquam quoque Aretæi meminere vel Plinius vel Galenus, vel auctores ejus ætatis alii, verum à Paulo Ægineta ſemel atque ab Aëtio aliquoties, laudatur. Quin Aretæus ipſe meminit antidoti ab Andromacho Neronis archiatro inventi, Symphonis quoque ac Philonis & Veſtini (Βηστίνα) antidotum commemorat II. 5. Θεραπευτ. χρονίων νόσων p. 265. edit. Heniſchii. Laudari Aretæum à Dioſcoride Kœnigius in Bibl. annotavit. Et ſane Aretæi mentio in lib. 2. ἐυπορίστων quæ ſub Dioſcoridis nomine leguntur p. 112. Sed illa junioris eſſe ſcriptoris, & ſuppoſita Dioſcoridi jam ſupra monui.

Exſtant hujus Aretæi περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν *de acutorum & Chronicorum* ſive diuturnorum *morborum cauſis & ſignis* libri IV. initio manci.

Ὀξέων καὶ χρονίων νόσων θεραπευτικά, *de acutorum ac Chronicorum morborum curatione* libri totidem, è quibus duo poſteriores mutili ad nos pervenerunt. Latine hos libros vertit *Junius Paulus Craſſus*, Medicus Patavinus, non optimis Codicibus uſus Venet. 1552. 4. Deinde Græca vulgata ſunt à *Jacobo Goupylo* Medico Pariſ. 1554. 8. apud Adr. Turnebum typographum Regium, quæ editio è codice Regio auctior eſt capitibus quinque II – VI. in libro poſtremo, licet ea genuina eſſe ambigit Heniſchius, quoniam in capite de diabete non leguntur ea quæ ex Aretæo Aëtius de illo morbo agens repetit. Eandem editionem habeo locis variis manu viri docti emendatam. Mox Craſſi verſio recuſa eſt forma minore Pariſ. apud Guil. Morellium & Jacobum Puteanum, paſſim caſtigata & additis à Goupylo capitibus quæ Craſſus non verterat. Hinc ſuam iterum interpretationem ſub incudem revocavit ipſe Craſſus, atque ex Regia Græca editione plurimis emendavit locis, & capita illa quinque ipſe quoque addidit A. 1555. De Goupylo autem conqueritur his verbis: *Cum id opus ego jam moliri conſtituiſſem, à Medico quodam*

Gallo, viro ut conjicere licuit non inerudito, dudum factum fuisse cognovimus, quod ipse non detrahendi nobis studio se feciſſe testatur, sed ut admoneret & ad inchoatum opus elimandum absolvendumque incitaret. Me præterea bonum interpretem appellare non recusavit, & à nostra versione, quam ipse doctam meditationem vocat, se in edendis Græcis non mediocriter fuisse adjutum confitetur. Hisce quidem verbis amicum erga nos animum præ se tulit, sed amici operam nequaquam exhibuit. Quapropter ipsi ego ob bona verba gratias agere non debeo, cum opus verbis repugnare cognoverim, ut in Æsopi apologo lignatori vulpecula respondit. Nam si amico in me animo fuisset, me per litteras commonefacere, & nonnulla errata mihi detegere, neque ea prius quam à me responsionem acciperet, vulgo patefacere debuit. Ego enim aut me purgassem, ac errorum mihi objectorum rationem attulissem: aut si excusari non potuissent, eos ingenue, qui meus est animi candor, amico fassus essem, meque ad castigationem paravissem. Sed illud profecto quod plerisque hominibus accidere consuevit, hominem impulit, ut in alienam segetem falcem immitteret; studium videlicet captandæ gloriolæ & alienis detegendis vitiis, (quo nihil facilius ac jucundius esse potest) ostentandi ingenii affectatio. Recusa est Crassi versio è Goupyli illa quam dixi recognitione, initio Collectionis Medicæ artis principum quam Henr. Stephanus latine dedit Paris. 1567. fol. Eadem versio ab ipso Crasso recognita iterum prodiit una cum Rufo, Teophilo protospathario & Stephano Athenienſi Basil. 1581. 4. Denique *Georgius Henischius* Medicus Augustanus adhibitis Codicibus Veneto, Bavarico & Augustano Aretæum de integro recensuit, quæ deerant è Galeno & Aretæo diversis litterarum typis expressa supplevit, atque adjuncta Crassi interpretatione & novo Commentario suo, quo morborum maxime natura explicatur, edidit Augustæ Vindel. 1603. fol. *Petri Petiti* Medici Paris. in Aretæum observationes brevi prodituras sibique inscriptas testatus est Menagius ad Laërtium 1692. editum p. 253. Sed necdum prodiisse illas intellexi, neque usquam exstare puto editionem Parisiensem Aretæi Græcolatinam in 4. quam auctam P. Petiti annotationibus memorat Merklini Lindenius renovatus A. 1686. editus.

IX. RUFUS Ephesius Cleopatræ Reginæ Medicus fuit, si credimus Jo. Tzetzæ Chil. VI. hist. 44 v. 300. at plerique Svidam secuti, longe juniorem faciunt & ad Trajani tempora referunt. Exstant ejus *De appellationibus partium corporis humani libri III.* & libri primi quidem binæ ut videtur Rufi ἐκδόσεις. His libris Kœnigio videtur usus esse Pollux libro secundo Onomastici, licet nusquam Rufum nominetenus laudat Pollux. Græce edidit Jacobus Goupylus Paris. 1554. 8. typis

typis Regiis ex officina A. Turnebi. Latine verterat *Junius Paulus Craſſus* cum Aretæo, Venet. 1552. 4. recuſos deinde Pariſ. 1554. forma minore ex recenſione ejusdem Goupyli, & inter Medicos Principes H. Stephani A. 1567. fol. atque iterum ex ſecunda Craſſi recognitione A. 1555. & Baſil. 1581. 4.

De veſicæ renumque affectibus, liber extrema parte mutilus.

De medicamentis purgantibus fragmentum. Hæc Græce una cum ſuperioribus Rufi libris & *Sorano* de utero ac muliebri pudendo idem Goupylus ex officina Turnebi edidit Pariſ. 1554. 8. atque eodem anno latine, forma minore. Poſtea inter artis Medicæ principes recudit latine H. Stephanus A. 1567. fol.

Novam editionem Græcolatinam Rufi ad MS. Bernenſe recenſitam molitus eſt Martinus Bogdanus teſte Bartholino Centur. IV. Medic. Epiſt. p. 37.

Ruffi *de Venereis* & *de oſſibus* memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 126.

Rufo etiam tribuit Raſis libros περὶ ὑγείας qui inter Galeni ſcripta leguntur, ut ſuo loco dicam.

Perditi ſunt libri V. περὶ διαίτης Svidæ memorati, quorum ſecundum allegat Oribaſius.

Περὶ βοτανῶν libri IV. carmine Hexametro. Galen. præf. libri VI. de ſimplic. medic. T. 2. edit. Baſil. p. 68. è quo opere nonnulla videtur adducere p. 160. Et forte ex hoc ipſo petita ſunt quæ de herbis Deo alicui ſacratis edidit Aldus cum Doſcoride, atque ego exhibui ſupra lib. III. c. 26. Sane nihil habeo quod veriſimili huic Simleri conjecturæ opponam. Reſpicit & hos libros Galenus Rufum laudans lib. 1. de antidotis c. 2.

Θεραπευτικὰ βιβλία Galen. præf. lib. VI. de ſimplic. Medicamentis. Ex his videntur hauſta fragmenta Rufi pleraque quæ apud Aëtium exſtant.

Περὶ μελαγχολίας Galen. T. 3. edit. Baſil. p. 357. τῶν ὑπ' ἐνιαυτοῦ ἄρξασθαι γεγραπται περὶ μελαγχολίας τῷ Ἐφεσίῳ Ῥάφῳ.

Svidas præterea memorat Rufi hujus περὶ διαίτης πλειόντων α'.

Περὶ τραυματικῶν φαρμάκων, α'.

Περὶ σύκων (de ficoſis tumoribus ſive excreſcentiis) α'.

Περὶ ἀρχαίας ἰατρικῆς, α'.

Περὶ γάλακτος, περὶ οἴνου, περὶ μέλιτος.

In

Digitized by Google

In Hippocratis quoque ſcripta quædam commentatus videtur, ut colligo è Galeno de libris propriis T. 4. p. 370. & T. 5. p. 450. ubi Sabinum & Rufum vocat ἄνδρας τοῖς ἱπποκράτους γράμμασιν ὡμιληκότας ἀ παρέργως. Alius fuit Menius Rufus cujus meminit Galenus VII. de compoſ. medicamentor. ſecundum genera T. 2. p. 416. Rufum vero Hieracem Thebanum quem refert Tiraquellus, nullum reperio, licet Hierax Thebanus laudatur à Galeno V. de compoſ. medicam. ſecundum genera T. 2. p. 387.

CAPUT IV.

DE PHILONE JUDÆO.

Philonis gens & ætas. 1. *Scriptorum editorum & deperditorum Catalogus & ordo: ſuppoſitorum quoque, cum variis Obſervationibus.* 2. *Editiones.* 3. *Philones varii.* 4.

1.

PHILO gente ac religione Judæus, Patria Alexandrinus, ἀνὴρ τὰ πάντα ἔνδοξος a) è nobili inter ſuos ac ſacerdotali familia fuit, Alexandri Lyſimachi Alabarchæ b) Alexandrini h. e. ſcripturæ ac vectigalium Magiſtri qui inter præcipuos ibi Magiſtratus erat, frater. Ætate provectus c) circa A. C. XL. caput legationis fuit popularium ſuorum nomine ad Cajum Imp. apud quem Alexandrini per Apionem graviter calumniati Judæos fuerant. Et quanquam irrita fuit legatio, tamen ſcripta ipſa & memoriæ quas de ea reliquit, prudentiæ virtuti ingenio ac conſtantiæ ejus teſtimonium reddunt luculentiſſimum. Cum ſecunda vice veniſſet ad Claudium Imp. Romæ locutum fuiſſe cum Petro Apoſtolo ejusque habuiſſe amicitias ſcribit poſt Euſebium Hieron. in Catalogo c. XI. Sed Petrum

a) Joſeph. XVIII. 10. Antiq. Euſeb. II. 5. Hiſt. Nicephorus II. 9.

b) De hoc vocabulo vide laudatos à Grangæo ad Juvenal. I. 130. & Ciceronem II. ad Attic.

c) Confer de hac Philonis legatione Tillemont. T. 2. Hiſt. Imperator. p. 763. ſeq. & Martinum Hankium de ſcriptoribus rerum Byzant. lib. I. cap VIII. Schiſmaticum non fuiſſe Philonem, contra Bernhardi Lamy ſententiam probat idem Tillemontius T. 2. Memor. Eccleſ. parte 3. p. 228. ſeq.

Petrum ante Claudii fata Romam veniſſe incredibile videtur Sam. Baſnagio T. 1. Annal. p. 499. Magis etiam incredibile mihi videtur in illo vetuſtiorum ſilentio, quod Photius Cod. CV. refert eum Chriſto nomen dediſſe, ſed poſtea ex indignatione quadam & tædio iterum ad ſuos rediiſſe. In Philoſophia atque eloquentia ita profecit, ut vulgo etiam ferretur de eo proverbium ἢ Φίλων Πλατωνίζει, ἢ Πλάτων Φιλωνίζει: neque enim Judaicam tantum ſed externam quoque gentium Philoſophiam, Pythagoricam præcipue ac Platonicam calluit & cum Judaica conjunxit, unde Nicephorus II. 15. Philonem ἐκβεβηκότων ἐπ' ἀμφοτέραις Φιλοσοφίαις appellat, quod contra viri docti Joannis Jonſii ſententiam (qui lib. III. c. 4. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ, Philonem Platonicum fuiſſe multis negat) confirmatum à me alias ſingulari diſſertatione Lipſiæ A. 1693. edita de Platoniſmo Philonis Judæi, & à Jo. Clerico V. C. demonſtratum in Epiſtolis Criticis eſt adverſus Joannem Van der Weyen Theologum Franequeranum, Epiſtola VIII. Credat interim qui volet audaciori magni Scaligeri effato, *Hebraiſmi & Syriaſmi imperitiorem fuiſſe Philonem, quam ullus Gallus vel Scytha, & hoc omnia ejus ſcripta loqui:* c. XVIII. elench. trihæreſ. Mihi quemadmodum conſtat quod non ſatis eſt Judæum natum eſſe, ut idem ſtatim Hebraice vel Syriace doctus ſit, ita doctorem tam celebrem legis è Judæis illa ætate, propter leves quasdam & minus congruentes neque ad Grammaticam formulam ſatis exactas quæ in Philone fortaſſis obſervantur etymologias, ſtatim de ponte dejicere, atque Hebraiſmi omnis & Chaldaiſmi rudem pronunciare, videtur haud æquum. Miror etiam virorum doctorum judicium, qui è recentioribus Rabbinis Philonem Hebraicorum rituum ignorantiſſimum d) fuiſſe concludunt. In expoſitione librorum Moſaicorum Allegoriis nimis indulſit, fateor, atque idem ut in ſacris ſcriptis facerent auctor fuit Chriſtianis, præcipue Origene exemplum ejus auctoritate ſua commendante, ſed vel eo nomine charus eſſe Philo debet, quod tam amplum & locuples de ratione illius ætatis ἀλληγορούμενα tractandi teſtimonium præbet Judæus. Unde vero habet Vir incomparabilis, in acerrima illa ſua Philonis cenſura e) eum *nomenclaturis ſolis contribulium ſuorum Hebræo Græcis inſtructum* protuliſſe ea quæ de nominibus

O Hebrai-

d) R. Cudworth libro qui inſcribitur: true notion of the Lord's ſupper p. 17. *Philo Alexandrinus though Jew of nation, yet very ignorant of Jewiſh cuſtoms.* Hugo Grotius ad Matth. XXVI. 18. *In moribus Hebræis Philo ipſe Alexandrinus non ſatis certus eſt auctor.*

e) Ed. Bernhardus apud Cavcum V. C. in parte 1. Hiſt. litterar. ad A. C. 40

Hebraicis interdum argutatur. Quis enim non malit adſentiri Origeni, Euſebio & Hieronymo diſerte affirmantibus Philonem ipſum nomenclaturam ejusmodi compoſuiſſe & librum de nominibus Hebraicis eorumque etymologiis condidiſſe.

II. Scripta * Philonis complura exſtant *digna meliore cum editione tum interpretatione*, ut recte ait Cotelerius ad T. 2. monumentor. Eccleſiæ Græcæ p. 540. Addo etiam, ordine meliori, nam qui in editionib⁹ occurrit, eſt admodum perturbatus. Sed univerſis his, ut ſpero, defectibus occurret & eruditorum exſpectationi abunde ſatisfaciet doctiſſim⁹ Vir *Ericus Benzelius* Erici Archi Epiſcopi digniſſimi F. Præfectus doctiſſimus Biliothecæ Upſalienſis, qui apparatu non contemnendo inſtructus jam ab aliquot annis novam Philonis editionem & uno alteroque opuſculo auctiorem molitur. Philo ipſe in limine libri περὶ ἄθλων καὶ ἀπιμῶν Oracula Moyſis, quæ plerisque ſcriptis ſuis illuſtravit, in tres ideas ſive tria diſtinguit genera: Τὴν μὲν περὶ κοσμοποιΐας, τὴν δὲ ἱστορικὴν, τὴν δὲ τρίτην νομοθετικήν. Hanc diſtinctionem ſecuti ſunt, qui ſcripta Philonis pleraque digeſſerunt in κοσμοποιητικὰ, ἱστορικὰ & νομοθετικά. Sed contra Philonis mentem ac minus commode ea ſunt uſi. Mihi quidem, ſalvo aliorum judicio ita videntur Philonis ſcripta digerenda eſſe:

1. Περὶ τῆς Μωϋσέως κοσμοποιΐας. *De mundi opificio* ſive in Hexãemeron p. 1. edit. Pariſ. Ex hoc libro locum proferens Euſebius VIII. 13. præparat. Πάλιν δ', inquit, τὸν Φίλωνα παρεῖπον ἀπὸ τῆς πρώτης τῶν εἰς τὸν νόμον. Laudat idem XI. 24. Latine convertit Joh. Chriſtophorſonus.

2. Νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον πρώτη ad Geneſ. II. verſ. 1. ſeq. *Allegoriæ ſacrorum legum poſt Hexaëmeron lib. 1. p. 46.* Philonis Allegoriam ſacrarum legum legiſſe ſe teſtatur Photius Cod. 103.

3. Νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον δευτέρα ad Gen. II. 18. ſeq. *Allegoriæ lib. 2. p. 1085.* Hic liber ab Hœſchelio primum Græce editus cum notis, & male in Genevenſi ac Pariſienſi liber tertius inſcribitur & à reliquis longe diſtrahitur.

4. Νόμων ἱερῶν ἀλληγορία τῶν μετὰ τὴν ἑξαήμερον τρίτη ad Gen. III. 8. ſequ. *Allegoriæ liber 3. p. 60.* Hic male in editionibus inſcribitur liber ſecundus.

Librum

* Sociniani cujusdam hominis putidam conjecturam, qui ſcripta Philonis compoſita eſſe exiſtimat ab aliquo hujus nominis Chriſtiano qui circa extremum ſæculi ſecundi poſt CHRISTUM natum claruerit, confutavit Petrus Allixius V. C. in judicio Eccleſiæ Judaicæ adverſus Unitarios capite VI.

Librum quartum Allegoriarum Philonis allegat Leontius apud Turrianum IV. 2. Apologiæ pro Epistolis Pontificum.

5. Περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ φλογίνης ῥομφαίας, καὶ ὃ κλωθέντος πρώτου ἐξ ἀνθρώπου Καΐν. ad Gen III. 24 seq. *De Cherubim & flammeo gladio, de Caïno qui primus ex homine procreatus est p. 108.*

6. Περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Καΐν ad Gen. IV. 2. seq. *De sacrificiis Abelis & Caini* p. 130.

7. Περὶ ὃ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεται ad Gen. IV. 7. seq. *De eo, quod deterius potiori insidiari soleat* p. 155. Laudat Eusebius XI. 15. præparat. & ante eum Origenes in Matth. p. 369. Φίλων ὁ ἐν πολλοῖς τῶν εἰς τὸν Μωϋσέως νόμον συντάξεων αὐτοῦ ἐνδοκιμῶν καὶ ὡδὲ συνετῶς ἀνδράσι φησὶν ἐν βιβλίῳ ὅτι ὃ τὸ χεῖρον &c.

8. Περὶ Γιγάντων ad Gen. VI. 1. *De Gigantibus* p. 284.

9. Περὶ ὃ ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον ad Gen. VI. 2. *De eo, quod Deus sit immutabilis* p. 293. Eusebius II. 8. Hist. forte non male utriusque libri, hujus ac præcedentis, communem tradit fuisse titulum, περὶ γιγάντων ἢ περὶ ὃ μὴ τρέπεσθαι τὸ θεῖον. Sane libro priore, qui de gigantibus inscribitur, agitur etiam de divinæ virtutis immobilitate.

10. Περὶ Γεωργίας Νῶε ad Gen. IX. 20. liber 1. *De agricultura Noë.* p. 187.

11. Περὶ Φυτουργίας Νῶε sive περὶ γεωργίας liber 2. ad Gen. IX. 20. *De plantatione vineæ à Noë factæ* p. 214. Libros duos περὶ γεωργίας scripsisse Philonem testatur idem Eusebius, & hunc pro secundo agnovit etiam in versione sua Lilius Tiphernas.

12. Περὶ μέθης ad Gen. XI. 21. *De ebrietate* p. 240. Hic liber videtur olim divisus fuisse in duos. Nam duos περὶ μέθης scripsisse Philonem, idem Eusebius testatum reliquit.

13. Περὶ ὃ, ἐξέγηψε Νῶε Gen. IX. 24. *De verbis, evigilavit Noë* p. 273. Hunc ipsum librum puto intelligi ab Eusebio, cum memoratur εἰς ὁ περὶ ὧν νήψας ὁ νεὼς ἔυχεται καὶ καταρᾶται. Neque opus est, ut pro νεὼς legamus Νῶε, nam ad νεὼν applicat Philo, quæ de Noë dicuntur.

14. Περὶ συγχύσεως Διαλέκτων ad Gen. XI. 1. seq. *De confusione linguarum* p. 319. Hujus libri Eusebius facit mentionem & Hieronymus

15. Βίος σοφοῦ ὃ κατ' διδασκαλίαν (Eusebius male δικαιοσύνην, licet videatur respici ad Gen. XV. 6.) τελειωθέντος ἢ περὶ νόμων ἀγράφων *Vita Sapientis per doctrinam perfecti, sive de legibus non scriptis* p. 349. Totus hic ti-

Digitized by Google

tulus in Eusebio exstat. Vulgo autem inscribitur *de Abrahamo*: Et sane majorem partem de hoc agit, prius tamen de aliis ante Abrahamum piis hominibus Enosо, Enocho, Noë, quos vocat πρώτην τελείαν τῶν ἀρετῶν ἀπηνθισμένων, tum paucis de Isaaco & Jacobo & Sara: singula κατὰ τὰς ῥητὰς γραφὰς primum; deinde κ' τὰς ἀλληγορίας ut loquitur νόμους persequens. Porro in limine hujus libri, Philo ait, se, postquam de mundi opificio disseruit, jam etiam de legibus agere velle, ac primo de universalioribus illis atque antiquioribus non scriptis, sed scriptarum archetypis, ad quarum normam Abraam & alii amici Dei vitam suam exegerunt. Ὧν μὲν οὖν τρόπον ἡ Κοσμοποιία διατέτακται, διὰ τῆς πρώτης συντάξεως ὡς οἷόντι ἦν ἠκριβώσαμεν. Ἐπεὶ δ' τὰς νόμους &c. Non puto autem à Philone alium librum hoc de argumento præmissum, quam unicum, quem numero primo retuli περὶ κοσμοποιίας. Eundem respicit, cum de tetrade loquens δι' ἃς δ' αἰτίας, inquit, ἄλλῳ ἐλέχθη, διὰ τῆς πρώτης συντάξεως εἴρεται. Neque syntaxin vocat collectionem plurium librorum, sed unicum librum. περὶ Φιλανθρωπίας p. 697. δεδήλωται πρότερον ἐν δυσὶ (lege τρισὶ) συντάξεσιν ἃς ἀνέγραψα περὶ βίου Μωϋσέως. Reliquos separatim editos, interim hodie Ordinem sacrarum litterarum, quas interpretatur, sequi tuto nos posse existimo.

Βίος σοφὸς αὐτομαθὴς ἢ κ' Φύσιν, *Vita Isaaci*. Et Βίος σοφὸς ἀσκητικὸς sive ἐξ ἀσκήσεως *Vita Jacobi*, periit. Vide, quæ dixi infra num. 21.

16. Περὶ ἀποικίας ad Gen. XII. 1. seq. *De migratione Abraami* p. 388. Meminit Eusebius.

περὶ μισθῶν liber *de mercede proborum* ad Gen. XV. 1. intercidit. Memorat Philo p. 414. ἐν μὲν τῇ περὶ τούτης βίβλῳ περὶ μισθῶν ὡς ἐνῆν ἐπ' ἀκριβείας διεξήλθομεν.

17. περὶ ᾧ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος ad Gen. XV. 2. p. 424. *De eo, quis rerum divinarum hæres sit*. Eusebius alteram quoque partem tituli servavit περὶ ᾧ τίς ὁ τῶν θείων ἐστὶ κληρονόμος, καὶ περὶ τῆς εἰς τὰ ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς. Agitur enim in hoc libro etiam de fœdere Gen. XV. 10. quo Deus jussit Abrahamum dividere vaccam & cetera animalia & partes ex adverso sibi invicem ponere.

18. περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου ad Gen. XVI. 1. seq. *De congressu comparandæ liberalis eruditionis causa* p. 450. Nimirum humaniores artes ac disciplinas Philosophiæ famulantes Philo confert cum Hagare ancilla Arahami. Apud Eusebium non προπαιδεύματα legitur, sed παιδεύματα. Sed προπαιδεύματα magis probo. Et Philo ipse libro proxi-

proximo p. 482. εἰρηκότες ἐν τῷ πρότερῳ περὶ τῶν προπαιδευμάτων καὶ περὶ κακώσεως &c.

19. περὶ Φυγάδων ad Gen. XVI. sequ. *De profugis* p. 482. Apud Eusebium hic liber recte inscribitur περὶ Φυγῆς καὶ ἀνευρέσεως *de fuga Hagaris eaque per angelum inventa*: atque ita legit Hieron. in Catalogo, Sophronius, Suidas. In quibusdam Eusebii codicibus fuit περὶ Φύσεως καὶ ἀνευρέσεως, ut patet ex Rufini vers. In aliis Valesius invenit περὶ Φύσεως καὶ αἱρέσεως. Nicephorus utramque lectionem conjunxit περὶ Φυγῆς καὶ αἱρέσεως, περὶ Φύσεως καὶ ἀνευρέσεως. Male, ut opinor, licet in MS. Eusebii Nortfolchiensi accepi quoque legi περὶ Φυγῆς καὶ αἱρέσεως, περὶ Φυγῆς καὶ ἀνευρέσεως.

περὶ Διαθηκῶν *De testamentis* sive *pactis Dei* libri duo interciderunt. Meminit Philo libro proximo: τὸν δὲ περὶ Διαθηκῶν σύμπαντα λόγον ἐν δυσὶν ἀναγέγραφα πεπράξεσι. Memorat ex hoc ipso loco, atque ita, ut non vidisse se illos innuat Eusebius & ex eo Hieron. Male itaque apud Eusebium legitur περὶ Διαθηκῶν πρώτης καὶ δευτέρας. Scripserat Eusebius α καὶ β quod exprimi debet πρῶτον καὶ δεύτερον, scilicet βιβλίον.

20. περὶ τῶν μετονομαζομένων, ἢ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται, ad Gen. XVII. 1. seq. *De iis, quorum nomina in Scripturis mutata memorantur, & quare illud factum sit.* p. 1044. Hunc librum primus Græce ex codice Augustano edidit & notis illustravit *David Hæschelius* Francof. apud Wechel. 1587. 8. Latine vertit *Fed. Morellus* Paris. 1593. 8. memorat Eusebius.

21. Βίου Πολιτικοῦ (Photius c. 103. περὶ βίου πολιτικοῦ) ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ. *Vita viri civilis, sive de Josepho.* p. 526. In limine hujus libri testatur se scripsisse vitas trium virorum Abrahami, Isaaci & Jacobi, de quibus libro de Abrahamo: ὁ μὲν δὴ πρῶτος ἀπόκλησιν Ἀβραὰμ σύμβολον διδασκαλικῆς ἀρετῆς ἐστίν. ὁ δὲ μέσος Ἰσαὰκ φυσικῆς, ὁ δὲ τρίτος Ἰακὼβ ἀσκητικῆς. Sed Isaaci & Jacobi vita intercidit, ut dixi supra post num. 15. Josephi vitam latine vertit præter Gelenium *Franciscus Zinus* Venet. 1575. 8.

22. περὶ ὧν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πέμπεσθαι ἐνύπνια. *Quod à Deo mittantur insomnia.* Libros quinque hujus argumenti scripsisse Philonem, Eusebius, Nicephorus & Suidas testantur. Sed *primus* intercidit, *secundus* legitur p. 565. edit. Paris. in cujus limine primus allegatur: ἡ μὲν δὴ περὶ τούτης γραφὴ σαφῶς ἐδείξατο τὰς πρώτον εἰδομένας τῶν θεοπέμπτων ὀνείρων, ἐφ' ἃ δὴ θεῖον ἐλέγομεν κατὰ τὴν ἰδίαν ἐπιβολὴν τὰς ἐν τοῖς ὕπνοις ἐπιπέμπειν

φαντασίας. *Tertium* habes p. 1108. ab Hœschelio primum vulgatum Græce ex codice Augustano, & illustratum notis Francof. apud Joh. Wechelum 1587. 8. *Quartus* & *Quintus* non exstant.

e) Levin à Matthæo diſtinguit Heracleon apud Clementem IV. Strom. p. 502. & Origenes I. contra Celſum p. 48. quorum teſtimoniis vulgarem ſententiam impugnat vir ſummus Hugo Grotius. Huic vide quæ præter Calovium τὸν μακαρίτην reſpondet Cotelerius in notis ad Conſtitut. Apoſtol. VIII. 22. & præclarus Dodwellus diſſ. 1. in Irenæum §. 34.

f) Apud Euſeb. III. 39. Hiſt. Eccleſ. Adſentitur Papiæ etiam Jo. Millius in prolegomenis ad N. T. p. 8. & conjicit Matthæum ſcripſiſſe Evangelium ſuum in gratiam Hebræorum fidelium qui antea parum accurata διηγήσει ſive Evangelio ſecundum Hebræos uſi fuiſſent. Non diu poſt, Jacobum minorem curaſſe, ut Græca etiam verſio legeretur.

g) Vide, ſi juvat, quæ ſcripſi in Codice Apocrypho N. T. p. 356. 368. 668. & Eraſmi Apologiam adverſus Stunicam. Nota etiam Syriacam veterem Matthæi verſionem de Græco videri translatam non de Hebraico, & Marco ac Clementi Græcum Matthæum lectum, cujus etiam verbis quandoque utuntur. Hebraicæ vero quæ exſtant Matthæi editiones recens à Judæis vel Chriſtianis elaboratæ ſunt, & abſurdiſſime pro Matthæo avthentico haberentur, ſive *Munſteriana* illa Baſil. 1537. fol. Henrico VIII. Angliæ Regi inſcripta & verſione atque commentario adverſus Judæos inſtructa; ſive *Tiliana*, quam ex Italia attulit Jo. Tilius & Joh. Mercerus latine transtulit Pariſ. 1555. 12. Munſteriana recuſa eſt Baſileæ 1557. 8. addita Epiſtola ad Hebræos Hebraice verſa cum latina translatione & Baſil. 1582. 8. etiam Pariſiis 1551. 8. cum præfatione Jo. Quinquarborei Aurilacenſis Aruerni. Tilianæ ſtylum terſiorem eſſe obſervant viri docti, & Matth. XVI. 17. Romano adulari Pontifici. Vide Lud. de Dieu ad Matth. p. 529. ſeq. Wagenſeilii Sotam p. 597. 1122. Rich. Simonis Hiſt. Criticam lib. 2. p. 231. ſeq. & lib. 3. p. 789. Millii prolegomena ad N. T. p. 116. 127. Utramque à Judæis è latina verſione veteri expreſſam eſſe conjicit Huetius de claris interpretibus p. 181. Exſtat & Matthæi Evangelium Hebraice in Novo teſtamento polyglotto Eliæ Hutteri. Aliam MStam verſionem Hebraicam ſe in manibus habere teſtatus eſt vir eruditiſſimus Rich. Simon.

editus à Kirſtenio, * Menologium ab Ughello T. 6. Italiæ S. vulgatum 16. Nov. Auctor Operis imperf. in Matthæum, Theophylactus, Euhymius & alii, ne de ſubſcriptione quæ in Variis Codicibus legitur dicam. Hos ſi audias, jam anno poſt CHRISTI adſcenſionem octavo vel nono Evangelium ediderit Matthæus, quæ ſententia probatur etiam Seldeno VII. 12. de jure Nat. & gentium, & ex antiquis Coſmæ Indoplevſtæ lib. V. Coſmographiæ Chriſtianæ p. 245. Ita enim ille de Matthæo: ὅτι πρῶτος τῶν εὐαγγελιστῶν συγγραψάμενος εὐαγγέλιον --- διωγμὸς γενομένης ἐν Ἱεροσολύμοις ὅτε τὸν Στέφανον ἐλιθοβόλησαν, μέλλων καὶ αὐτὸς τὰ Ἱεροσόλυμα καταλιπεῖν, αἰτησάντων αὐτὸν τινῶν τῶν πιστῶν συγγράψαι αὐτοῖς διδασκαλίαν καταλιπεῖν, δοκιμάσας τῷ ἐν σαρκὶ μᾶλλον ἀπὸ γῆς ἀποδημεῖν ἢ κυρίῳ, αὐτοῖς ἀπεγράψατο. Veriſimilior Chronici Alex. & Nicephori II. 45. ſententia, qui decimo quinto poſt adſcenſionem Chriſti anno ſcripſiſſe Matthæum affirmant. Anticipationibus abundare Matthæi Evangelium, nec Chronologiæ æque ac Lucam vel Joannem eſſe obſervantem, notavit Baſnagius ad A. C. XXX. ſect. 56. Titulum *Evangelii* an ipſe præfixerit Matthæus, dubitari poſſit, quia incipit ejus liber his verbis: βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ χριστοῦ. Et qui monent ipſum notanter præfixiſſe titulum, Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον non κατὰ Ματθαίου, haud cogitant unum idemq; hæc duo ſignificare, ut recte animadverſum Joanni Druſio eſt in præteritis, & lib. I. quæſt. Hebr. c. 23. Primis vero Chriſtianis omnis doctrina de Chriſto Evangelium appellabatur, Εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ, ut Marci I. 14. unde Paulus plus ſimplici vice ad Evangelium ſuum provocat, atque Evangeliſtæ dicuntur quoque Philippus & illi quorum nulla proprie dicta exſtabant Evangelia. Etiam Angelus Lucæ II. 10. Evangeliſtam gerit, εὐαγγελιζόμενος χαρὰν paſtoribus, & Joannes Baptiſta pœnitentiæ præco εὐηγγελίζετο τὸν λαόν Luc. III. 18. Neq; enim ſemper hoc verbum læti ac jucundi nuncii ſignificatio eſt, quemadmodum patet ex hoc loco Epiſtolæ primæ earum quæ Phalaridi tribuuntur: ἐκ ἀγνοῶ ἢ λύπας εὐαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα. Vocabulum εὐαγγελίων triplici notione apud ſcriptores reperitur, vel pro fauſto nuncio, ut apud Plutarchum Pompejo p. 640. γραμματηφόροι περσικὰ λαμπρὸν ἐκ πόντου κομίζοντες εὐαγγέλια. Vel pro præmio boni nuncii, ut apud Ciceronem II. 12. ad Atticum: vel pro ſacrificio quod accepto læto nuncio offerebant, ut in ejusdem Plutarchi Phocione p. 749. Φιλίππου ἢ δοθησόμενα εὐαγγέλια θύειν τὸν δῆμον ἐκέλευε. Antiquiſſimum vero de Evangeliis, quatenus hoc vocabulo commentarii Apoſtolici de vita ac ſcriptis JESU CHRISTI denotantur, teſtimonium eſt Ignatii Epiſt.

* Rev. D. Tho. Ittigius præſect. MSS. de Matthæo §. 3.

Epist. ad Philadelph. c. V. περὶ φυγὰν τῷ εὐαγγελίῳ σαρκὶ Ἰησοῦ, καὶ τοῖς Ἀποστόλοις ὡς πρεσβυτερίῳ Ἐκκλησίας, καὶ τὰς προφήτας ἀγαπῶμεν. Disertius alterum Justini Martyris Apologia I. p. 98. à multis viris doctis jam laudatum: οἱ γὰρ Ἀπόστολοι ἐν τοῖς γενομένοις ὑπ' αὐτῶν ἀπομνημονεύμασιν h) ἃ καλεῖται Εὐαγγέλια, οὕτως παρεδέδωκαν. Eodem loco lecta fuisse jam tum in Ecclesiis i) illa ἀπομνημονεύματα, perinde ut propheticas Scripturas testatur Justinus. Numerum quaternarium Evangeliorum celebrat Irenæus III. 1. At in Epistola ad Galatas cap. I. v. 7. per μεταστρέψαντας τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ Paulus non notavit *pseudapostolos veritatem Evangeliorum editorum* (illa enim tum nondum scripta erant) *interpolantes, unde sint nostra digesta*, sive nostri codices, ut illum locum videtur accepisse Marcion apud Tertull. IV. 3. sed eos qui doctrinam Evangelicam non recte docendo perverterent.

Matthæi Evangelium, ut ad illud nostra redeat oratio, rejecerunt *Cerdoniani* & *Marcion*, qui solum Lucam recipiebant. Vide de Cerdonianis appendicem ad Tertull. de præscript. c. 51. & de Marcione Irenæum lib. 1. c. 29. Epiphanium XLII. 9. Origenem in Philocalia c. 5. & 2. contra Celsum p. 77. Theodoritum lib. I. de hæreticis fabulis c. 24. At de Valentinianis nolim cum Bellarmino, k) Jansenio, aliisque affirmare solum Johannis Evangelium ab iis receptum, licet Irenæus III. c. 11. p. 220. ait eos qui à Valentino sunt eo quod est secundum Joannem plenissime uti ad ostensionem conjugationum suarum. Sane in Valentinianis commentis quæ Græce exstant ad calcem Clementis Alexandrini, loca è Matthæo & Luca proferuntur, & Tertullianus c. 38 de præscript. diserte testatur Valentinum *integro Instrumento* usum, & Scripturis *peperciſſe*, nec *machæra usum palàm*, licet sensum pervertendo plus abstulerit. Est tamen Origenis locus p. 77. lib. 2. contra Celsum, qui Tertulliano videtur contradicere: μετακαράξαντας τὸ Εὐαγγελίου ἄλλως

ἔχε

h) Sic ἀπομνημονευμάτων libros inscripserat Xenophon, quos de dictis & factis Socratis composuit, ut dixi lib. III. cap. 4. His adde Dioscoridis Stoici ἀπομνημονεύματα, quibus variorum Philosophorum & virorum celebrium dicta & facta persecutus fuisse videtur, ut è Laërtio colliges atque Athenæo.

i) De more Evangelia & alios libros Biblicos in Ecclesia legendi consulenda Clariss. Wilh. Ernesti Tenzelii Exercitatio Witebergæ 1685. edita, de ritu lectionum sacrarum. Jo. Steph. Durantus II. 23. de ritibus Ecclesiæ Catholicæ, Leo Allatius de libris Ecclesiasticis Græcor. p. 33. seq. Joh. Baptista Ferrarius de ritu sacrar. Concionum lib. I. c. 15. seq. Evangelia stantes audiebant, Epistolas sedentes, ut præter Allatium p. 35. 49. notat Steph. le Moyne notis ad Varia sacra p. 987. seq.

k) Lib. I. de Verbo Dei cap. 6.

ἐκ οἶδα ἢ τὰς ἀπὸ Μαρκίωνος, καὶ τὰς ἀπὸ ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΟΥ, οἵμαι δὲ καὶ τὰς ἀπὸ Ἀσκανοῦ. Itaque Origenis tempore fortaſſis Valentiniani quidam faciebant, quod Valentinum facere Tertullianus vere negavit. *Manichæi* vero & Matthæo & omnibus N. T. ſcriptis (vetus enim plane reſpuebant) ita detrahebant fidem, ut ſaltem interpolata eſſe cauſſarentur. *Solent dicere*, inquit Auguſtinus contra Adimantum c. 15. *cum Scripturarum eos urget auctoritas, hoc capitulum à corruptoribus Scripturarum inſertum eſſe Evangelio.* Confer quæ ſingillatim de Matthæo Fauſtus Manichæus apud Auguſtinum lib. XVII. c. 1. ac de Evangeliis XXXII. 3. & quæ plura ex Auguſtino loca collegit Sixtus Senenſis libro VII. Bibliothecæ Sanctæ.

Solum Matthæi Evangelium receperunt *Cerinthiani* teſte Philaſtrio c. XXXVI. neque integrum illud ſed ἀπὸ μέρους, Genealogiam potiſſimum & illa amplectentes è quibus hominem nudum CHRISTUM videbantur ſibi poſſe contendere, ut refert Epiphanius XXVIII. 5. adde XXX. 14. Itaque de aliis quam Cerinthianis capiendus Irenæus III. 11. licet alioqui deſcriptio tota non male in Cerinthianos quadret, *Qui autem Jeſum ſeparant à Chriſto, & impaſſibilem perſeveraſſe Chriſtum, paſſum vero Jeſum dicunt, id quod ſecundum Marcum eſt præferentes Evangelium, cum amore veritatis legentes illud corrigi poſſunt.* Eodem loco teſtatur *Ebionæos* Evangelio ſolo Matthæi uſos, quod monuerat etiam lib I. c. 26. ſed Genealogiam reſecuiſſe (quod etiam in Monoteſſaro ſuo fecit *Tatianus* teſte Theodorito lib. 1. de hæret. fab. c. 20.) atque adulterato & truncato Evangelio uſos ſcribit Epiphanius XXX. 14. Euſebius autem videtur falli qui III. 27. Hiſt. Evangelium quod ſolum recepere Ebionei confudit cum Evangelio ſecundum Hebræos, quæ diverſa fuiſſe probavit præſtantiſſimus Grabe ad Irenæum p. 220 & monui in Codice Apocrypho N. T. p. 360. ubi Marium quoque notavi Mercatorem qui T. 2. edit. Garnerianæ p. 128. Ebionem Matthæi, Marci & Lucæ auctoritatem ſecutum ſcribit. Neque in viri ſummi H. Valeſii interpretatione Euſebii VI. Hiſt. 17. facile acquieveris, ubi legas *Symmachum Ebionæum adverſus Evangelium Matthæi acriter diſputare in commentariis ſuis.* Nam Græca Euſebii nihil aliud ſonant, quam quod Symmachus in ſcripto quodam ſuo (an commentariis in Matthæum, ut accepit Hieronymus, non ſatis certum eſſe puto) πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενον Εὐαγγέλιον *Matthæi prolixius inſiſtens Evangelio*, ex eo hæreſin ſuam confirmare voluerit. Etiam in locis Baſilii & Chryſoſtomi, quæ H. Stephanus in theſauro adduxit,

duxit, & quæ Valesio ansam interpretationis suæ dedisse videntur, ἀπτέσθαι τοῦ τινα commode exponi potest *diutius alicui inhærere*, non ut exponit Stephanus, *in aliquem invehi*. Miror quoq; quales fuerint Ebionei, qui Methodio teste in Convivio decem virginū p. 133. Scripturas à Spiritu S. inspiratas negabant, ἐξ ἰδίας κινήσεως τὰς προφήτας λελαληκέναι φιλονεικοῦντες. De Tychico Messaliano Euthymius apud Lambecium III. p. 171. καὶ ἑτέρας τινὰς θείας γραφὰς διέφθειρε καὶ παρερμήνευσε, κατ' ἐξαίρετον δὲ ἅπαν τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, καὶ πάσας τὰς τοῦ θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἢ δὲ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ῥήσεις εἰς ἓν πνευματικὸν αὐτῷ πατέρα παρερμήνευσε. Ex his verbis satis patet Matthæi Evangelium à Tychico non rejectum, nec corruptum, sed tantum falsis interpretationibus perversum fuisse. Recentiore ætate non memini exstitisse Christianorum quenquam ea impudentia, qui Matthæi auctoritati divinæ derogare voluerit præter Anabaptistas nonnullos, à quibus capita quædam temere vocata in dubium notarunt Sixtus Senensis lib. VII. Bibl. Fraisenius disquisit Bibl. p. 665. seq. & Rich. Simon libri I. Hist. Criticæ N. T. p. 100. Hisce addi potest Natalis Albertus de Verlé auctor recens libri qui inscribitur tombeau du Socinianisme, cujus hæc sunt verba p. 167. *il est certain que ce que nous appellons presentement l' Evangile de S. Matthieu n' est qu' une traduction fort suspecte, S. Hierome nous apprenant que l' Evangile Hebreu de S. Matthieu étoit fort different du Grec.* Ibidem in tria Evangeliorum Matthæi, Lucæ & Joannis sollicitat & pro additiciis habet satis absurde.

III. MARCUS Evangelista utrum à Joanne Marco S. Barnabæ consobrino de quo Act. XII. 12. XV. 37. Colos. IV. 10. & 2. Tim. IV. 11. & Philem. 23. distingui a) debeat, non plane videtur exploratum. Filius h. e. discipulus appellatur à Petro 1. Epist. V. 13. Confer Euseb. II. 15. Hist. Patria Cyrenæus fuisse traduntur in Actis de vita Marci quæ græce & latine edidit Henschenius ad 25. April. & sæculo quarto vel quinto scripta esse conjicit Tillemontius; septimo vel octavo, Elias du Pin. Genere sacerdotali fuisse Marcum pseudo Hieronymus & Beda scripsit, primum Alexandriæ Episcopum multi b) prodiderunt, licet οἰκουμενικὸν potius pro more Apostolico, non τοπικὸν egisse contendit Salmasius sive Walo Messalinus p. 204. 211. 261. Judaum Ἑβραΐζοντα magis quam ἑλληνίζοντα Grotius conjicit è fre-

a) Distinguunt præter alios quam plurimos Cotelerius ad Const. Apost. II. 57 p. 262. & Tillemont. T. 2 Memor. Eccles. p. 159. seq. At diversos esse negant Sam. Basnage ad A. C. 66. n. 15. seq. & Jo. Georg. Dorsheus ὁ μαχαίτης prolegom. commentarii ad Marcum.

b) Petav. dogm. Theol. T. 3. p. 697. seq. 711.

è frequentioribus Hebraiſmis ad Marc. V. 25. VI. 14. IX. 42. X. 26. &c. Evangelium ſuum ſcripſit Romæ c) ut videtur, non latine d) ſed Græce, poſt Petri & Pauli ἔξοδον ſive diſceſſum e) ex urbe Roma circa A. C. LXIII. f) *Πέτρου ἐν Ἰωάνῃ ἐντειλαμένου αὐτῷ*, ut præter alios affirmat Coſmas Indopleuſtes lib. V. Topographiæ Chriſtianæ p. 246. Nam, & Papiæ apud Euſeb. III. ult. & Irenæo III. 11. atque inde aliis pluribus veteribus Marcus *interpres* g) *& ſectator Petri* dicitur, atque *ὑπογραφεὺς*

c) Epiphân. I. I. 6. Theophylact. & Veteres *ὑπογραφαί*. Gvil. Cave in vita Marci §. V.

d) Latine ſcripſiſſe Marcum nusquam affirmant tot veteres pro hac ſententia laudati à Melchiore Inchofero lib. V. Hiſtoriæ ſacræ latinitatis cap. 8. ne quidem Nazianzenus, licet ait eum ſcripſiſſe Ἰταλίῃ h. e, in Chriſtianorum uſum in Italia. At in pſeudoDamaſi Pontificiali fateor illud ſatis aperte innui, nam in vita Petri, *Hic*, inquit, *ſcripſit duas Epiſtolas quæ Catholicæ nominantur, & Evangelium Marci quia Marcus auditor ejus fuit & filius de baptiſmo, quæ poſt omnem quatuor Evangeliorum fontem, quæ ad interrogationem & teſtimonio ejus hoc eſt Petri formata ſunt, dum alius* (Marcus) *latine, aliusque* (Lucas) *Græce, & alius* (Matthæus) *Hebraice conſonant, tamen ejus teſtimonio ſunt firmata.* Sed neque ejus ſcriptoris, neque Petri de Natalibus qui IV. 86. Catalogi ab ipſo Marco Græcè verſum Aquilejæ refert, neque Orientalium recentiorum vel deceptorum vel male intellectorum (nam per Romanam linguam etiam ab illis Græcam quandoque intelligi obſervavit Seldenus) tanta eſt auctoritas, ut illis aſſentiendum ſit contra ſilentium & contraria Veterum teſtimonia Hieronymi, Chryſoſtomi, Auguſtini. Etiam *αὐτόγραφον* quod jactatur S. Marci Venetum, quicquid de latino Genebrardus, Gretſerus, Ciacconius aliique garriant, Græcis literis exaratum eſſe teſtantur Baronius ad A. C. 45. n. 41. Honoratus Nicquetus de titulo S. Crucis Chriſti p. 93. & Maximilianus Miſſon in Itinerario. Sed vix quisquam eſt noſtra ætate inter viros eruditos, Romanæ etiam Eccleſiæ, qui Marcum latine ſcripſiſſe ſibi perſuadent, ut patet evolventi ſcripta Rich. Simonis, Eliæ du Pin, Tillemontii, Fraſſenii, aliorumque. Conſer Seldenum ad Eutychii Origenes Alexandrinas p. 152. & Kortholti τὸ μαχαιρίτῃ librum de Variis Bibliorum editionibus p. 71. ſeq. Erneſti Chriſtiani Schrœdteri Exerc. de lingua Marci authentica Witeberg. 1702.

e) Ita potius cum viris doctis intellexerim verba Irenæi III. 1. quæ laudat Euſebius V. 8. Hiſt. Similiter Chryſoſtomi locum exponit Halloiſius T. 1. vitarum Scriptor. Oriental. p. 384. b.

f) Alii longe citius ſcripſiſſe malunt, anno quarto Claudii Cæſaris. Vide Selden. de jure Nat. p. 887.

g) Sic Titum Pauli interpretem vocat Hieronymus, Glauciam Petri interpretem Clemens VII. Strom. p. 549. quod non aliter intelligendum puto, quam Apoſtolos his uſos eſſe veluti diſcipulis ad mandata ſua dogmataque abſentibus perferenda. Vide interim ſi placet quæ de hoc ἑρμηνέων Apoſtolicorum munere tradit Rich. Simon lib. 1. Hiſt. Crit. N. T. cap 10. & p. 332. ſeq. & in novis obſervationibus p. 119. ſeq. Sam. Baſnage T. 1. Annal p. 750. ſeq. ad A. C. 66. n. 13. ſeq & Dan. Heinſius prolegom. ad Exerc. in N. T. p. 13.

Digitized by Google

ὑπὸ Πέτρου Evangelium ſuum edidiſſe. Multa eadem quæ Matthæus & iisdem quandoque verbis ſed brevius tradit, unde *pedisſequum & breviatorem Matthæi* vocat Auguſtinus lib. I. de conſenſu Evangeliſtarum c. 2. Quanquam vero negare nolim Matthæi librum ab eo viſum, tamen patet eum Matthæi abbreviatorem h) non eſſe, qui non modo Genealogiæ & aliorum haud paucorum quæ perſequitur Matthæus, ne verbo quidem meminit, ſed & alia plenius alioque ordine, alia denique refert quæ in Matthæo plane fruſtra quæras. Petri quoque Apoſtoli abnegationem diſertius deſcribit *XIV.* 66. ſeq. quod à Petro didiciſſe Marcum notat Chryſoſtomus homil. *LXXXVI.* in Matth. p. 889. & ex hoc integritatem ejus fidemque jubet cognoſcere, ὅτι δὲ μόνον οὐκ ἔκρυψε τὸ ἐλάττωμα & διδασκάλου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων σαφέστερον ἀπήγγειλεν. Idem Chryſoſtomus Homil IV. in Matth. p. 34. obſervat quod Marcus imitatus ſit ſuccinctam Petri brevitatem, uti Lucas Pauli copiam: καὶ ἕκαστος ὃν ὁμοίως τὸν διδάσκαλον ἐμιμήσατο, ὁ μὲν τὸν Παῦλον ὑπὲρ τὰς πομπὰς ἔστησε, ὁ δὲ τὸν Πέτρον βραχυλογίας ἀπεμελέσθην.

Marci Evangelium rejecerunt olim Cerinthiani, Cerdoniani, Marcion & Ebionitæ, de quibus paullo ante in Matthæo dixi. De duodecim verſibus poſtremis capitis ultimi quæ in nonnullis codicibus omiſſa, Marco quidam male abjudicant, vide ſis diſputata à me in Codice Apocrypho N. T. p. 326. ſeq. & V. C. Eliæ du Pin prolegomena Biblica part. 2. p. 35. ſeq.

IV. LUCAS ſive Lucius i) Antiochenus, incertum num idem cum Luca Medico Coloſſ. IV. 14. k) quin Judæus fuerit, at antequam

h) Confer Fabrum Stapulenſem initio commentarii in Marcum, Grotium ad Matth. XXIV. 36 Caſp. Hermannum Sandhagenium τὸν μακαρίτην Decade prima Epiſtola Theolog. 1. Rich. Simonem lib. I. Hiſt. Crit. N. T. p. 108. & Jo. Millium prolegom. ad N. T. p. 12. ſeq.

i) Λούκιος dicitur S. Nazianzeno: Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν ἑβραίοις θαύματα χρισὸν Μάρκος δ' Ἰταλίᾳ, Λούκιος Ἀχαιοῖ. fuerunt enim jam olim qui teſte Origene Lucam eundem putarunt cum Lucio quem Paulus inter συγγενεῖς ſuos refert Rom. XVI. 21. Neq; veriſimilitudine deſtituitur hæc ſententia, licet Grotius hunc Lucium putat eſſe Λύκιον illum Cyrenæum Act. XIII. 1. & Lucæ nomen ſuſpicatur potius eſſe decurtatum pro Lucillio. In calce codicis Cottoniani atque in alius apud Jo. Mabillonium p. 111. T. 1. muſei Ital. legitur: *Explicit liber Evangelii ſecundum Lucanum.* Nimirum illa ætate pro Beda dicebant Bedanum, pro Offa Offanum & ſimilia, ut obſervavit Hickeſius lib. 2. theſauri ſeptentrional. p. 251.

k) Paulinus Natali X. Felicis: *Hic Medicus Lucas, prius arte, deinde loquela: Bis Medicus Lucas* Confer Muratorii V. C. ἀνέκδοτα T. 1. p. 8. Sed Lucam Medicum à Luca Evangeliſta diſtinguit Sam. Basnagius quem vide ad A. C. 60. num. 33. Idem

eum,

quam CHISTO nomen daret, ne dubito quidem, præcipue si verum est quod legas in Origenis sive Adamantii cujusdam dialogis adversus Marcionitas p. 8. & Epiphanii LI. 11. eum fuisse è numero *LXX.* discipulorum. Neque adeo repugnat & Lucam & Marcum ex illis fuisse, licet veteres miro consensu ut Marcum Petri, ita Lucam tradunt Pauli fuisse interpretem, & sectatorem. Haud dubie enim Apostolorum etiam præ *LXX.* illis magna prærogativa erat. Neque obstat porro quod Lucas affirmat se ea scribere quæ acceperit ab illis qui fuissent *οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται*. Nam non de omnibus *LXX.* dici hoc poterat quod Act I. 21. seq. ad Apostolum requiritur, ut CHRISTO semper adfuerint à tempore baptismatis Joannis, usque dum in cœlos sublatus est. Ex eo ipso loco constat, non à Paulo solo Evangelium Lucæ esse suppeditatum, ut legitur apud Irenæum III. 1. & in Synopsi Athanasii junioris: *ἐκηρύχθη μὲν ὑπὸ Παύλου ὃ Ἀπόστολος, συνεγράφη δὲ καὶ ἐξεδόθη ὑπὸ Λουκᾶ τοῦ μαθητοῦ Ἀποστόλου* 1) *καὶ ἰατροῦ*. Sed si à Paulo forte quædam hausit, ut Tertull. IV. 2. & 5. ad Marcionem quoq; confirmat, ea fuisse pauciſſima, pleraque autem omnia ab *αὐτόπαις* reliquis Apostolis accepisse. Neque enim Paulus fuerat *αὐτόπης*. Itaque & Eusebius III. 24. affirmat Lucam ex Pauli contubernio, *καὶ τῆς τῶν λοιπῶν Ἀποστόλων ὁμιλίας ὠφελημένον, & reliquorum Apostolorum sermonibus* (Petri maxime, ut habet pseudoDorotheus) *adjutum* scripsisse: è quo tamen neutiquam sequi arbitror, Lucam nullis plane rebus interfuisse ipsum, aut nunquam adfuisse Domino in his terris versanti, quemadmodum illi sentiunt qui ipsum credunt fuisse ex Helleniſtis A.C.XLI. Antiochiæ conversis Act. XI. 20. Ut vero alte & à capite omnia posset accurate repetere, *παρακολουθήσαι πᾶσιν ἀκριβῶς* atq; ad finem plene deducere, quoniam haud semper neq; maximam partem adfuisset, non sufficiebat ipsi sua *αὐτοψία*, sed uti Spiritu S. adspirante, ita

num, 32. de Sila sive Silvano intelligit verba 2. Cor. VIII. 19. *cujus laus magna est in Evangelio*, quæ de Luca interpretati rectius ni fallor sunt interpolator Epistolæ Ignatii ad Ephes. §. 15. Origenes, Hieronymus & alii veteres. In Bibl. Renati Moreau fuit *Epistola Lucæ ad Medicum Claudium Galenum* teste l'abbeo Bibl. nova MSS. p. 217. Sed non minus conficta fuit hæc Epistola, quam imagines quas à Luca pictas referunt Jo. Phocas apud Allatium in *συμμίκτοις* p. 36. & alii scriptores exigua fide digni, quos explodit Jo. Reiskius in erudito tractatu de imaginibus JESU CHRISTI p. 129. seq.

1) Proprie non Apostolus erat sed Apostolicus, non Magister sed discipulus, ut ait Tertullianus IV. 2. contra Marcion. Nonnunquam tamen viri etiam Apostolici veteribus veniunt nomine Apostolorum, ut multis exemplis docuit Frid. Spanhemius lib. III. Misc. sacr. diss. de Apostolatu T. 2. Opp. p. 295. Sic Lucas Apostolus dicitur etiam Idatio in fastis,

& Apoſtolorum qui rebus interfuerant teſtimonio opus erat. Alexandriæ Evangelium protuliſſe Lucam, Syrus interpres annotavit. Alexandriam intellige Traodis m) ubi Pauli ſe comitem factum teſtatur Lucas Act. XVI. 11. Græce ſcripſit non Syriace n) licet Antiochenus, atque *inter omnes Evangeliſtas græci ſermonis eruditiſſimus* agnoſcitur ab Hieronymo Epiſt. 145. ad Damaſum, & ad VI. Eſaiæ. Hebraismos equidem in Luca quoque non paucos obſervaſſe ſibi viſus eſt vir eruditus Jo. Vorſtius, ſed nimis illum liberalem fuiſſe in annumerandis ſacrorum N. T. ſcriptorum Hebraiſmis, jam ſpirantem adhuc monuerat amicus Tho. Reineſius in Epiſtolis ad eum ſcriptis, & pluribus exemplis docuit egregius juvenis Horatius Vitringa, in flore ætatis nuper extinctus. Certe *audacius quam verius hoc contendi* à Vorſtio recte affirmat Rev. D. Jo. Henr. Majus in examine Hiſt. Criticæ Simonianæ p. 375. *Lucam plus Hebraiſmorum quam ceteros ſcriptores ſacros uſurpaſſe.* Poſt Matthæum & Marcum ſcripſiſſe videtur Lucas, plerorumq; omnium judicio recentiũ veterumque, Irenæi III 1. Tertulliani IV. 5. contra Marcion. Euſebii III. 24. Hiſt. Auguſtini II. 2. de conſenſu Evangeliſt. &c. Etiam Marci o) veſtigiis inſiſtentem obſervaſſe ſibi viſus eſt Grotius ad Marci I. 4. & 23. II. 12. 21. IV. 20. 21. VI. 14. XII. 40. &c. Unus Clemens Alex. in Hypotypoſeon libris Lucam Marco præponere videtur, apud Euſeb. VI. 14. Hiſt. dum ait prima ſcripta eſſe Evangelia in quibus genealogia texitur. πρεσβύτερον τῶν Εὐαγγελίων τὰ τὰς περιέχοντα γενεαλογίας. Deniq; Samuel Basnagius p) non dubitavit affirmare quod ipſo Matthæo prior, adeoq; omnium Evangeliſtarũ primus Lucas ſcripſerit. Sed pace viri eruditiſſimi licebit verba prima Evangelii Lucæ ita intelligere, ut Matthæo & Marco illa neutiquam detrahant, licet & hos reſpexerit Lucas inter illos πολλούς. Neque enim ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι aliud eſt quam ἀνέταξαντο, ut Caſaubono notis ad Lucam probe obſervatum. Sic Diodorus Sic. in præfat. Hiſtor. ὀλίγοι δ' ἀπὸ τῶν ἀρχαίων χρόνων ἀρξάμενοι τὰς κοινὰς πράξεις ἐπεχείρησαν ἀναγράφειν μέχρι τῶν καθ' αὐτὰς καιρῶν. Hippocrates de veteri Medicina: ὁκόσοι ἐπεχείρησαν περὶ ἰητρικῆς λέγειν ἢ γράφειν. Quid igitur injurii eſt in ſacros illos ſcriptores, quando Lucas ait alios quidem, neque unum ſed plures, ſcripſiſſe ante ſe de rebus JESU CHRISTI, (utrum ſimul reſpexerit Evangelium ſecundum Hebræos, Evangelium ſecuncun-

m) Vide Sam. Petiti Varias lect. lib. I. cap. 12.
n) Conf. Fulleri Sacr. Miſc. IV. 1.
o) Idem notat Millius prolegom. in N. T. p. 14.
p) Sam. Baſnage Annal. ad A. C. LX. n. 31. T. 1. p. 711.

cundum Ægyptios, αὐθάδους Matthiæ &c. docti judicent) quorum laudatiſſimo exemplo incitatus ipſe quoq; voluerit hoc aggredi, omnibus usque ab ſtirpe diligenter inquiſitis, ut Theophilus haberet ſcripto etiam conſignata illa quæ è Lucæ ſermonibus coram perceperat. Hic enim ſenſus verborum ἵνα ἐπιγνῷς περὶ ὧν κατηχήθης q) λόγων τὴν ἀσφάλειαν. Theophilum illum virum fuiſſe in dignitate conſtitutum jam ſupra p. 90. obſervavi ex elogio κρατίστε quod Lucas ei tribuit, quod poſſit etiam confirmari è recognitionibus pſeudoClementis X. 71. ſi fides ſcripto nullius fidei, ubi inter converſa Antiochiæ à Petro plus quam decem millia hominum refertur Theophilus, *cunctis potentibus in civitate ſublimior, qui domus ſuæ ingentem Baſilicam Eccleſiæ nomine conſecravit, in quæ Petro Apoſtolo conſtituta eſt ab omni populo cathedra.*

Lucæ Evangelium rejecerunt Cerinthiani, & Ebionitæ: ſolum illud recipientibus Cerdonianis & Marcione, ſed qui mirifice interpolatum r) & primis capitibus truncum, variisque locis mutilatum habuit, atque ut videtur s) ſine Lucæ nomine præfixo, & præmiſſis viciſſim t) Marcionis antitheſibus. Non omnia tamen quæ aliter legiſſe referunt Tertullianus & Epiphanius, totidem Marcionis corruptiones fuiſſe videntur, cum nonnulla forte ita repererit in ſuis codicibus, ut recte viri docti annotarunt. Quemadmodum locus de eo qui ſabbatho opus famulum faciebat, qui in quibusdam Codd. legitur poſt Luc. VI. 5. non à Marcionitis ut volebant Grotius & Arnaldus, ſed ex Evangelio Ægyptiorum adjectus eſſe videtur Millio p. 30. prolegom. ad N. T. Joannem vero Bodinum qui Marcionem ſecutus prima Lucæ capita in dubium vocavit, confutat illuſtris Huetius demonſtrat. Evangel. IX. 9. 7. p. 776. ſeq.

V. Evangelio etiam alterum λόγον ſive librum, πράξεις nimirum Ἀποστόλων Lucas ſubjecit, cui ACTA APOSTOLORUM diſerte tribuunt etiam veteres, ut Irenæus III. 15 & 19. Tertullianus de jejuniis c. 10. *commentarium Lucæ* appellans, ut alios juniores omittam. In codicibus quibusdam nomen auctoris non fuit adſcriptum, forte quod tanquam δεύτερος λόγος Evangelio ſtatim ſubjunctus fuit hic liber, ut ſuſpicatur Clariſſ. u) Dodvvellus. Plerique tamen Codi-

q) Vide Salmaſ. de Helleniſtica p. 103. & Sviceri theſaurum in κατηχέω.

r) Irenæus lib. I. cap. 29. lib. 3. c. 11. Tertull. IV. contra Marcion. & Epiphan. hæreſi XLII. 10. ſeq. T. 1. p. 310. ſeq.

s) Confer Rich. Simonis lib. 1. Hiſt. Crit. N. T. p. 125.

t) Tertull. IV. 4 contra Marcion.

u) Dodwell. diſſ. I. ad Irenæum p. 69.

Digitized by Google

Codices hunc titulum præfixum habent: x) *Λουκᾶ Εὐαγγελιςοῦ πράξεις Ἀποςόλων*, vel *πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποςόλων ἁπλᾶ Λουκᾶ Ἀποςόλου.* A Lambecio y) etiam affertur imago Lucæ in genibus ſcribentis Actorum librum, quam Codici vetuſto in Bibl. Vindobonenſi præmiſſam reperit. Græce ſcriptum eſſe nemo quod ſciam ambigit, atque Rich. Montacutium z) quidem ſi audimus *luculento & puriſſimo ſermone, ut ne ipſæ quidem Athenæ magis Attice loquantur.* Quanquam Epiphanius *XXX.* 6. & 12. Actorum Apoſtolicorum librum à Joſepho Tiberienſi Hebraice repertum memorat. Non diu poſt Evangelium, aliquo tamen tempore interjecto à Luca videtur compoſitus, & quanquam univerſe *Apoſtolorum* Acta titulus pollicetur, aliorum tamen res vix attingit liber quam Petri & Pauli, Pauli autem maxime, cujus converſionem, itinera & labores perſequitur usque ad primam in urbe Roma commorationem biennii Act. *XXIII.* 30. & defenſionem apud Neronem quarto hujus Imperii anno, A. C. LVIII. Utrum Romæ propterea ſcriptum librum neceſſe ſit, ut colligit Hieronymus, alii videant, qui malunt Alexandriæ a) hoc factum ſive illa Troadis, ſive Ægypti; vel in altera Ægypti urbe Thebis: mihi enim hoc totum videtur eſſe perquam incertum. Neque omnia Pauli, etiam illis quæ tangit temporibus, nedum Petri geſta Lucam attigiſſe, pulchre obſervat Hieronymus in ſecundum ad Galatas. Quærentibus cur Paulo ſuperſtes hiſtoriam non ulterius pertexuerit, reſpondet Chryſoſtomus homil. I. in Acta, quod ad ſcopum præcipuum jam hæc quæ ſcripſit ſufficerent, & de cetero ſanctis illis viris magis curæ eſſet Eccleſias doctrina Evangelii replere, quam *λογογραφεῖν.* Quanquam vero in ſynopſi Athanaſiana legas Petrum Acta *ὑπαγορεῦσαι* ſive eorum materiam præbuiſſe Lucæ, tamen verius eſt quod Euthalius à Clariſſ. Zacagnio editus p. 421. affirmat Lucam quibus ipſe interfuiſſet & quæ ipſe vidiſſet conſcripſiſſe. *συναπεδήμει γὰρ*, inquit, *τοῖς τε ἄλλοις Ἀποςόλοις, καὶ μάλιςα τῷ Παύλῳ, καὶ εἰδὼς ἀκριβῶς ἔγραφε.* Hieronymus in Catalogo S. E. *Lucas Evangelium ſicut audierat ſcripſit, Acta vero Apoſtolorum ſicut viderat ipſe compoſuit.*

Pro-

x) Rich. Simon 1. Hiſt. Crit. N. T. p. 19. ſeq.

y) Lambec. lib. 2. Bibl. Vindob. p. 571.

z) Montacutius præf. ad Analecta Origg. Eccleſ.

a) Etiam Theophilum cui Acta Lucas inſcripſit, inter primos credentium & nobiliſſimos Alexandriæ fuiſſe ſcribit Bar Bahlul, auctor Syrus Lexici apud Caſtellum. Alexander vero Morus parum veriſimiliter illi Theophilo inſcripſiſſe libros ſuos Lucam ſuſpicatur, quem judicio Areopagitico falſi damnatum Athenienſes precibus Piſonis concedere noluere, ut refert Tacitus II. 55. Hiſt.

Probe ex Varrone notavit Scaliger *actum* latine dici, quod alii barbare *tractatum* appellant, sed græca inscriptio præsentis libri manifestum facit *Acta* vel *Actus* hoc loco eo sensu esse accipienda u i quæ veteribus memoratur acta urbis, acta Pompeji, acta publica & diurna populi Rom. acta Cæsaris, acta temporum Augusti, acta Tiberii, Caji &c. acta diurna Senatus, acta Antonii, acta Pilati, de quibus superfluum est hic plura afferre post doctorum hominum b) diligentiam. Erant quidem illa commentarii, in quos res non quælibet sed eximiæ, magnæ, graves notatuque dignissimæ referebantur, & ad posterorum memoriam transmittebantur. Ac qui magni aliquid gessisset, is dictus est feciſſe quod dignum esset exire in acta, neque quicquam magis desiderabant & non factum querebantur qui res dignas memoria patrassent. *Fiant ista palam, cupiunt & in acta referri.* Præter hanc rationem aliam insuper inscriptionis causam reddit Chrysostomus T. 5. edit. Frontonis Ducæi p. 155. Διὰ τί οὐκ εἶπε θαύματα Ἀποστόλων κ. τ. λ. *Cur non dixit Miracula Apostolorum? Cur non inscripsit Signa Apostolorum, virtutes ac prodigia Apostolorum, sed tantum Acta Apostolorum? Non enim idem sunt acta & prodigia & virtutes, sed multum inter utraque discrimen est, - - - Actum ex utroque contexitur, ex nostra diligentia & ex gratia divina. Miraculum solam exhibet cœlestem gratiam, neque sudoribus nostris indiget. Actum est, probis moribus esse, castum, modestum, iræ imperare, cupiditates subigere, largiri eleemosynas, benignitatem exhibere, omnem virtutem exercere - - Miraculum est dæmones abigere, excœcatos oculos aperire &c. Majus quidem est miraculum, actio vero & conversatio res quidem est signis minor, sed utilior & fructuosior. - - Idcirco etiam beatus hic & generosus ac mirabilis Lucas ita librum inscripsit Acta Apostolorum, non miracula Apostolorum, tametsi fecerant & ipsi miracula. Verum illa quidem certo tempore facta sunt & præterierunt, hæc autem quovis tempore ab illis exhiberi opus est qui salutem sunt adepturi. Quando igitur non miracula, sed acta nobis æmulanda proponuntur Apostolorum, propterea librum sic inscripsit.* Neque tamen miracula etiam annotare prætermisit Lucas, quæ per Apostolos operatus est Domin⁹, postquam receptus in cœlos Spiritu Sancto eorum pectora replevit. Sed vix pauca attigit ex innumeris, quæq; sufficere putavit ad veritatem promissi à CHRISTO facti demonstrandam. Eorum præcipuũ est admirationeq; dignissimũ & cujus causa reliqua facta sunt omnia, incredibilis ille doctrinæ Evangelicæ mundo & carni adeo adversæ per ministerium hominum tam paucorum illiterato-

b) Ad Plinium, Sveton. &c.

ratorum atque imbellium, etiam inter hoſtes vafros & potentes progreſſus, factus ſola prædicationis efficacia, ſine vi, ſive faſcinantibus eloquentiæ ingenii vel fucatæ eruditionis præſtigiis, ſine honorum opumve exſpectatione. Hoc cum in Apollonio ſuo oſtendere non potuerit Philoſtratus, fruſtra ſane Hierocles impendit operam quo illum CHRISTO non inferiorem eſſe, imo præſtare oſtenderet, non iis tantum miraculis quæ de Chriſto memoriæ produnt Evangeliſtæ, ſed illis quoque quæ de Apoſtolis in Luca produntur, plerisque fere impudenter translatis in Apollonium, variisque ineptis & inanibus ex Damide ſimiliumque nugivendulorum grege adtextis, in quibus non erat profuſurus Apollonius ſuam facultatem res miras patrandi, ſiquidem habuiſſet, tantaque ut viſum Philoſtrato ſapientiæ magnitudine præditus fuiſſet.

Acta Lucæ rejecerunt olim præter *Cerinthum* de quo Philaſtrius hæreſi 36. *Ebionitæ* Epiphan. XXX. 16. *Tatianus* & *Severiani*, Euſeb. IV. 29. Hiſt. *Marcionitæ* Tertull. V. 2. contra Marcion. & *Manichæi*. Auguſtin. contra Adimantum c. 17. & de utilitate credendi c. 3. Et contra Epiſtolam fundamenti cap. 5. Ineptam Wolfgangi Lazii, Jo. Fabri & Materni Cholini dubitationem, qui ambiguos ſe hærere profeſſi ſunt utrum Lucas Acta ſua ex Abdia, an hic è Luca deſcripſerit, alibi, in prolegomenis ad Pſeudo Abdiam, exploſi. Quod vero Chryſoſtomus homil. I. in Acta queritur illa ætate multis librum hunc ignotiſſimum fuiſſe, potius mihi ſupinam ac privatam quorundam ſocordiam & torporem, quam publicam Eccleſiæ negligentiam caſtigare videtur. Πολλοῖς inquit, τοῦτο τὸ βιβλίον ἀδ' ὅτι ἔνι γνώριμόν ἐστιν, ὅτε αὐτὸ ὅτι ὁ γράψας αὐτὸ καὶ συνθείς. Idem certe Chryſoſtomus hom. LXVI. de diverſis locis N. T. teſtatur ſua ætate prælegi ſolita in Eccleſiis poſt Paſchatos feſtum. (T. 5. edit. Ducæi p. 842.) quod confirmat Euthalius à Clariſſ. Zacagnio editus p. 443. & Auguſtinus tractat. VI. in Joannem, c) præterea lex Theodoſii de Feſtis lib. XV. Cod. Theodoſ. tit. 5. lege 5. Recentium quoque Græcorum eundem morem obſervarunt Cangius, gloſſario Græco in παραπεσεῖν, & Lambecius lib. V. de Bibl. Vindob. p. 287.

De *altercatione Papiſci & Jaſonis* quam ab Ariſtone Pellæo ſcriptam ad Lucam veluti auctorem male retulit Clemens Alex. ſexto Hypotypoſeon, teſte Maximo ad Dionyſium de Myſtica Theol. c. 1. vide Gvil. Spenceri notas ad Origenem IV. contra Celſum p. 57. J. E. Grabii

c) Confer Sam. Baſnagii Annales 1. p. 805. & quæ ſcripſi in præf. ad partem poſteriorem Codicis Apocryphi N. T.

bii prolegom. ad Irenæum p. 15. & T. 2. ſpicilegii Patrum p. 127. ſeq. Guil. Cavei Hiſt. literariam S. E. ad A.C. 136. & Rev. Doctoris mei Tho. Ittigii diſſ. de Patribus Apoſtolicis p. 91. ſeq.

VI. S. JOANNES Zebedæi Bethſaidenſis piſcatoris & Salomes F. Jacobi frater ὁ μέγας ἰδιώτης ἀλλὰ τῷ ἀγράμματος d) ſed qui in JESU amore quo unice ſeſe effert e) abunde hauſit eruditionis divinæ ac cœleſtis, tantam quoque vim eloquendi divina, ut eſſet Boanerges quidam ſive tonitrui filius Marc. III. 17. Verſatus deinde major natu in Aſia, ἔνθα τὸ παλαιὸν ἐφιλοσόφουν οἱ τῆς Ἑλληνικῆς συμμορίας ἅπαντες f) EVANGELIUM Græce condidit Epheſi g) omnium poſtremus h) jam nonagenario major i) cum è Patmo reverſus eſſet poſt Domitiani necem quæ A. C. 96. contigit. Nam Syriace primum ſcriptum à Joanne, & græce deinde à Græcis ad fidem converſis vel à neſcio quibus aliis converſum eſſe, Salmaſii k) parum veriſimilis conjectura eſt, omni veterum conſenſu deſtituta, licet apud Epiphanium XXX. 6. & 12. mentio Evangelii Joannis Hebraice reperti à Joſepho Tiberienſi, ſed ἀπὸ Ἑλλάδος εἰς Ἑβραΐδα φωνὴν μεταληφθέντος. Ad Avtographum Græcum Joannis provocat Petrus Antiochenus apud auctorem Chronici Alex. p. 521. neſcio qua fide: at Chryſoſtomus homil 1. in Joann. p. 13. teſtatur Syros, Ægyptios, Indos, Perſas, Æthiopas & infinitas alias nationes uſas Evangelio Joannis in ſuam translato linguam. Imaginem Prochori ex Joannis dictantis ore Evangelium excipientis & Græce ſcriben-

d) Chryſoſt. 2. in Joann. p. 10. ex Act. IV. 13.

e) Jo. XIII. 23. XIX. 26. XX. 2. XXI. 7. 20. Grotius obſervat Petrum maxime fuiſſe Φιλόχριστον, Joannem Φιλιησῦν, ut Alexander de amicis ſuis dicebat Hephæſtionem eſſe Φιλαλέξανδρον, Craterum Φιλοβασιλέα. Diodor. Sic. XVII. 114. Plutarch. Alexandro p. 691.

f) Chryſoſt. loco laudato.

g) Irenæus III. 1. apud Euſeb. V. 8. Hiſt. & Epiphan. LI. 12. licet alii in Patmo ſcripſiſſe affirmant, Hippolytus, Dorotheus &c. Vide Sam. Basnage ad A. C. 97. n. 11.

h) Clemens Alex. in libris Hypotypoſ. apud Euſebium VI. 14. & III. 24. Hiſt. conſentiente Irenæo, Epiphanio LI. 19. & aliis veteribus.

i) Epiphan. T. I. p. 434. διὸ ὕστερον ἀναγκάζει τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸν Ἰωάννην παραστήμενον εὐαγγελίσασθαι δι' εὐλάβειαν καὶ ταπεινοφροσύνην, ἐπὶ τῇ γηραλέᾳ αὐτοῦ ἡλικίᾳ μετὰ ἔτη ἐνενήκοντα τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀπὸ τῆς Πάτμου ἐπάνοδον. Conf. Svidam in Ἰωάννης. Jo. Dallæum lib. 1. c. 16. de ſcriptis Dionyſii Areopag. & Stephanum le Moyne ad Varia ſacra p. 1020. ſeq.

k) Refellitur à Rich. Simone 1. Hiſt. Crit. N. T. p. 333. qui p. 41. ſeq. etiam Petri Antiocheni ad Joannis Avtographum provocantis fidem vocat in dubium.

tis refert è veteri Codice Lambecius II de Bibl. Vindob. p. 571. A Verſione Græca LXX. Interpretum quandoque diſceſſiſſe Joannem & Hebraicis verbis inſtitiſſe obſervat Euſebius in Pſalmos à præſtantiſſimo Montfaucono nuper editus p. 171. ὅτεν καὶ Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ὡς ἂν Ἑβραῖος ἐξ Ἑβραίων τὸν Σωτῆρα ὑπερισμὸν ἀλλὰ καὶ πέρναν (Jo. XIII. 18.) ὠνομακέναι ἐμνημόνευεν. Confer exempla plura apud Chriſtianum Schotanum de auctoritate verſionis LXX. Interpretum p. 67. Julianus parabates apud Cyrillum X. p. 327. vitio vertit Joanni quod JESUM DEUM eſſe docuerit, aliis hoc Apoſtolis non auſis facere. τὸν Ἰησοῦν ὅτι Παῦλος ἐτόλμησεν εἰπεῖν Θεὸν, ὅτι Ματθαῖος, ὅτι Λουκᾶς, ὅτι Μάρκος, ἀλλ' ὁ χρηστὸς Ἰωάννης. Saltem in hoc acutius vidit Julianus Socinianis, quod JESUM à Joanne DEUM eſſe pronunciatum non negavit. Si voluiſſet aciem intendere, idem etiam ab aliis factum Apoſtolis intelligere potuiſſet. Quod vero Joannes JESU divinitatem diligentius ceteris expoſuit, ideo jampridem aquilæ inſigne & Theologi titulum tulit, unde & Evangelium ejus Θεολογίαν appellat Svidas in Ἰωάννης. Scilicet hanc fidem inculcavit *Joannes Domini diſcipulus, volens per Evangelii annunciationem auferre eum qui à Cerintho inſeminatus erat hominibus errorem, & multo prius ab his qui dicuntur Nicolaitæ, qui ſunt vulſio ejus quæ falſo cognominatur ſcientiæ* &c. ut locuples teſtis Irenæus III. 11. p. 218. Utrum voluerit ſimul Platonicas περὶ Θεοῦ λόγους argutationes, quales nuper ediderat Philo Judæus, emendare, doctiores judicent. Temporis rationem per Paſchata unâ reliquis videtur diſtinctius deſignaſſe. Tam ſublimis porro divinitatis JESU præco pauca ejus miracula 1) & in his duo tantùm apud reliquos memorata Evangeliſtas retulit: ſermones Domini velut in ſupplementum ceterorum Evangeliſtarum complures adnotavit. Nam ut Theodoro Mopſveſteno apud auctorem Catenæ traditum, Joannes laudata & confirmata trium qui ante ſe Evangelium ſcripſiſſent fide, ea quæ illi omiſiſſent pauca adjuncturum ſe ſpopondit. ὁ δὴ ἐπήνεσε μὲν τῆς ἀληθείας τοὺς γραφέας, ἔφησι δὲ βραχέα μὲν αὐτοῖς παραλελεῖφθαι καὶ τῶν μάλιστα ἀναγκαίων λεχθῆναι θαυμάτων τὰ διδασκαλικὰ ἅπαντα μικρῷ. Εἶτα καὶ δεῖν ἔφασκε τοὺς περὶ τῆς ἐν σαρκὶ παρουσίας τοῦ χριστοῦ λεγομένους, μηδὲ τοὺς περὶ τῆς θεότητος λόγους παραλιπεῖν, ἅτε μὴ δὲ χρόνῳ πεπαίνοντος τέτοις ἐντεθραμμένους τοῖς λόγοις τοὺς ἀνθρώπους τοῦτο μόνον αὐτὸν νομίζειν ὅπερ ἐφαίνετο. Ἐπὶ τούτοις παρακλήσεις τῶν ἀδελφῶν ἐγένετο, ταῦτα ἃ μάλιστα ἀναγκαῖα μὲν κεί-

νει

1) Nazianzenus de Joannis Evangelio: παῦρα δ' Ἰωάννης γράφεται ἱερῇ ἐνὶ βίβλῳ Θαύματα, ἀλλὰ λόγοι πολλοὶ χρυσοῦ λέγονται.

νει πρὸς διδασκαλίαν παραλελειμμένα ἢ ὁρᾷ τοῖς λοιποῖς, γράψαι μὴ ἀναγκάσης, ὃ δὴ καὶ πεποίηκε. Confer Topographiam Chriſtianam Coſmæ Indopleuſtæ Lib. V. p. 248. Si fides auctori Martyrii S. Timothei apud Photium cod. CCLIII. p. 762. Joannes etiam priorum trium Evangeliſtarum ſcripta recenſuit. τοὺς τόμους οἱ ἀνέγραφον διαφόροις γλώσσαις τὰ σωτήρια τοῦ Δεσπότου πάθη τε καὶ θαύματα καὶ διδάγματα, τούτους παρὰ τῶν κομιζόντων δεξάμενος. Ἰωάννης διέταξέ τε καὶ συνδιήρθρωσε, καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν τριῶν Εὐαγγελιστῶν τὸ ὄνομα ἐνηρμόσατο.

Evangelium Joannis rejecerunt præter *Cerinthianos*, *Ebionæos*, *Cerdonianos*, & *Marcionem* de quibus ſupra in Matthæo, *Theodotus* Byzantinus auctor Theodotianorum, de quo Epiphanius LIV. 1. tam *Alogi*, de quibus idem Epiphanius LI. 3. 18. 22. quanquam Ebionæos & Cerinthianos videtur per Alogos denotaſſe, nam LI 12. etiam nominetenus illos compellat: ποῦ παλαιόθε Κήρινθε καὶ Ἐβίων καὶ οἱ ἄλλοι; & Theodotum p. 462. διάστασμα ἐκ τῆς ἀλόγου αἱρέσεως appellat. Vide & Philaſtrium c. LX. Γνησιότητα & auctoritatem hujus Evangelii adverſus Alogos aſſeruit noviſſime, ut alios in præſenti omittam, Jo. Clericus V. C. commentario in prima Evangelii Joannis. At Grotium qui ad XX. 30. & XXI. 24. contendit caput ultimum Evangelii non ab ipſo Joanne ſed ab Eccleſia Epheſina additum eſſe, refellunt Calovius, Noldiusque ad Joannem, Elias du Pin T. 2. prolegom. Bibl. p. 44. Huetius demonſtratione Evangelica p. 35. ſeq. & Jo. Millius prolegom. in N. T. p. 29. qui tamen p. 30. locum Jo. V. 4. de angelo ad κολυμβήθραν deſcendente m) ex Evangelio ad Hebræos vel alio ejusmodi Apocrypho ſcripto inſertum eſſe, incerta prorſus ſuſpicione auguratur. Omitto ſuperſtitioſos Evangelii Joannis & primorum ejus verborum abuſus, de quibus Delrio diſquiſ. Mag. lib. I. c. IV. qu. 54 & iib. VI. c. II. ſect. 3. p. 1021. Quanquam neque aliis Evangeliis pepercit maleferiata hominum περιεργία, ut ſortes n) ex iis lectæ, & ſuſpenſione illorum vel lectione ſiſti incendia & vis averruncari exiſtimata morborum, furumque & aliorum maleficorum crimina prodi poſſe credita, ſatis demonſtrant. Nec

m) In variis quidem antiquis ille codicibus deſideratur. Vide Bernardi Lamy Concordiam Evangel Tom. 1 p. 656. ſeq. & Rich. Simonis diſſ. de MSS N. T. p. 9 Non tamen certum hoc argumentum ſtatim θεῖας, quia veteres quidam Chriſtiani quandoque nonnulla è metu præpoſtero ſcandali in Codicibus quos publice legebant omiſerunt. Videſi placet quæ de loco Joh. VIII. 1. ſeq. ubi de adultera ſermo, diſſerui in Codice Apocrypho N. T. p. 357. ſeq.

n) Ant. Van Dalen de Oraculis p. 315. ſeq. edit. 2. Obſ. Hallenſes IV. 13.

minor cultus Evangeliorum codicibus exhibitus o) qui litteris descripti aureis & argenteis, ornati gemmis, in loco editiori & in tribunalibus repositi, prælati in supplicationibus, in processionibus sollennibus: lecti à Regibus publice, posita tantisper Regis veste ac persona, suspensi de collo, p) adoratione q) deosculatione r) & obsignatione honorati, per eos juratum s) & innocentiæ fides facta, illis ostensis depositæ inimicitiæ, t) ordinandorum impositi capitibus, u) à stantibus cum prælegerentur auditi, & quod in Polonia jussu Micislai Regis factum, strictis velut in defensionis tesseram equitum auscultantium gladiis. Utinam vero à multis genuinum illud atque unicum cultus genus neglectum haud fuerit, quod CHRISTO auctore jubet facere pœnitentiam & credere Evangelio Matth. I. 15.

VII. Præter Evangelium habemus etiam ejusdem Joannis EPISTOLAS *tres*, licet nomen suum iis Joannem præfixisse negat Dionysius Alex. apud Euseb. VII. 25. Hist. De harum *prima* qua nulla ardentior est ad commendendã charitatem, nemo dubitavit quin Apostoli esset, exceptis hæreticis quibusdam à quibus Evangelium quoq; respui jam dixi, vel qui omnes Epistolas Catholicas, ut Marcion, rejecerunt. Eusebius III. 24. Hist. *τῶν δ' Ἰωάννε συγγραμμάτων πρὸς τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ ἡ πρώτη τῶν Ἐπιστολῶν μόνη πού τι τοῖς νῦν καὶ τοῖς ἔτ' ἀρχαίοις ἀναμφίλεκτος ὡμολόγηται.* Dionysius Alex. apud eundem VII. 25. p. 275. *σωάδουσι μὲν δὴ ἀλλήλοις τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἡ Ἐπιστολή, ὁμοίως τι ἄρχονται.* Chrysostomus homilia in Matth. XXI. 23. edita à Cotelerio III. monument. Eccles. Græcæ p. 148. *αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ κήρυξ ὁ ταῦτα κηρύξας* (Jo. XVII. 3.) *αὐτὸς ἐν τῇ Ἐπιστολῇ τῇ ἑαυτοῦ γράφων, τῶν δὲ ἐκκλησιαζομένων ἡ τῶν ἀποκρύφων μόνη ἡ πρώτη Ἐπιστολή. Τὴν δὲ δευτέραν καὶ τρίτην οἱ πατέρες ἀποκανονίζουσιν, τὴν μέντοι πρώτην Ἐπιστολὴν ἅπαντες εἶναι Ἰωάννε συμφώνως ἀπεφήναντο.* Augustinus tractatu VII. in hanc Epist. *Si nos diceremus, DEus dilectio est, scandalizaretur aliquis ex vobis, & diceret, quid dixit? -- Nunc ecce habetis, fratres, Scripturas DEi, Canonica est ista Epistola, per omnes gentes recitatur, orbis terræ auctoritate tenetur, orbem terrarum ipsa ædificavit. Audis hic ab Spiritu DEi,*

o) Vide Jo. Ciampinum part. 1. Vett. monument. Musiv. cap. XVI. & Rev. Jo. Andreæ Schmidii trigam diss. Historico Theol. 3 de cultu Evangeliorum, Jenæ 1692. 8.
p) Chrysost. & Hieron. ad Matth. XXIII. 5.
q) Rich. Simon Obs. Nov. in N. T. p. 121.
r) Pagi ad A. C. 825. n. 23.
s) Niceph. Gregoras XII. 5.
t) Socrates VII. 13. Hist. p. 351. A.
u) Jac. Goar ad Evcholog. p. 312.

DEI, DEUS dilectio eſt. Jam ſi audes, fac contra DEUM, & noli diligere fratrem tuum. Ne Sociniani quidem quod ſciam aliud profiteri auſi ſunt, quanquam illis hoc à Menochio & Cornelio à Lapide impingitur. Joannem ἐν τῇ μείζονι Ἐπιστολῇ laudat Clemens Alex. 2. Strom. p. 389. agnoſcens adeo alias quoque ejus Epiſtolas breviores, neque peculiarem titulum ad quos exarata fuerit ſciens producere, quem Poſſidius in Indiculo ſcriptorum Auguſtini & Auguſtinus II. 39. quæſt. Evangel. & pſeudoHyginus Epiſt. 1. p. 190. habent, *Epiſtolam Joannis ad Parthos.* x) i. e. inquit Grotius, *ad Judæos* y) *Chriſtum profeſſos, qui non ſub Romanorum ſed ſub Parthorum vivebant imperio in locis trans Euphratem, ubi ingens erat Judæorum multitudo, ut Nearda, Niſibi, & in aliis in locis.* Saltem veriſimilius hoc eſt quam quod Lightfootus Hor. Talmud. in 1. Cor. I. 14. eam à Joanne ſuſpicatus eſt ad *Corinthios* directam eſſe, quod nemo veterum ſcripſit. De tempore nihil certi reperi annotatum, niſi quod conjectura plerorumque eſt ab ætate provecto ſcriptam eſſe & Docetarum z) errores in illa perſtringi. Locum celeberrimum V. 7. de tribus in cœlo teſtibus a) quem vel interpolare quosdam vel tollere auſos Codicum varietas demonſtrat, tanto minus mirabimur, quod Socrates etiam VII. 32. Hiſt. de loco altero b) IV. 3. hujus Epiſtolæ diſſerens notat, quod οἱ πάλαι ἑρμηνεῖς αὐτὸ τοῦτο ἐπεσημήναντο, ὡς τινες εἶεν βαδιουργήσαντες τῷ θεσπεσίῳ λόγῳ, λύειν ἀπὸ τῆς Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον θέλοντες. Et Beda ad 1. Joann. IV. 3. *Intantum namque ex Deo non ſunt, ut quidam eorum qui pravo dogmate ſeparare volebant ab hominis diſpenſatione divinitatem CHRISTI, hunc quoque verſiculum ex hac Epiſtola eraſerint, ne ſcilicet per auctoritatem B. Joannis convinceretur error eorum.*

Epiſtola ſecunda ſcripta eſt ad quandam Babyloniam, *Electam* nomine, ut legas in adumbrationibus ad hanc Epiſtolam quæ feruntur ſub nomine Clementis Alexandrini. Nomen enim proprium fœminæ eſſe Electam, recte obſervarunt viri doctiſſimi, c) perinde ut ἔκλεκτος

x) Vide Franciſcum Combefis T. 1. auctar. noviſſ. Bibl. Patrum p. 483.

y) Confer Jo. Braunii V. C. librum I. ſelect. ſacrorum c. 14.

z) Petav. lib. 1. de incarnat. c. 4.

a) Hujus loci vindicias ſingulari libro nuper edidit Rev. Frid. Erneſtus Ketnerus Lipſ. 1696. 4. Ad eundem locum vide & mirare induſtriam clariſſimi Millii.

b) Ad hunc locum conferendus Rev Tho. Ittigius c. X. de hæreſiarchis pag. 181. ſeq. & Rich. Simon 1. Hiſt. Critic. p 357.

c) Grotius ad Epiſt 2. Joannis & Colomeſius p. 62. Obſ. Sacr. Quanquam alii nomen proprium ſupprimi exiſtimant, atque ἐκλεκτὴν vocari hanc quocunque alioqui nomi-

τος viri nomen est apud Herodian. lib. I. & Jo. Tzetzan Chil. VI. hist. 55. Eandem Joannes Κυρίαν vocat, quemadmodum latini fœminas honestas vocabant *dominas* sive *domnas*, & Nazianzenus Epist. IV. Κυρίᾳ τῇ μητρί. d) Hanc Epistolam diserte Joanni Domini discipulo tribuit Irenæus lib. 1. c. 13. & lib. 3. c. 18. Allegant Tertullianus, Cyprianus &c.

Epistola tertia ad *Cajum* e) quem Joannes ἀγαπητὸν vocat, & Beda, pseudoDexter atque alii eundem putant esse cum illo de quo Rom. XVI. 23. & 1. Cor I. 14. aut qui in Actis XIX. 29. XX. 4. Quanquam vero v. 4. τέκνον à Joanne appellatur, non necesse est ideo à Joanne fuisse è gentibus conversum. Quod si fuisset, ejus quoque in jam dictis locis mentio fieri potuit, haud obstante ætate, quæ de his pariter Epistolis haud est explorata, utut Epheso scriptas & post primam plerique existimant. Ex hac prolaturus nonnihil Hieronymus Epist. LXXXV. *Clangat*, inquit, *tuba Evangelica*, *filius tonitru*, *quem JEsus annotavit plurimum*, Presbyter Electæ Dominæ. *Et in alia Epistola:* Presbyter Cajo charissimo. Quare omisso Apostoli titulo Presbyterum se appellet Joannes, ad secundæ Epistolæ initium multis disputatum est ab Oecumenio.

Hanc utramque Epistolam Joanni Evangelistæ vindicat nectarei similitudo sermonis, & jampridem adscribunt Canones Apostolis tributi, Canones Laodiceni & Carthag. Chrysostomus teste etiam Svida in Ἰωάννης, Athanasius junior in synopsi, & qui in eas scripsere Beda & Oecumenius & alii juniores infiniti, ex quibus Anonymus f) quidam Græcus, cujus hi sunt versus:

Ἐπιστολὴν Ἰακώβου μίαν καλεῖ,
Διττὰς ὁ Πέτρου ταύτας ὑφαίνει πάλιν,
Ὁ Θεολόγου βροντᾶ τρεῖς Ἰωάννης,
Καὶ μίαν Ἰούδας σωτήρησιν ἰδίας,
Ἑπτὰ πλάσι Καθολικαὶ σύμπασαι.
Θεολογικὴ δ' Ἀποκάλυψις πάλιν
Σφραγὶς πέφυκε τῆς δὲ τῆς βιβλου πάσης.

Dubius

nomine fœminam, uti Rufus ἐκλεκτὸς ἐν Κυρίῳ Rom. XVI. 13. Ita Christophorus Henricus Ritmeier in diatriba de Electa Domina. Helmst. 1706. 4.

d) Alia exempla vide apud Rittershus. ad Plin. lib X. Epist. & ad Salvian. p. 82. Zimmermannum p. 815. florileg. & Cotelerium ad Patres Apostolicos p. 75.

e) Confer Jo. Henr. Heideggeri Enchiridion Biblicum III. 27. & Jo. Braunii selecta sacra pag. 161.

f) Apud Allatium diss. 1. de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 48.

Dubius hæret Origenes apud Euſeb. VI. 27. Hiſt. p. 227. καταλέλοιπε ἡ καὶ δευτέραν μόνην ὁλίγων στίχων, ἔστω ἡ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην. Idem Euſebius III. 25. καὶ ἡ ὀνομαζομένη δευτέρα καὶ τρίτη Ἰωάννου, εἴτε τοῦ Εὐαγγελιστοῦ τυγχάνουσι εἴτε καὶ ἑτέρου ὁμωνύμου ἐκείνῳ. Illius ſcilicet Joannis presbyteri eadem ætate clari, de quo Papias apud Euſeb. III. 39. & Dionyſius Alex. apud eundem VII. 25. ubi & Joannis cognomento Marci mentio, quem à Joanne presbytero Epheſino g) diſtinguit, haud alienus alioqui ab eorum ſententia qui tres Epiſtolas Joanni Evangeliſtæ tribuunt. Hieronymus c. IX. de S. E. *Reliquæ autem duæ Epiſtolæ Joannis* h) *presbyteri aſſeruntur, cujus & hodie alterum ſepulchrum apud Epheſum oſtenditur.* Coſmas Indoplevſtes VII. p. 292. σιωπῶμεν ἡ ὅτι τὰς καθολικὰς ἀνέκαθεν ἡ ἐκκλησία ἀμφιβαλλομένας ἔχει, καὶ πάντες ἡ οἱ ὑπομνηματίσαντες τὰς θείας γραφὰς ὅτε εἰς αὐτῶν λόγον ἐποιήσατο τῶν καθολικῶν. Ἀλλὰ καὶ οἱ κανονίσαντες τῆς ἐκκλησίας βίβλους τῆς θείας γραφῆς, πάντες ὡς ἀμφιβόλους αὐτὰς ἔθηκαν. Λέγω δὴ Εἰρηναῖον ὁ Λουγδούνων ἐπίσκοπον, ἀνὴρ ἀποστολικὸς καὶ λαμπρὸς βίου, μετ' ὀλίγον τῶν Ἀποστόλων γενόμενον. Καὶ Εὐσέβιον ὁ Παμφίλου, καὶ Ἀθανάσιον ὁ Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον, καὶ Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον γενόμενον ἐν Ἰκονίῳ, φίλον καὶ κοινωνικὸν ἐν μακαρίᾳ Βασιλείᾳ, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς πρὸς Σέλευκον αὐτῷ γραφεῖσιν ἰάμβοις ἀμφιβαλλομένους αὐτὰς ἐξεῖπεν. Ὁμοίως καὶ Σευηριανὸς ὁ Γαβάλων εἰς τὸν καθ' Ἰουδαίων λόγον αὐτὰς ἀπεκήρυξεν. Οὐ γὰρ τῶν Ἀποστόλων φασὶν αὐτὰς οἱ παλαιοὶ, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν πρεσβυτέρων ἀφελεστέρων. Ὅθεν ὁ Παμφίλου εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν αὐτοῦ ἱστορίαν λέγει, ὅτι ἐν Ἐφέσῳ δύο μνήματά εἰσιν, ἓν Ἰωάννου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, καὶ ἓν ἑτέρου Ἰωάννου πρεσβυτέρου τοῦ γράψαντος τὰς δύο Ἐπιστολὰς τῶν καθολικῶν, τὴν δευτέραν καὶ τὴν τρίτην. - - - Εἰ μὴ γὰρ τὴν πρώτην Πέτρου καὶ τὴν πρώτην Ἰωάννου ὁ λέγει αὐτὰς καὶ Εἰρηναῖος εἶναι τῶν Ἀποστόλων, ἕτεροι ἦσαν ἅτε αὐτὰς λέγουσιν εἶναι τῶν Ἀποστόλων ἀλλὰ τῶν πρεσβυτέρων. Πρώτην γὰρ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην Ἰωάννου γέγραπται, ὡς δῆλον ἐνὸς προσώπου εἶναι τὰς τρεῖς. Ἕτεροι ἦ καὶ τὴν Ἰακώβου σὺν ταῖς δυσὶ ταύταις δέχονται. Ἕτεροι ἦ πάσας δέχονται. Παρὰ Σύροις ἦ εἰ μὴ αἱ τρεῖς μοναὶ αἱ προγεγραμμέναι οὐχ εὑρίσκονται, λέγω δὴ Ἰακώβου, Πέτρου καὶ Ἰωάννου. Sane in antiquis Codicibus & primis editionibus verſionis Syriacæ N. T. Epiſtola ſecunda & tertia Joannis & poſterior Petri, & Judæ illa etiamnum deſideratur.

VIII. Denique exſtat inter libros ſacros, ejusdem Joannis

g) Non diſtinguendum eſſe ſuſpicatur Clariſſ. Dodwellus ad Irenæum p. 10.
h) Probata hæc ſententia etiam Bucero, Grotio & paucis quibusdam aliis.

Digitized by Google

Evangeliſtæ, ita enim perſuaſi ſumus, APOCALYPSIS, i) quam poſtquam Romæ in oleum igneum demerſus nihil paſſus k) atque inde in inſulam relegatus eſt in exſilio l) in inſula Ægæi maris Patmo m) vidiſſe ſe, & ad ſeptem Aſiæ Eccleſias n) ſcripſiſſe auctor ipſe teſtatur. De tempore diverſa tradunt veteres. Nam Epiphanius LI. 33. ſub Claudio (Nerone) hoc factum affirmat, ut adeo ante everſum templum Hieroſolymitanum o) ſcriptus liber ſit, quod ſvadent quoque loca Apoc. VI. 16. XI. 1. &c. Etiam apud Hieronymum 1. in Jovinianum legebatur, *quod à Nerone miſſus in ferventis olei dolium*, antequam Marianus Victorius pro *à Nerone* ſcriberet *Romæ*. Et in recentiore verſione Syriaca adſcriptum exſtat: *Revelatio quæ facta fuit Joanni Evangeliſtæ in Inſula Patmo, cum in illam injectus fuiſſet à Nerone* p) *Cæſare*. Sed plerosque movit Irenæi auctoritas qui V. 30. de Apocalypſi verba faciens, *neque enim*, inquit, *ante multum temporis viſum eſt, ſed pene ſub noſtro ſeculo, ad finem Domitiani Imperii*. Quæ verba laudant Euſebius III. 18. & V. 8. Hiſt. Maximus in Dionyſii Epiſt. X. Nicephorus & alii. Hieronymus de S. E. c. X. *Quartodecimo anno ſecundam poſt Neronem perſecutionem movente Domitiano Joannes in Patmos inſulam relegatus ſcripſit Apocalypſin*. Eandem ſententiam ſecutus quoque fuerat Euſebius in Chronico, cui ſuffragantur Arethas, Syncellus

i) De Vocabulo ἀποκαλύψεως & duodecim Apocalypſibus Apocryphis vide ſi placet quæ ſcripſi in Codice Apocrypho N. T. p. 935. ſeq.

k) Tertull. de præſcript. c. 36. atque ex eo Hieron. lib. 1. contra Jovinian. c. 14. Pſeudo Prochorus, Pſeudo Abdias &c.

l) Maimonidem & alios Judæos qui negant Prophetiam locum habere in exſule, confutat Jo. d'Eſpagne in examine XVII. pronunciatorum Judaicorum p. 12. ſeq.

m) Apoc. I. 9. Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ καὶ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ex hoc loco non certo conſtat ſcriptam etiam Apocalypſin in Patmo, quod tradit Abdias & Dorotheus. Imo non amplius in illa fuiſſe cum ſcriberet Joannes, conjicias è verbo ἐγενόμην. Epheſi forte ſcripſerit.

n) Confer Chriſtoph. Cellarii ζ μακαρίαν Exercitationem de ſeptem Eccleſiis Aſiæ & exſilio Joannis Apoſtoli. Halæ Magdeburg. 1701. Et de præſenti ſtatu ſeptem illarum Eccleſiarum librum ſingularem Thomæ Smithi, V. C.

o) Hæc ſententia probatur Hentenio præf. ad Aretham in Apoc. Hugoni Grotio ad Apocalypſ. I. 9. & de AntiChriſto, T. 3. Opp. p. 492. 499. Hammondo, Peganio ad Apocalypſin p. 40. Lightfooto T. 1. Opp. p. 799. T. 2. p. 118. ſeq. & 563 Joanni Lomeiero dier. genial. decade 2. diſſ. 3. & Hermanno ab Hardt V. C. conjectura de millenario.

p) Confer Stephani le Moyne notas ad Varia Sacra p. 1019.

lus & omnis fere turba Chronologorum, ut pſeudo Abdiam V. 2. & Martyrologiorum ac Menæorum ſcriptores prætream. Pro eadem ſententia diſputat Blondellus II. 2 - 4. de Sibyllis, & Apocalypſeos interpretes plerique, etiam noviſſime Boſſvetus p. 9. ſeq. ſed & Sam. Basnage ad A. C. XCVI. 12. Juſſus eſt ſcribere Joannes quæ vidit præſentia & futura & brevi futura. γράψον ἃ εἶδες, καὶ ἃ εἰσι, καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα. Apoc. I. 19. ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς. I. 3. & XXII. 10. Plenum ſenſum horum vaticiniorum vix quisquam perſpexit, licet innumerabiles illum videre ſibi viſi ſunt, qui ſe mutuo refellunt. Recte Cajetanus: *exponat cui Deus dederit.* De Calvino Scaliger: *ſapit, quod in Apocalyſin non ſcripſit.* At vero *qui obſcuritatem Apocalypſeos Joannea contra auctoritatem Scripturæ objicit, idem agit ac ſi quis quadraturam circuli objiceret vertitudini Mathematicæ*, ut ait Stillingfleetus in Epiſtola ad Deiſtam. Joanni Evangeliſtæ Apocalypſin tanquam auctori conſtanter tribuunt, atque adeo divinam ejus auctoritatem amplectuntur non modo Tertullianus, Cyprianus & latinæ Eccleſiæ doctores univerſi teſte Hieronymo: ſed & Græci antiquiſſimi, Juſtinus Martyr, q) Irenæus, Origenes & qui commentariis illuſtrarunt Arethas & Andreas aliique quam plurimi. Vide Sam. Baſnagium T. 1. Annal. p. 811. ſeq. Jac. Baſnagium T. 1. Hiſt. Eccleſ. Gallicæ editæ lib. VIII. c. 7. p. 435. 436. Bezam, Grotium & Calovium ad Apocalypſin, Baronium ad A. C. 97. Rich. Simonis Hiſt. Criticam N. T. D. Jo. Henr. Majum in ejus examine cap. XIX. & Rev. Guſtavum Schrœterum in aſſerta Canonica auctoritate Apocalypſeos, Roſtoch. 1697. 4.

Libri hujus auctorem eſſe *Cerinthum* hæreticum, præſcripto Joannis nomine auctoritatem commentis ſuis mutuari conantem, veteres quidam crediderunt non modo hæretici *Alogi* r) ſed & Catholici

T 2

q) Juſtinum & Irenæum etiam Apocalypſin interpretatum eſſe, ſive commentario illuſtraſſe, ſcribit Hieronymus. Sed videtur Euſebii verba male accepiſſe, ut probe obſervavit Huetius p. 38. demonſtrat. Evangel. & Clariſſ. W. E. Tentzelius in florum ſparſione ad Hieron. de S. E. p. 52. Nicephorus quidem IV. 6. Hiſt. aperte reſpicit locum Juſtini in dialog. cum Tryphon. p. 308. In latereulo marmoreo ſcriptorum Hippolyti Portuenſis inter alia memoratur ὑπὲρ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου καὶ Ἀποκαλύψεως. Vide Scaligerum VII. de emendat. temp. p. 728. Andreas quoque Cæſareenſis teſtes γνησιότητα hujus libri laudat Papiam, Irenæum, Methodium, Cyrillum Alex. Gregorium Naz. Hippolytum.

r) Philaſtrius hæreſi LXIX. & Epiphanius LI. 3. T. 1. p. 424. qui Alogorum adverſus Apocalypſin objectiones refellit num. 32. ſeq. p. 454. ſeq.

Digitized by Google

lici s) Dionyſio Alexandrino antiquiores. Neque tamen adſentitur illis Dionyſius, ſed potius aliorum multorum è fratribus accedens ſententiæ, quos ait amplecti eam & magni facere, librum etiam haud intellectum ſibi veneratur, & arcanam quandam planeque admirabilem ſingularum rerum intelligentiam in eo latere exiſtimat. Ut autem Cerintho à quibusdam Apocalypſis Joannis tribueretur, factum eſſe videtur duplici de cauſa. Nam primum quidem in ea leguntur quædam quæ à Nepote apud Euſeb. VII. 24. Hiſt. & aliis nonnullis Judaizantibus tam craſſe explicabantur, ut Cerinthianis fabulis viderentur frigidam ſuffundere. Deinde Cerinthus & ipſe crepabat Apocalypſin in pleriſque eandem cum Joanne, ſed locis quibusdam à ſe interpolatam, quod colligo ex verbis t) Caji presbyteri apud Euſebium III. 28. Hiſt. & Theodoriti II. 3. hæret. fab. Hinc jam minus mirum eſt, quod Apocalypſin Joanneam non modo rejecerunt *Cerdoniani*, u) *Marcionitæ* x) & *Theodotiani*: y) Sed & inter Catholicos Sctiptores, Orientales z) præſertim, alii eandem in Catalogo ſcriptorum N. T. prætermiſerunt, ut fit in Canone Apoſtolico & Canone a) Laodiceno poſtremo, qui in Codice

s) Dionyſius Alex. apud Euſeb. VII. 25. τινὲς μὲν ὧν τῶν πρὸ ἡμῶν &c. Eundem Dionyſii locum ſed non integrum produxerat Euſebius III. 28. Hiſt.

t) Ea additis obſervationibus quibusdam deſcripſi in Codice Apocrypho N. T. p. 956. ſeq.

u) Tertull. de præſcript. c. LI. Epiphanius hæreſi XLI. p. 299 ſeq.

x) Tertull. IV. 5. contra Marcion. Epiphan. hæreſi XLII. p. 309.

y) Epiphan. hæreſi LIV. p. 462. ſeq. teſtatus Theodotianos eſſe ἀποσπασμα hæreſeos Alogorum, à quibus Apocalypſin rejici monuit præpter Epiphanium LI. 3. Auguſtinus & auctor prædeſtinati hæreſi XXX.

z) Hieronymus Epiſtola CXXIX. ad Dardanum: *Neque Græcorum quidem Eccleſia Apocalypſin Joannis eadem libertate* (nemine contradicente) *ſuſcipiunt*. Junilius Afer: *De Joannis Apocalypſi apud Orientales admodum dubitatur*. In Occidente etiam nonnullos fuiſſe qui eam non reciperent, colligas ex his Sulpicii Severi lib. 2. Hiſt. *Librum S. Apocalypſis, quæ à pleruque aut ſtulte aut impie non recipiuntur*. Concil. Toletan. IV. can. 16. A. C. 633. *Quia plurimi ſunt qui Apocalypſeos auctoritatem non recipiunt, eamque in Eccleſia Dei prædicare contemnunt, ſi quis eam deinceps aut non receperit, aut à Paſcha usque ad Pentecoſten miſſarum tempore in Eccleſia non prædicaverit, excommunicationis ſententiam habebit.*

a) Recte hoc factum, ad illum Canonem annotat Lucas Oſiander. In Arabica autem verſione ejusdem Canonis, obſervante Jo Gregorio, Apocalypſis Joannis N. T. memoratur. Quemadmodum etiam Nazianzenum aliis in locis Apocalypſin pro divina agnoſcere notavit Claudius Fraſſenius p. 753. ſeq. diſquiſitionum Biblicarum

dice Canonum Eccleſiæ univerſæ eſt CLXIII. à Cyrillo Hieroſol. Catecheſi IV. 22. Greg. Nazianzeno poëmate 33. de libris utriusque Teſt. T. 2. Opp. p. 98. Et in codicibus quibusdam Syriacis & Arabicis b) Novi fœderis. Alii inter Apocrypha retulere, ut illi de quibus Euſebius III. 24. & 25. Hiſt. & Amphilochius in carmine de Sacræ Scripturæ libris ad Seleucum, c) tum Gregorius Nyſſenus d) & auctor veteris Stichometriæ. e) Alii Joannem presbyterum, Virum Apoſtolicum ſuſpicati ſunt auctorem eſſe, ut Dionyſio Alex. f) apud Euſebium VII. 25. & Euſebius III. 39. Hiſt. Stylum quoq; carpit Dionyſius his verbis p. 267. Διαλέκτῳ μέντοι καὶ γλώσσαν οὐκ ἀκριβῶς ἑλληνίζουσαν αὐτὴ βλέπω, ἀλλ' ἰδιώμασι μὲν βαρβαρικοῖς (Hebraiſmis) χρώμενον, καί που καὶ g), σολοικίζοντα. Recentiores Eraſmum, D. Lutherum, Zvvinglium, Calvinum, Joſ. Scaligerum, Lucam Oſiandrum, Joh. Bodinum aliosque qui utrum Joannis Evangeliſtæ eſſet, aliquando ſubdubitarunt, prætereo.

IX. S. PAULUS qui & *Saulus*, h) Judæus de tribu Benjamin

b) Vide Jo. Gregorii præf. ad Obſervationes in quædam S. Scripturæ loca T. IX. Critic. ſacror. Angl.

c) Amphiloch. τὴν δ' Ἀποκάλυψιν τὴν Ἰωάννου πάλαι τινὲς μὲν ἐγκρίνουσιν, οἱ πλείους δέ γε πόθεν λέγουσι.

d) Homilia εἰς τὸν ἑαυτῆς χειροτονίαν T. 2. p. 44. Ἤκουσα τῆς Εὐαγγελίου Ἰωάννου ΕΝ ΑΠΟΡΡΗΤΟΙΣ πρὸς τοὺς τοιούτους δι' αἰνίγματος λέγοντος ὡς δεῖ ἀκριβῶς μὲν ζῆσαι τῷ πνεύματι, κατεψύχθαι δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ. ὄφελον γὰρ ἤδη, φησί, ψυχρὸς ἢ ζεστός. Apoc. III. 15. Videndum tamen an in hoc Nyſſeni loco Ἀπόκρυφα ſint, quod vult Heinſius, *ab Eccleſiis non recepta*, num potius *arcana viſiones*, uti pſeudoDionyſio c. 3. de Eccleſ. Hierarchia Apocalypſis vocatur κρυφία καὶ μυστικὴ ἐποψία ἧς τῶν μαθητῶν ἀγαπητῷ καὶ θεσπεσίᾳ. Ita certe Nyſſeni locum intellexit Svicerus T. 1. theſauri p. 446. Sic Commodianus Inſtruct. XLIII. 17. *Operta Joannis*, ex Rigaltii emendatione. Eodem ſenſu Juvenalis dixit *arcanum volumen Moyſis* XIV. 102. Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία apud Heſychium Illuſtrem in Pherecyde. Vet. gloſſ. *opertum*, ἀπόκρυφον. Tertullianus c. 3. de pallio referens quædam de protoplaſtis è Geneſi, *ſed arcana iſta*, inquit, *nec omnium noſſe*.

e) In quibusdam Codicibus στιχομετρίας poſt verba καὶ ὅσα τῆς νέας εἰσὶν ἀπόκρυφα, ſequitur: Ἀποκάλυψις Ἰωάννου στίχων ασ.

f) Rationes hujus refellit Elias du Pin T. 2. prolegom. Bibl. p. 68. 69. & Jo. Lightfootus Opp. poſthum. p. 145.

g) Confer Balthaſ. Stolbergium de ſoloecismis & barbariſmis N. T. dictioni falſo tributis p. 10.

h) Saulus nomen mali ominis, non tantum propter Regem impium hoc nomine, ſed & propter ſignificationem. Nam ut in ſcholiis ad Veſpas Ariſtophanis p. 353. legas, σαῦλον καλεῖται τὸ φαῦλον καὶ διερρυπός. Itaque è Saulo Paulum factum affirmant veteres, ut Auguſtinus, Alcuinus, Bernardus, Petrus Bleſenſis. Vide Novarinum

min ex opido Judææ Giſchalis fuit, i) quo à Romanis capto, cum parentibus ſuis qui jus ſibi civitatis Romanæ comparaverant k) Tarſum Ciliciæ commigravit: ab his ob ſtudia legis miſſus Hieroſolymam, à Gamaliele l) viro doctiſſimo eruditus eſt. Etiam ex more Judæorum qui cum ſtudio legis opificium aliquod conjungere m) ſolebant, ſimul tentoria n) in uſum militarem è pellibus conficere didicerat, unde σκηνοποιὸν vocat Lucas, nonnulli veteres σκυτοτόμον. E perſecutore adſcitus inter Apoſtolos, ſed extra numerum illorum duodecim, qui CHRISTO in terris verſanti adfuerant, à Domino tamen ipſo, non ab hominibus neque per homines o) cooptatus, nulli jure cedebat Apoſtolorum, omnib⁹ plura etiam tuliſſe & majora laboraſſe profeſſus p) atq; ita Apoſtolus gentium, q) ut inter Judæos quoq; longe maximum numerum CHRISTO fuerit lucratus, ut vel ſcripta ejus teſtantur. De vita ejus præter Lucam in Actis Apoſtolorum ejusque interpretes, videndi ſunt ſcriptores ſed longe minore fide digni qui *vitas Apoſtolorum* ſuccincto ſtylo ſcripſerunt, *Græce* quidem Sophronius Hieronymi interpres: Dorotheus à Caveo in Hiſtoria litteraria Script. Eccleſ. ad A. C. 303. & à Cannum in limine adagior. Eccleſiaſticor. & Sannazarium ad Damaſi carmen, 1. Pauli nomen à proconſule Cypri Paulo ad CHRISTI fidem converſo tuliſſe ſcribit Hieron. Sed vide Spanhem. T. 2. Opp. p. 327. Auguſtinus ſerm. 25. de Sanctis; *qui fecit ex Saulo Paulum, fecit ex Simone Petrum.*

i) Hieron. de S. E. c. 15.

k) Schol. Græc. ad Act. XXII. 28. Vide etiam Illuſtris Ez. Spanhemii Orbem Romanum p. 140. ſeq edit. ſecundæ.

l) De hoc Gamaliele præter Pearſonium & alios interpretes Actorum & Vitæ Pauli ſcriptores adi J. G. Dorſchei ſemeſtre Tiburtio Dionyſianum p 237. ſeq. D. Carpzovium ad Schikardi jus Regium Hebr. p. 101. & 425. ſeq. Wagenſeilium in Sota p. 991. ſeq. & Caſp. Henr. Graunii hiſtoriam Gamalielis cognomine Senis Witeb. 1687. 4. Gamalielem ipſum deinde Chriſtianum & baptizatum fuiſſe refert Euſtratius apud Phot. Cod. 171.

m) Vide Grotium ad Matth. XIII. 55. Act. XVIII. 3. Ligtfooti Horas Talmud. ad Marci VI. 3. Buxtorfii Lex. Talmud. in אמנות, & Hottingerum nepotem ad Gemaram Chagigah, p. 122.

n) Coteler. ad Conſtitutt. Apoſtol. II. 63. Eraſmus & Stunica ad Act. XVIII. 3. Conr. Sam. Schurzfleiſch V. C. in diſſ. de Paulo σκηνοποιῷ, & in altera quam inſcripſit animadverſiones ad inſignioresCiliciæ antiquitates, ubi inter alia è Dione Chryſoſt. & Libanio obſervat magnum eorum numerum olim in Cilicia fuiſſe qui corio operarentur, quo ſpectant & udones Cilicii apud Martial. XIV. 114. Nam & hodie tapetia Tarſi confecta è Cicilia exportari, recentiores navigationum libri teſtantur. Etiam à ſcenofactoria dictiones petere Paulum obſervatum fuit, ut 2. Cor. V. 1. XII. 9.

o) Galat cap. I. v. 1. Act. IX. 5.

p) 2. Cor. XI. 23. q) Rom. XI. 13. 1. Tim. II. 7.

Digitized by Google

Cangio editus ad calcem Chronici Paſchalis p. 434. qui p. 437. etiam Græce & latine exhibet Anonymum de patria & Parentibus Apoſtolorum, Hippolytus à Combefiſio auctar. novi T. 2. ſive in Hiſtoria Monothelitarum p. 831. vulgatus, & eadem fere tradens Epiphanius in Codice Regis Chriſtianiſſimi ſignato IIMDCCCCLI. fol. 233. & anonymus cum Oecumenio in Epiſtolas Pauli pridem editus: *latine* Abdias, in Codice N. T. Apocrypho cum notis à me vulgat^{9}, & Abdiæ inſiſtens veſtigiis Ordericus Vitalis, tum pſeudoLinus de paſſione Petri & Pauli, Iſidorus Hiſp. ſive quisquis auctor de vita & morte ſanctorum utriusque Teſt. & auctor indiculi Apoſtolorum à Florentinio illuſtrati & cum Martyrologio Hieronymiano editi: ut omittam poëmatia de duodecim Apoſtolis, Venantii, Walafridi Strabi, &c. S. Damaſum carmine 1. in Paulū Apoſt. His accedunt Menæa & Acta Sanctor. 29. Junii. Tum Nicetas ap. Combefiſium T. 1. Auctar. noviſſ. Euthalius in prologo ad Epiſtolas Pauli Græce ſcripto, & partem in Complutenſibus & ab Eraſmo, Rob. Stephano, Chriſtoph. Pelargo, & cum Oecumenii commentariis, ſed integre in Novo Teſt. edit. Bœclerianæ, & emendatius denique cum latina verſione vulgato in collectaneis monumentorum veterum doctiſſimi & humaniſſimi Laur. Alexandrini Zacagnii. Inter recentiores celebrandus inprimis Jo. Pearſonius in Annalib^{9} Paulinis & Annalium ſcriptores Baronius, Jac. Capell^{9} ac Sam. Baſnage: tum Antonius Godellus, Claudius Dausquejus, Barthol. Gavantus, Tho. Maſſutius & Joannes Brant in vita Paulli, Hermannus Witſius in meletematis Leidenſibus, Jan. Bircherodius in ſerie Chronolog. Actorum S. Petri & Pauli, Lud. Cappellus in Hiſtoria Apoſtolica illuſtrata, & qui vitas ceterorum quoque Apoſtolorum diligentiſſime ſcripſere Gvil. Caveus & Tillemontius: ut omittam Joachimum Perionium, Joach. Camerarium, G. Majorem aliosque, & Andream Wilckium in poſteriore parte ἐισαγωγαφίας, qua recentium Poëtarum carmina in Apoſtolos collecta exhibentur. His addere licebit forte V. C. Joannem Schedium, quem à plurib^{9} annis vitam Pauli molitū diſces ex Actis Erud. T. 1. ſupplementi p. 336. Sed miſſis hisce & quæ de itinere Paulino ſingulari diatriba non ita pridem cōmentatus eſt V. C. Chriſtoph. Cellari^{9}, tantum noto in præſenti me eorū ſequi rationes, qui Paulum r) converſum eſſe exiſtimant anno quarto ſive ultimo Caji, A. C XLII. & capite truncatū A. C. LXVIII. s) Neronis XIV. Intra iſtud temp^{9} ſcriptæ ab eo ſunt divinæ quas

r) Frid. Spanhem. in diſſ. de Converſionis Paulinæ Epocha T. 2. Opp. p 323.

s) Vide interim quæ disputat Pagi T. 1. Criticæ Baron. p. 51. ſeq ut probet Petrum ac Paulum morti addictos anno Neronis duodecimo, Nerva & Veſtino COSS.

quas Eccleſia jampridem legit *Epiſtolæ quatuordecim*, illo ut eſt credibile ordine quo ſub initium hujus capitis demonſtravi, licet in ſacro Bibliorum volumine t) neſcio quo auctore diſpoſitæ potius videntur (maximam certe partem) pro dignitate eorum ad quos ſcriptæ fuerunt. Nonnullis Epiſtolis præter Pauli nomen etiam *Timothei* vel *Softhenis* vel *Silvani* præfigitur. *Cur id?* Reſpondet Salvianus Epiſt. IV. *primum credo, ut ſimul agnoſcerentur qui ſimul ſcriberent. Deinde ut ii qui ſeparatim ab unoquoque eorum edocti fuerant, ſcirent omnium non diſcrepare ſententiam. Poſtremo, ut quos ſingulorum non movebat auctoritas, omnium ſaltem moveret aſſenſus.* Priori ad Corinthios quidem *Pauli & Softhenis*, Epiſtolis ad Philipppenſes, Coloſſenſes & Philemonem *Pauli & Timothei*, utriq; vero ad Theſſalonicenſes *Pauli, Silvani ac Timothei* præmittitur. Nec propterea de auctore Paulo dubitatum eſt, uti nec de Epiſtola Clementis ad Corinthios ſcripta ſub nomine Eccleſiæ Romanæ. Locuples inprimis teſtimonium Pauli Epiſtolis præbet Apoſtolus Petrus 2. III. 15. ſeq. ubi adjungit in illis u) quæ de adventu CHRISTI ad judicium Paul⁹ ſcripſit, eſſe δυσνόητα quædam, à levibus & imperitis hominib⁹ male accepta, atq; *ut ceteras* divinas *Scripturas* in perverſum & exitioſum ſenſum detorta. De rationibus vero quæ Epiſtolas hasce interpretibus difficiliores reddunt, expendi merentur quæ nuper è Jo. Lockii poſtumo libro qui inſcribitur *an eſſay for the underſtanding of St. Pauls Epiſtles by conſulting St. Paul himſelf*, notavit Joh. Clericus V.C. Tom. 13. Bibl. ſelectæ p. 38. ſeq. Hyperbata x) in iisdem Epiſtolis jam olim obſervavit Irenæus III. 7. & Tertull. c. 43. de reſurrect. Photius Epiſt. CLXIV. ἡ δὲ πολλὴ τις τοιούτῳ σχήματι ⟨illegible⟩ τῷ μεγάλῳ Παύλῳ ἡ ἑρμηνεία, ὥσπερ καὶ τῆς ἐλλείψεως καὶ τῶν περιβολῶν καὶ δὴ καὶ τοῦ ἀπὸ κοινοῦ, καὶ τῆς πάσης ἰδέας ἡ μεταχείρησις. Eloquentiam tamen Pauli multis merito celebrat Chryſoſtomus, tum alibi tum in homilis de ejus

t) Epiſtolas non magis quam Prophetas ad Pſalmos ordine Chronologico digeſtas in ſacris Codicibus exhiberi, recte obſervant Chryſoſt. & Theodoritus prolegom. in Epiſt. ad Rom. Sententiam vero Epiphanii qui T. 1. p. 350. videtur credidiſſe ordinem illum ab ipſo eſſe Apoſtolo Paulo, refellit Rich. Simon lib. I. Hiſt. Crit. N. T. p 158. ſeq.

u) ἐν οἷς legunt plerique Codices, licet nonnulli habent ἐν αἷς ut notant R. Steph. & Oxonienſes & in Alexandrino reperiſſe ſe Grotius teſtatur.

x) Hæc figura ab affectu vehementi proficiſcitur notante Longino c. 18. vide & Heſychium Hieroſol. à Cotelerio editum T. 3. monument. Eccleſ. Græcæ p 2. Marcellinus in vita & Theo p. 36 progymnaſm. etiam in Thucydide hyperbata frequentiora obſervant.

ejus laudibus, Photius Epiſt. CLXV. Hieronymus item, ne de aliis dicam, & Euſebius III. 24. Hiſt. eam vocans *πάντων ἐν ὡδαῖς δυνατώτατον λέγων νοήμασί τε ἱκανώτατον γεγονότα.* Quibus veterum teſtimoniis juvat ſubjungere hæc Buceri c. XII. prolegom. in Epiſt. ad Rom. *Ex Spiritu S. Apoſtolus ſcripſit, imo hæc ipſe omnia ſcripſit Paulo uſus tanquam organo. Nihil ergo hic fruſtra dicitur, nihil non rei congruens eoque appoſite. Sunt alicubi, ut videtur carni, anapodata, ſunt hyperbata, ſunt mioſes, tautologiæ, macrologiæ, pleonaſmi, ἀνοικονόμητα & alia quæ inter vitia orationis numerantur. At ſi tu probe conſideres ut ſoleant loqui ii qui vehementer ſunt affecti, maxime qui tractant divina: quid deceat Evangelium CHRISTI, & illo quidem tempore in quo omnia tractari debuerunt virtute CHRISTI, nullis humanis præſidiis* &c. Cum ſuas mitteret Paulus Epiſtolas, uſus eſt quandoque amanuenſi, qui vel ex dictantis exciperet ore, vel ex Avtographo illas deſcriberet, quibus ipſe deinde manu ſua aliquid ſubſcripſit. Amanuenſis ejusmodi fuit *Tertius* Rom. XVI. 22. *ἀσπάζομαι ὑμᾶς ἐγὼ Τέρτιος, ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν ἐν Κυρίῳ.* Subſcriptiones occurrunt 1. Cor. XVI. 21. *ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἤτω ἀνάθεμα Μαρὰν ἀθά.* 2. Theſſ. III. 17. *ὁ ἀσπασμὸς τῇ ἐμῇ χειρὶ Παύλου, ὅ ἐστι σημεῖον y) ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ, οὕτω γράφω.*

I. *Epiſtola ad Romanos* ſive ad Chriſtianos ex Judæis z) & gentibus Romæ verſantes, græce ſcripta eſt non latine, etſi Scholiaſtes Syrus notat ſcriptam eſſe *Romane* רומאית, quo vocabulo Græcam linguam ſignificari. Romæ tunc & in omni fere Romano imperio vulgatiſſimam, Seldenus ad Eutychium obſervavit. Igitur non magis fide dignum eſt quod Cornelius à Lapide *Tertium* Pauli amanuenſem ſuſpicatur Epiſtolam hanc latine verſam miſiſſe ad Romanos, quam quod à Melchiore Inchofero lib. V. hiſtor. ſacræ latinitatis cap. 6. traditur Paulus latine interdum & prædicaſſe & ſcripſiſſe. Epiſtola ad Romanos miſſa eſt è Corintho, cum nondum Romæ Apoſtolus fuiſſet, ut recte monet Euthalius p. 570. De anno in diverſa abeunt viri docti, aliis annum CHRISTI 52. a) vel 54. b) aliis annum 60. c) aſſignantibus. Ego eis ſubſcripſi qui mediam amplexi ſententiam, referunt eandem ad A. C. 58.

y) Velut nota impreſſa ſignumque. Vide Auſonium Tollii p. 670.
z) Vide Jo. Braunii ſelecta ſacra lib. I. cap. 2.
a) Lud. Cappellus in Hiſt. Apoſtol. illuſtrata.
b) Salmaſ. apparatu de primatu Papæ p. 46. H. Dodwell⁹ de jure Laicor. circa ſacra p. 232.
c) Ita D. Sandhagenius *ὁ μακαρίτης*.

Digitized by Google

2. *Prior ad Corinthios*, ſive eos qui è Judæis d) & gentibus Evangelio crediderant Corinthi & in tota Achaja. e) De hac Epiſtola Clemens vir Apoſtolicus in Epiſtola ad eosdem Corinthios ſcripta c. XLVII. ἀναλαβετε τὴν ἐπιστολὴν τοῦ μακαρίου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου. Τί πρῶτον ὑμῖν ἐν ἀρχῇ Εὐαγγελίου ἔγραψεν; ἐπ' ἀληθείας πνευματικῶς ἐπέστειλεν ὑμῖν περὶ αὐτοῦ τε καὶ Κηφᾶ καὶ Ἀπόλλω, διὰ τὸ καὶ τότε προσκλίσεις ὑμᾶς ποιεῖσθαι. Hanc Epheſo miſſam à Paulo cum jam Corinthios vidiſſet & docuiſſet, ſcribit Euthalius p. 589. Alii Philippis vel in itinere cum Epheſum tenderet ablegatum malunt, ut ſupra §. 1. dixi, ubi quoque de tempore quod miſſa videatur A. C. 57. quæ ſententia placuit etiam Eliæ du Pin T. 2. prolegom. Bibl. p. 48. ſeq. & ſcrutatori ſacrarum litterarum, quoad viveret, ſedulo D. Caſpari Hermanno Sandhagenio τῷ μακαρίτῃ.

Verba 1. Cor. V. 9. Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ reddenda eſſe: *ſcripſi vobis in hac Epiſtola*, neque aliam quandam Epiſtolam quam ante priorem ad Corinthios Paulus ſcripſerit, ſed hanc ipſam reſpicere oſtendi in Codice Apocrypho N. T. p. 919. Poſſunt etiam verba ἔγραψα ὑμῖν reddi, *ſcribo vobis*. Sic in Epiſtola Philippi ad Athenienſes apud Demoſthenem Orat. de Corona: γέγραφα ὑμῖν ἵνα μὴ πλεῖον ἐνοχλῆτε περὶ τούτων. *Scribo vobis ne amplius de his laboretis.* Epiſtola VIII. earum quæ Phalaridi tribuuntur: γέγραφά σοι συντόμως, *ſummatim tibi ſcribo.* Quod vero nullam Epiſtolam ad Corinthios Paulus ante hanc miſerit, declarat etiam ſignum & nota manus ſuæ, quam veluti antea incognitum Corinthiis in extremo Epiſtolæ adſcribit. Confer Grotium ad 2. Theſſ. III. 17.

3. *Poſterior ad Corinthios*, eodem ut videtur anno, menſibus aliquot interjectis ad eosdem ſcripta, licet B. D. Sandhagenius integrum interponat biennium. Miſſa è Philippis Macedoniæ, per Titum & Lucam, ut notant ἐπιστολαί. Euthalius p. 611. πάντως ἐπιστέλλει ἀπὸ Μακεδονίας. Confer Jo. Braunii ſelecta ſacra lib. I. cap. IV. & Gvil. Cave in vita Pauli ſect. V. num. 1.

Epi-

d) Confer Braunii V. C. ſelecta ſacra lib. I. c. 3. Coſmas Indopleuſtes VII. p. 279. πρὸς τοὺς ἐκ τῶν Ἑλλήνων πιστεύσαντας, λέγω δὲ Κορινθίους, ἀνθρώπους φιλολόγους ὄντας καὶ φιλοσόφους.

e) Jo. Fellus Epiſcopus Oxonienſis in limine notarum ad Epiſtolam priorem Clementis: *Epiſtola D. Pauli quæ ad Corinthios inſcribitur, omnibus totius Achajæ Eccleſiis teſte ipſo Apoſtolo mittebatur; nimirum* τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἀχαΐᾳ 2. Cor. 1. *Inſu-*

4. *Epiſtola ad Galatas* ſive Judæos f) & Gentiles ad CHRISTUM converſos in Gallogræcia g) quibus Evangelium prædicaverat circa A.C. LI. Argumentum Epiſtolæ eſt Galatas dehortari, ne jugo Legis Moſaicæ h) iterum collum animosque ſupponerent. Idem diſſuaſerat Romanis, ſed ad illos quos nondum præſens ipſe docuerat & ſcribit minus familiariter, & prolixius iis capita Chriſtianæ fidei exponit. Ad Galatas vero & brevius omnia, & tanquam Doctor ipſorum, ita ut nec à gravi increpatione ſibi temperet. Scripſiſſe hanc Epiſtolam adhuc Neophytum & in gratia rudem, adeoque inter primas, non dubitat affirmare Tertullianus lib. I. c. 20. contra Marcion. Prius ad Galatas quam ad Corinthios ſcripſiſſe & ſcripſiſſe Epheſo circa extremum Anni 56. vel initium 57, cum nonnullis viris doctis ſentit Elias du Pin T. 2. prolegom. Bibl. p. 49. ſeq. Sed longe ſerius ſcripſerit, ſi fides habenda veteri ſubſcriptioni & Euthalio p. 624. Codicibus idem Syriacis & Arabicis, qui etiam per Timotheum miſſam adjungunt. His adſentiens Salmaſius p. 19. Apparat. *Romæ erat*, inquit, *Paulus, cum Epiſtolam ad Galatas dedit.* Romam non venit ante annum 61. Non poſſum tamen improbare eorum ſententiam, qui non diu poſt Epiſtolam ad Romanos in itinere Hieroſolymam verſus A. C. 58. exaratam hanc Epiſtolam arbitrantur.

5. *Epiſtola ad Epheſios* Gentiles præcipue, i) tum etiam illis permixtos Judæos ad Evangelium converſos, qui tunc Epheſi atque in minore Aſia degebant, cum nondum eos Paulus vidiſſet, ut Euthalio notatum p. 633. ſeq. De eo quod hanc Epiſtolam Marcion inſcriptam legit *ad Laodicenſes*, vide ſi juvat disputata à me in Codice Apocrypho N. T. p. 858. & Jo. Millium prolegom. in N. T. Romæ ſcriptam in primis vinculis omnes fere conſentiunt, miſſamque per Tychicum. Jac. Uſſerius in diſſ. de Epiſtola ad Laodicenſes p. 301. *Eſt Epiſtola ad Coloſſenſes quaſi Epitome Epiſtolæ ad Epheſios, ut Epiſtola ad Epheſios Epiſtolæ ad Romanos.*

Inſuper collecta Hieroſolyma mittenda 1. *Cor. XVIII.* 1. *&* 2. *Cor. VII.* 9. *ad totam Achaiam pertinuit, quod conſtare poterit ex Rom. XV.* 26. 2. *Cor. IX.* 2. *Qui demum Corinthios irrigaſſe* (*Apollo*) 1. *Cor. III.* 6. *totam Achajam perluſtraſſe fertur, Act. XVIII.* 27.

f) Γαλατία Ἑλληνὶς hæc dicitur Themiſtio Orat. XXIII. p. 299. Mentio Γαλατῶν pro Gallogræcis in Callimachi hymno in Delum v. 184. ad quem locum conſules Illuſtris Ez. Spanhemii notas p. 439.

g) Hinc Tertullianus c. 14. de jejuniis *Galaticari* dixit de ſuperſtitioſa obſervatione Judaicarum cerimoniarum.

h) Braunius lib. I. ſelect. ſacr. cap. 5. i) id. cap. 6.

Eos vero qui ex Eph. III. argumentum prioris cujusdam ad Epheſios ſcriptæ Epiſtolæ petere inſtituunt, confutavi in Cod. Apocr. N. T. p. 915. ſeq.

6. *Epiſtola ad Philippenſes* k) ſive Judæos & gentiles Philippis in præcipua illa urbe & in tota Macedonia à Paulo, qui bis ibi præſens fuerat Act. XVI. 12. XX. 6. de Evangelio edoctos, miſſa ex urbe Roma non diu ante finem primæ ſuæ captivitatis, per Epaphroditum quem ab Epaphra de quo Coloſſ. I. 7. & IV. 12. male ut exiſtimo diſtinguit Fraſſenius disquiſit. Bibl. p. 707. Poſt annum Neronis quartum ſcriptam eſſe recte annotavit Blondellus libro de Epiſcopis p. 2.

7. *Epiſtola ad Coloſſenſes* Chriſtianos, qui in urbe erant Phrygiæ Pacatianæ Coloſſis. Scripta antequam eos vidiſſet Paulus, & transmiſſa ſtatim ut videtur poſt obſignatam ad Epheſios Epiſtolam. Vide Euthalium p. 648. Quoniam vicina erat Laodicea, igitur jubet hanc Epiſtolam etiam in Laodicenſium Eccleſia legi IV. 16. quemadmodum τὴν ἐκ Λαοδικείας ſive Laodicenſium Epiſtolam ad Paulum, quam ſuis videtur litteris adjunxiſſe, legi à Coloſſenſibus.

8. *Prior ad Theſſalonicenſes* ſcripta poſt eam quæ hodie poſterior legitur, ſi credimus Grotio de Antichriſto & in limine ad 1. Theſſ. & ad 2. Theſſ. III. 17. Quod vero 2. Theſſ. III. 15. provocat ad ea quæ edocti fuerint per Epiſtolam, poteſt id de illa ipſa accipi, vel certe de hac priore quam poſt ſcriptam eſſe minus certa conjectura Grotius contendit. De altero loco 2. Theſſ. II. 2. ubi falſam ſub Apoſtoli nomine ab impoſtoribus jactatam Epiſtolam memorari nonnulli exiſtimant, dixi in Codice Apocrypho N. T. p. 916. ſeq. Priorem ad Theſſalonicenſes Athenis miſſam eſſe à Paulo qui eos jam vidiſſet, notat Euthalius p. 656. Sed viri docti malunt ſcriptam eſſe Corinthi, eodem quo poſterior anno, ut ſi non prima hæc (quemadmodum Chryſoſtomo, Theodorito, Auſelmo aliisque perſuaſum) ſaltem ſecunda omnium Pauli quas habemus Epiſtolarum ſcripta fuerit etiam ex Grotii ſententia. Sed adver-

k) Qui plures Philippenſibus Epiſtolas à Paulo miſſas contendunt, nituntur loco Polycarpi Epiſt. c. 3. ὅς καὶ ἀπὼν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολάς. Sed certum eſt Ἐπιστολὰς etiam in plurali numero interdum de unica dici Epiſtola, ut demonſtravi in Codice Apocrypho N. T. p. 914. ſeq. Ita latini quoque ſcriptores ut Plinius XXXIII. 3. *M. Bruti in Philippicis campis Epiſtola reperiuntur frementes fibulas tribunitias ex auro geri.* Juſtinus XI. 12. *tertias Epiſtolas & per Epiſtolas Alexandrum deprecatur*: atque XI. 8. *accepto poculo Epiſtolas* (Parmenionis Epiſtolam ſuperiore die traditam) *Medico tradidit.*

adverſus illam vide quæ erudite disputat Sam. Basnagius ad A. C. LI. n. 74.

9. *Poſterior ad Theſſalonicenſes* ſcripta, non Romæ ut habet Euthalius p. 663. ſed Corinthi eodem A. C. 52. Claudii 12. Notant autem veteres Theophylactus aliique, Eccleſiæ Theſſalonicenſium hanc inſcriptam eſſe, licet pauci adhuc ibi eſſent qui fidem haberent Evangelio, Jaſon forte Judæus Silæ ſive Silvani ac Timothei cognatus, & nonnulli alii. Confer Braunium lib. I. c. 9. ſelect. ſacr.

10. *Prior ad Timotheum* l) Epheſi jam verſantem & multarum Eccleſiarum urbiumque totarum & gentium curam creditum ut notat Chryſoſtomus. Scripta eſt ſi Euthalio p. 686. & ſubſcriptionibus antiquis fides, ex Laodicea Phrygiæ Pacatianæ Metropoli. Sed viri docti malunt ex Philippis Macedoniæ, m) neque aſſentiuntur iis qui per Epiſtolam ἐκ Λαοδικείας Coloſſ. IV. 23. hanc ipſam intelligunt. Tempus autem ab Uſſerio n) & aliis non abſurde refertur ad A. C. LXV.

11. *Poſterior ad Timotheum* ſcripta Romæ ab Apoſtolo omnium ut videtur poſtrema, Romæ in vinculis ſcriptam eſſe omnes conſentiunt, at non in prioribus, ut Baronio ad A. C. 59. n. 10. ſeq. Lightfooto & aliis perſuaſum, ſed in poſterioribus, ut affirmant veteres ὑπογραφαὶ apud Zacagnium, tum Athanaſius, Euſebius, aliique; & ex loco 2. Tim. IV. 6. atque aliis argumentis colligit Sam. Basnage T. 1. Annal. p. 726.

Epiſtolas ad Timotheum à quibusdam hæreticis rejectas teſtatur Clemens 2. Strom. p. 383. De Marcionitis certe hoc conſtat è Tertulliano & Epiphanio, ne dicam de illis quos infra notabo omnes Pauli Epiſtolas repudiaſſe.

12. *Epiſtola ad Titum* o) quem in Creta ad Evangelium prædicandum & Eccleſias conſtituendas reliquerat, ſcripta non Nicopoli ut habent ὑπογραφαὶ, & ubi ſe hiematurum ſcribit (ἐκεῖ γὰρ κέκρικα παραχειμάσαι III. 12.) ſed vel Coloſſis, ut malunt viri docti, vel alio vicino loco. Tempus non longe remotum ab eo, quo ſcripta prior ad Timotheum.

l) De Timotheo vide Bollandum in Actis Sanctorum 24. Januar. & quæ in ejus vita Caveus, Tillemontius &c.

m) Salmaſ. p. 38. de primatu Papæ. Jo. Claudii opera poſthum. T. 1. p. 318.

n) Uſſerius T. 2. Annal. ad A. C. 65. Heideggeri Enchirid. Bibl. p. 920.

o) De Tito Vide Acta Sanctor. IV. Januar.

Epiſtolam ad Titum rejecit Marcion teſte Tertull. V. 21. & Hieronymo in commentar. atque Epiphanio, itaque apud Philaſtrium error eſt c. 45. ſcribentem de Marcione: *ſecundum Lucam autem Evangelium ſolum accipit, non Evangelia: nec Epiſtolas Pauli, niſi ad Timotheum & Titum.* At recte Auguſtinus IV. 16. de doctrina Chriſtiana, *Has*, inquit, *tres Apoſtolicas Epiſtolas ante oculos habere debet, cui eſt in Eccleſia doctoris perſona impoſita.*

13. *Epiſtola ad Philemonem* p) ſuum οἰκοδεσπότην, qui curam Coloſſenſis Eccleſiæ tum gerebat, ejusque uxorem q) Appiam ſcripta Romæ in prioribus vinculis circa A. C. 62. pro Oneſimo r) Philemonis fugitivo ſervo, ſed jam ad CHRISTI perducto ſacra & ad frugem reverſo. Subſcriptio hujus Epiſtolæ in MS. Cryptoferratenſi apud Zacagnium p. 708. πρὸς Φιλήμονα καὶ Ἀπφίαν θεοσεβεῖς Ὀνήσιμον καὶ πρὸς Ἄρχιππον διάκονον τῆς ἐν Κολοσσαῖς ἐκκλησίας ἐγράφη δὲ ἀπὸ Ῥώμης διὰ Ὀνήσιμον οἰκέτην. Mentio ejusdem Oneſimi Coloſſ. IV. 9. quem Epiſcopum Berrhœenſem vocat auctor Conſtitt. Apoſt. VII. 46. & ſub Domitiano paſſum tradunt Nicephorus & Menæa 15. Febr. Euthalius p. 707. Ἴστέον δὲ ὅτι ὁ Ὀνήσιμος καὶ μαρτυρίου ἠξιώθη ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει, Τερτύλλου δὲ τηνικαῦτα τοῦ ἐπάρχου ἐξουσίαν διέποντος, τῇ τῶν σκελῶν κλάσει τοῦ ξύλου ἀναιρεθείς καὶ μαρτυρίου. Sed alius omnino de quo in Ignatii ad Epheſios Epiſtola c. 1. Oneſimus Epheſi Epiſcopus, ut recte magno Pearſonio obſervatum in Vindic. Ignatii p. 379. Alium etiam Oneſimum Byzantii Epiſcopum memorant Nicephorus CPol. & Philippus Cyprius in Chronico Eccleſiæ Græcæ. Ceterum chirographum Pauli quod in hac Epiſtola v. 18. Philemoni pro Oneſimo liberaliter offertur, non obligationem conſtitutoriam, ſed veram ſolidamque continere expromiſſionem,

p) Philemonis memoriam celebrant Græci, & latinorum Martyrologia 23. Nov. Gazæ Epiſcopum fuiſſe tradit Pſeudo Dorotheus.

q) Vide Muratorium ad hæc Paulini Natali XIII. Felicis v. 64. *Appia qualis erat ſoror illa Philemonis olim.*

r) Oneſimus ſervi nomen etiam apud Sveton. Galba c. 13. è Mureti emendatione XV, 11. Var. lect & Oneſimus Plutarchi ſervus apud Galen de optimo docendi genere. Plures in antiquis inſcriptionibus apud Gruterum p. 900, 13. 987, 8. &c. & Sponium p. 73. Miſc. Sic Oneſiphorus l. 59. D. de Manumiſſis teſtamento & *Urſilius* apud Capitolinum in Marco c. 29 *Chreſimus* libertus Auguſti apad Gruterum p. 485, 2 *Urſilia* & χρεσὴ vel χρησίμη, nomina ancillarum. Vide Menagii c. 31. amœnitatum Juris, & Val. Chimentellum de honore biſellii cap. 8. Ad nomen Oneſimi vero quod *utilem* ſonat, alludit Apoſtolus v. 10. τὸν ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δέ σοι καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον.

Digitized by Google

ne, erudite disputat Zacharias Huberus V. C. diſſ. Juridico Philologica 2. ſeq.

Epiſtolæ ad Philemonem brevitatem ſuam profuiſſe, ut *Marcionis* falſarias manus effugeret, teſtatur Tertull. V. 21. & Hieron. præf. commentarii ad hanc Epiſt. poſtquam dixiſſet quosdam nolle eam inter Epiſtolas Pauli recipere, cauſſatos non ſemper Apoſtolum nec omnia CHRISTO in ſe loquente dixiſſe, ſubjungit: *Pauli eſſe Epiſtolam ad Philemonem, ſaltem Marcione auctore doceantur, qui cum ceteras Epiſtolas ejusdem vel non ſuſceperit, vel quædam in his mutaverit atque corroſerit, in hanc ſolam manus non eſt auſus mittere, quia ſuam illa brevitas defendebat.* Igitur forte apud Epiphanium T. 1. p. 373. legendum Διὰ τὸ ὁ ἁλοχερὼς αὐτὴν, ὃ Διαστρόφως παρ' αὐτῷ κεῖται. Quod vero Theologus inſignis Jo. Gerhardus in exegeſi loci de S. Scriptura §. 269. notat *Anomœos quoque hanc Epiſtolam ut more humano ſcriptam comtemſiſſe, referente Epiphanio hæreſi LXXVI.* apud Epiphanium non inveni, licet LXXVI. 6. p. 991. ſeq. de Anomœis tradit, quod Prophetarum & Apoſtolorum nomina contumeliis inceſſere non dubitaverint, & quando urgeri rationum vi ac conſtringi ſe viderent, data fuga dicere conſueverint, τῦτο Ἀπόστολ῾ ὡς ἀνθρωπ῾ ἔφη, *hæc Apoſtolus tanquam homo dixit*, abuſi ut exiſtimo loco 1. Cor. VII. 12. quo tamen non hominis erroribus obnoxii opinionem Paulus opponit præcepto DEi, ſed Apoſtolicam ſententiam diſerto κυρίε hoc eſt CHRISTI verſantis in terris mandato ſubjungit.

14. *Epiſtola ad Hebræos* Hieroſolymitanos s) poſt Jacobum minorem A. 62. martyrio affectum, ſed ante exciſam Hieroſolymam ſcripta ex Italia t) (ut habet vetus inſcriptio & Euthalius p. 668.) miſſa per Timotheum, poſtquam Roma è primis vinculis dimiſſus Paulus eſſet. u) Huic enim Epiſtolam tribuere videtur Petrus poſteriore Epiſtola III. 15. & variis argumentis atque teſtimoniis Paulo vindicare aggreſſi ſunt tum alii, tum qui inſtar omnium eſſe poteſt Frid. Spanhemius libro de auctore Epiſtolæ ad Hebræos. x) Hebraice ſcripſiſſe Paulum

s) Lud. Cappellus in Hiſt. Apoſtol. Jo. Braunius lib. I. ſelect. ſacr. c. 11. Beza &c.

t) Hebr. XIII. 24. ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἀπὸ Ἰταλίας. 23. Γινώσκετε τὸν ἀδελφὸν Τιμόθεον ἀπολελυμένον μεθ' οὗ ἐὰν τάχιον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς.

u) Conf. Frid. Spanhem. F. T. 2. Opp. p. 226 ſeq.

x) Prodiit ſeparatim primum A. 1658. 8. deinde à Lud. de Tena cum aliorum Viror. doctor. ad eandem Epiſtolam lucubrationibus Lond. 1661, fol. Denique T. 2. Operum Spanhemii libro ſecundo Miſc. ſacr. p. 171. ſeq.

lum Clemens Alex. apud Euſeb. VI. 14. Hiſt. & unius illius fide quaſi Hebræ⁹ ad Hebræos non aliter quam ea lingua ſcribere potuerit, Euſeb. y) ipſe III. 23. Euthalius p. 670. Coſmas Indoplevſtes V. p. 255. Theodorit⁹, Theophylactus, & in catalogo Hieronymus affirmant. Græcam verſionem Clemens Alex. *Lucæ*, Euſebi⁹ III. 38. *Clementi* Romano tribuit, quod nonnullis placuiſſe refert etiam Gobarus apud Photium Cod. CCXXII. atque ob dictionis ſimilitudinem magis probatur Theophylacto. Sed Græca quæ hodie habemus originarium eſſe auctoris ſacri contextum, argumentis non contemnendis poſt Calvinum probat laudatus Spanhemi⁹ part. 3. cap. 2. Millius præf. ad N. T. p. 11. ſeq. Blondellus prolegom. ad Pſeudo Iſidorum p. 44. ſeq. Heidegger⁹ in Enchiridio Biblico p. 943. & Jac. Cappellus Obſ. ad N. T. p. 109. 112. ſeq. neque audiendi qui cum Widmanſtadio Syriacam verſionem hujus Epiſtolæ pro fonte venditant, aut cum Hallenſibus T. 7. Obſervatt. ſelect. p. 268. contendunt *indubitatis & invictis argumentis probari poſſe, quod Hebraice primum ſcripta fuerit*, cum ex tota antiquitate ne unus quidem poſſit proferri teſtis qui Hebraicam viderit. In Oriente usque quaque à primis usque temporibus receptam conſtat, ſed in Occidente z) quidem à nonnullis de ea dubitatum, ut teſtatur Euſebius III. 3. VI. 11. & 14. Hiſt. & Hieronymus ad Eſ. VI. & VIII. ad Matth. XXVI. & Epiſt. 129. ad Dardanum. Inter primos fuit *Cajus* adverſus Montaniſtas diſputans, de quo Euſebius VI. 14. Hieronymus in Catalogo. & Photius cod. 48. qui ab *Hippolyto* quoque eam rejectam teſtatur cod. 21. Amphilochius ſive Nazianzenus carmine ad Seleucum:

Τινὲς δέ φασι τὴν πρὸς Ἑβραίους νόθον,
Οὐκ ἐν λέγοντες, γνησία γὰρ ἡ χάρις.

Neq; Philaſtrius præter eundus qui hæreſi LXXXVIII. *non tamen* inquit, *in Eccleſia leguntur populo niſi tredecim Epiſtolæ Pauli, & ad Hebræos interdum. Et in ea quia rhetorice ſcripſit ſermone plauſibili* (confer Origenem apud Euſeb. VI. 25. p. 227. Hiſt.) *inde non putant eſſe ejusdem Apoſtoli. Et quia & factum CHRISTUM dicit in ea, unde non legitur, de pœnitentia autem propter Novatianos aque.* Novatianos quidem ad hanc Epiſtolam provocaſſe, præter Epi-

y) At Euſebius in Pſalmos à Clariſſ. Montfaucono editus p. 15. obſervat Paulum in hac Epiſtola verſione Interpretum uſum, uti Hieronymus quoque in Eſ. VI. quo ipſo eam Græce primitus ſcriptam agnoſcunt. ὁ δὲ Ἀπόστολος νομοθὴς ὑπάρχων ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους τῇ τῶν ὁ ἐχρήσατο.

z) Confer Rich. Simonem lib. 1. Hiſt. Crit. N. T. c. 16. lib. 2. p. 95. & Jac. Basnage Hiſt. de l'Egliſe T. 1. lib. VIII. c. 6.

Epiphanium hæreſi LIX. teſtatur Eulogius apud Photium cod. CCXXX. Sed Arianos voluiſſe ſollicitare hujus auctoritatem Epiſtolæ docet Theodoritus in limine commentarii, cui congruit quod Epiphanius LXIX. 37. illam ab Arianis rejici affirmat, & Epiſtolam ad Hebræos οὐκ ἐκκλησιάζεσθαι objicit Anomœus Athanaſio I. de Trinitate, cui reſpondens ille, ἀφ' ὧν, inquit, καταγέλαστος Εὐαγγέλιον χρίεσθαι, Παύλου εἶναι πιστευθῆναι ἡ ἐπιστολὴ, καὶ μετ' αὐτῆς εἶναι ἐπιστολαὶ ἃς αἱ πᾶσαι τοῦ Παύλου.

S. Barnabæ à nonnullis tributam eſſe tradit Philaſtrius hæreſi 88. Hieron. in Catalogo ubi de Paulo Apoſtolo diſſerit, & reſpicit ad Tertulliani cap. 20. de pudicitia. Placuit hæc ſententia etiam viro docto Jo. Cameroni. Sed Barnabæ qui nunquam fuit in Italia eſſe non poſſe probat Frid. Spanhemius part. 2. cap. 8. & Rev. Thomas Ittigius diſſ. de Patribus Apoſtolicis pag. 172. ſeq. & 182. B. Luthero in XXVIII. Geneſ. auctor viſus eſt *Apollo* a) ille Alexandrinus, cujus Actor. XVIII. 24. & in priore ad Corinthios I. 12. III. 4. &c. Tit. III. 13. & in Epiſtola Clementis Romani cap. 47. mentio. Quanquam vero hanc ſententiam, ſi à Paulo diſceſſeris, veriſimillimam Spanhemius eſſe fatetur, probatam quoque Joanni Clerico T. IV. Bibl. ſelectæ p. 410. tamen refellitur ab eodem Spanhemio part. 2. cap. 9. neque parvi ponderis eſt quo inter alia utitur argumentum, quod ne unus quidem veterum hoc tradidit. *Lucam* eſſe auctorem, poſt alios non ita pridem ſcripſit Elias Boherellus V. C. in notis ad eruditam ſuam verſionem Gallicam librorum Origenis contra Celſum pag. 143. *Epiſtolam ad Hebræos Pauli eſſe vetus eſt & communis opinio. Ego præter cetera animum inducere non poſſum ut credam Paulum qui nihil ſe à quoquam accepiſſe aut doctum fuiſſe aſſerit Galat. I. v. 12. velle de ſe ipſo tanquam Apoſtolorum auditore loqui, quod facit* b) *auctor Epiſtolæ ad Hebræos cap. 2. verſ. 2. At ſic Lucas Evangel. cap. I. verſic. 2. Multaque ſunt cur hanc Epiſtolam Lucæ adſcribendam putem. Nam ut omittam ipſum cum Timotheo Pauli comitem fuiſſe, Act. XVI. 3. & 10. XXVII. & 37. & Hebr. XIII. 23. ne reliquis im-*

X *morer*

a) De hoc Apolline Alexandrino quem Corinthiorum Epiſcopum vocat Hieronymus ad Tit. 3. videndus Jo. Prideaux p. 463. ſeq. Opp. & Clariſſ. Vitringa III. 21. Obſ.

b) Hoc argumentum movit D. Lutherum, Lucam Oſiandrum aliosque de quibus B. Gerhardus in exegeſi Loci de S. Scriptura §. 274. ut Paulum auctorem eſſe negarent. Sed per communicationem Paulus ait εἰς ἡμᾶς, reſpiciendo magis ad Hebræos, quibus ſcribit, quam ad ſe. Confer quæ ad eum locum reſpondet Seb. Schmidius ὁ μαχαίτης p. 168. ſeq. & Spanhemius de auctore Epiſt. ad Hebræos part. 3. c. 5.

morer quæ aliunde duci possunt argumentis, monere obiter contentus ero de quibusdam vocibus Lucæ particularibus quæ in Epistola ad Hebræos occurrunt, ut est Ἐπιστέλλειν *pro scribere Epistolam, Act. XV. 20. & XXI. 5. Hebr. XIII. 22.* Ἡγούμενοι *pro Verbi ministris, Act. XIV. 12. & XV. 22. Hebr. XIII. 7. 17. & 24. item vox* Δεκτὸς *Act. III. 15. & V. 31. Hebr. II. 10. & XII. 2. quæ nescio an alius observata fuerint, certe non memini.* Sed non sunt hæc pauca ita Lucæ particularia, ut non ab alio illius ætatis scriptore sacro usurpari potuerint eodem sensu. Et longe plures Paulinas locutiones in Epistola ad Hebræos demonstravit Spanhemius part. 2. cap. 1. seq. qui Lucam auctorem non esse multis disputat cap. 7. cui adde si placet Eliam du Pin. T. 2. prolegom. Bibl. p. 56. Eodem loco docet Spanhemius scriptorem non esse c) *Clementem Romanum* qui Hebræos nunquam docuit, & ipse testimoniis ex Epistola ad Hebræos utitur, de quo vide etiam sis Rev. D. Ittigii diss. de Patribus Apostolicis p. 231. seq. Nam illud quidem omitto quod c. 9. ab eodem Spanhemio docetur auctorem non posse esse *Marcum*, neq; *Tertullianum* denique, si tamen cuiquam tam absurda opinio in mentem venire potuit, ut testatur Sixtus Senensis.

A *Marcione* rejectam Epistolam ad Hebræos (& forte à *Basilide*, quem cum Marcione Hieronymus conjungit) auctor est Epiphanius XLII. 9. Idem de Marcione licet ex Tertulliano colligere, & diserte scribit Hieronymus præfat. in Epist. ad Titum. Latinorum quorundam quam dixi opinionem Paulo hanc Epistolam abjudicantium à Marcione descendere existimavit Sandius in Hist. Eccles. p. 148. Sed parum credibile est hæretici hominis, ἰδιοβίου suæ servientis auctoritatem Catholicos scriptores sequi voluisse. Arianis à quibus similiter in dubium vocatam Epistolam ad Hebræos jam retuli, succenturiantur recentiores Sociniani quidam, atq; ex his Gregorius Enjedinus, contra cujus objectiones illam vindicatam videre est in Fevvrbornii Theologi egregii Giessensis anti Enjedino, & Hoornbekii Socinismo profligato T. 1. p. 23. seq. Cajetanus quoque præfat. ad Epist. ad Hebræos, *quoniam*, inquit, *Hieronymum sortiti sumus regulam ne erremus in discretione librorum Canonicorum, nam quos ille Canonicos tradidit, canonicos habemus, & quos ille à Canonicis discrevit, extra Canonem habemus, ideo dubio apud Hieronymum auctore hujus Epistolæ existente, dubia quoque redditur Epistola, quam nisi sit Pauli, non perspicuum est Canonicam esse. Quo fit, ut ex sola hujus Epistolæ auctoritate non possit, si quod dubium in fide accideret, determinari.* Sed Cajetanum socii Ecclesiæ suæ vel dese-

c) Clementem pro auctore habuit Patricius Junius, cui Clementis Epistolam debemus.

deierunt vel refellunt. D. Lutherum quoque noſtrum de hac Epiſtola durius aliquando locutum eſſe non diffiteor, veritum ne per illam Novatiani vel Montaniſtici errores ſtabilirentur, atque auctoritate veterum quorundam Catholicorum latinorum Doctorum abreptum.

Epiſtolas Pauli vel omnes vel plerasque rejecerunt *Ebionitæ* utriusque generis, & *Encratitæ*, teſte Origene libro quinto adverſus Celſum extremo. Idem de *Helceſaitis* tradit Origenes in Pſ. 82. ſed ex Epiphanio XXX. 3. conſtat affines hos Ebionitis fuiſſe, quorum in Paulum calumnias tangunt idem Epiphanius XXX. 16. & 25. Euſebius III. 27. Hiſt. & Theodoritus lib. 2. hæret. fab. c. 1. De Encratitis ſive Severianis quoque idem Euſebius IV. 29. βλασφημοῦντες ὃ Παῦλον τὸν Ἀπόſτολον ἀθετοῦσιν ἀνὰ τὰς ἐπιſτολὰς μήτι πράξεις τῶν Ἀποſτόλων καταδεχόμενοι. Hieronymus præf. ad Titum: *Sed Tatianus Encratitarum Patriarches, qui & ipſe nonnullas Pauli Epiſtolas repudiavit, hanc vel maxime, hoc eſt ad Titum, Apoſtoli pronunciandam credidit, parvipendens Marcionis & aliorum* (Baſilidem eodem loco nominaverat) *qui cum eo hac in parte conſentiunt, aſſertionem.* De eodem Tatiano Euſebius: ἐξ ὧν Ἀποſτόλε φασι τολμῆσαι τινὰς αὐτὸν μεταφράσαι φωνὰς ὡς ἐπιδιορθώμενον d) αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Victor Capuanus de Tatiano: *Sed & dictis Apoſtolicis manus profanæ emendationis, vel ut dicam verius corruptionis dicitur intuliſſe.* Marcion vero recepit Pauli Epiſtolas tantum decem, alioque ordine, & paſſim interpolatas ac truncas, 1. ad Galatas, 2. & 3. utramque ad Corinthios, 4. ad Romanos, 5. & 6. utramque ad Theſſalonicenſes, 7. ad Epheſios quam ipſe inſcripſit ad Laodicenſes. 8. ad Coloſſenſes, 9. ad Philemonem, & 10. ad Philippenſes. Vide ſi placet Clariſſimi Jo. Rodolfi Wetſtenii notas in Adamantii dialogos contra Marcionitas p. 18. ſeq. De *Manichæis* patet ex Auguſtini lib. IX. contra Fauſtum, quod Pauli Epiſtolas ita admiſerunt, ut dicerent vel Apoſtolum cum videtur ſibi contradicere, ſententiam ſuam retractaſſe, vel ab aliis inſerta quædam illi eſſe aliena. *Veruntamen ſi ejus eſt & prior illa ſententia, nunc emendata eſt: ſin fas non eſt Paulum inemendatum dixiſſe aliquid unquam, ipſius non eſt.*

X. Simon Bethſaidenſis, Bar Jona ſive filius Joannis, cognomento PETRUS, Andreæ frater, ἡ ἀπαρχὴ τῶν Κυρίου ἡμῶν, e) ὁ τῶν Ἀποſτόλων

d) Conf. Rich. Simonis Hiſt. Crit. N. T. lib. I. p. 368. ſeq.

e) Vide Blondellum in Pſeudoiſidoro pag. 45 ſeq. ac de reliquis Petri prærogativis Chamierum T. 2. panſtratiæ Cathol. T. 2. lib. XI. c. 14. ſeq. ad 19. & M. Antonium de Dominis IV. 1. Dreieri Controverſ. cum Pontific. diſſ. IX. & X.

Digitized by Google

σόλων πρῶτος, ᾧ πρώτῳ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἀπεκάλυψεν, ὃν ὁ χριστὸς εὐλόγως ἐμακάρισεν, ὁ κλητὸς καὶ ἐκλεκτὸς, καὶ σωτῆριος καὶ σωσοδίτορος, ὁ καλὸς καὶ δόκιμος μαθητὴς, ut celebratur à Pseudo Clemente in Epistola ad Jacobum. Judæis maxime f) ad Evangelium convertendis à Domino missus Galat. II. 7. post Apostolatum atque εὐαγγέλιον περιτομῆς per plures annos gestum denique crucifixus capite ad terram verso g) CHRISTUM suum martyrio honoravit Romæ Anno Neronis XIV. CHRISTI LXVIII. De Vita & martyrio Petri præter eos quos supra in Paulo memoravi, consules Acta Sanctorum XXIX. Januar.

Epistola prior Petri, quam *majestuosam* Jos. Scaliger appellabant, scripta est Judæis h) CHRISTI nomen professis ἐκλεκτοῖς παρεπιδήμοις Διασπορᾶς Πόντου (hinc Epistola *ad Ponticos* dicitur Tertulliano & Cypriano) Γαλατίας, Καππαδοκίας, Ἀσίας καὶ Βιθυνίας. Confer Salmas. Apparat. de primatu Pontificis p. 19. & 45. seq. Græce utique, non Hebraice ut Baronio ad A. C. 45. n. 29. visum, quasi *Marcus* Græce vertisset. Nam quod Hieronymus Epist. 150. ad Hedibiam ait *duas Epistolas quæ dicuntur Petri, stylo & charactere discrepare, structuraque verborum*, non linguarum diversitatem intelligit, sed rationis dicendi. Jam sub Claudio datam putat Grotius ad II. 13. sed A. C. 54. atque adeo Neronis anno primo H. Dodvvellus diss. 1. Cyprianic. §. 5. Ligtfootus plane reducit ad A. C. 65. sed præplacet mihi media sententia quæ Epistolam hanc refert ad A. C. 61. Neronis VII. Romæ scriptam tradunt ὑποσχεσαί, ex V. 13. Salutat vos ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτή, i) per Babylonem enim Roma ab Eusebio & aliis veteribus k) intelligitur, etiam à recentioribus non paucis ut Valesio p. 33. ad Euseb. Grotio ad Epist. Petri & appendice de Antichristo T. 3 Opp. Theol. p. 488. Sed forte uti simplici[9] ita rectius sentiunt ii qui de Babylone Seleuciensi Asiatica accipiunt, ut præter Scaligerum, Salmasium aliosq; Petrus de Marca VI. 1. operis de Concordia Sacerdotii & Imperii. Syncell[9] p. 332. de hac Petri loquens Epistola: μέμνηται καὶ ἐν αὐτῇ Μάρκου (ὃ Εὐαγγελιστοῦ p. 331.) καὶ τῆς πόλεως Βαβυλῶνος, ἄλλοι δὲ ἀλληγορικῶς φασίν. *Petri phrasin multo esse perplexiorem quam Pauli-*

f) Confer Frid. Spanhemium T. 2. Opp. p. 342. seq.

g) Hieron. cap. 1. Catalogi. Ceterum è crucifixione Petri patet Petrum non fuisse civem Romanum. Paulus enim quod civitate Romana gauderet, decollatus fuit.

h) Jo. Braunius lib. 1. select. sacr. c. 13.

i) Alludit ad Electæ nomen, cui Epistolam secundam inscripsit S. Joannes.

k) Vide B. Gerhardum in exegesi Loci de S. Scriptura §. 271, Martinum Hanekium V. C. lib. 2. de Rom. rer. scriptoribus p. 54.

Digitized by Google

Paulinam, Eraſmi judicium eſt in præfat. ad ſuam Paraphraſin. Idem in loco 1. Petri V. 12. ſuſpicatur priorem aliquam Epiſtolam l) hujus Apoſtoli memorari, quod viſum etiam Grotio & in Obſervatt. ſacris Paulo Colomeſio. Verum rectius alii de hac ipſa Epiſtola ſua loqui contendunt Petrum, ut notavi in Codice Apocrypho N. T. p. 906.

Poſterior Petri ad eosdem ſcripta eſt & eodem auctore ut III. 1. ipſe teſtatur: *ταύτην ἤδη, ἀγαπητοὶ, δευτέραν ὑμῖν γράφω ἐπιστολήν.* Et initio Epiſtolæ: *Σίμων Πέτρος δοῦλος καὶ ἀπόστολος Ἰησοῦ Χριστοῦ.* adde I. 18. Sed ſcripta longe ſerius, paulo ante quam martyrium Romæ A. C. 68. Apoſtolus ſubiret. Vide I. 14. Priorem ab omnibus receptam, at poſteriorem ab Antiquioribus *ἀνοθεύτητον* haud fuiſſe habitam, ſcribit Euſebius III. 3. Hiſt. quem alii ſequuntur. Petro eam vindicat adverſus Grotium Calovius, Hammondus, Rich. Simon 1. Hiſt. Crit. N. T. p. 197. ſeq. Campegius Vitringa IV. Obſ. S. p. 973. Gvil. Caveus in vita Petri ſect. X. num. VI. Diverſum à priore Epiſtola ſtylum alii diverſo interpreti tribuunt, qui in priore fuerit Marcus vel Silas, in poſteriore Glaucias: Sed alii veriſimilius hoc ni fallor à diverſo repetunt tempore m) & ætate ſcriptoris. Sane *nonnulla* n) *ex ea transtulit Judas in ſuam, palamque teſtimonio illius uſus eſt. Hanc itaque in ſacrorum librorum ſerie inter Catholicas poſuit Clemens Alex. in libris ὑποτυπώσεων, & Athanaſii poſtmodum Synopſi, & Gregorii Naz. carmini in quo ſacri percenſentur libri, inſeri merita eſt.*

IX. JACOBUS minor Alphei F. frater o) DOMINI, circa A. C. LX. Hieroſolymis ſcripſit Epiſtolam Catholicam ſive *ἐγκύκλιον*,

l) Eraſmi verba hæc ſunt: *Cum in priore Petrus teſtetur ſe ſcripſiſſe per Silvanum, & in poſteriore aperte teſtetur eam eſſe ſecundam, non video qui res poſſit explicari, niſi aut poſterior Petri non ſit, aut Silvanus eam ſcripſerit juſſu Petri. Quod ſi hac ab ipſo Petro ſcripta ſit, videtur tres ſcripſiſſe, quarum prima intercideriſ.*

m) Jac. Baſnage Hiſt. de l'Egliſe T. 2. p. 425. *Mais pourquoy ne dit on pas plutôt que St. Pierre étoit fort âgé lors qu'il écrivit cette ſeconde lettre. Il alloit mourir, & le Saint Eſprit qui anime les hommes ne change point leur ſtyle ni leur caractere: au contraire il s'accommode à leur temperament & leur âge. Le ſtyle des Auteurs ſacrez eſt peutetre different comme celui des autres hommes.*

n) Huetius demonſtrat. Evangel. p. 41.

o) Vide Combefis T. 1. Auctar. noviſſ. Bibl. PP. p. 543. D. J. Georgii Dorshei ſemeſtre Tiburtio Dionyſianum pag. 210. ſeq. ubi refellitur etiam pſeudoDexter qui Jacobum Majorem Zebedei F. ad Judæos per Hispaniam diſperſos Epiſtolam ſcripſiſſe affirmat. Frater CHRISTI porro vocatur Jacobus, quia ex matris ejus ſorore genitus.

ſive ut nonnulli p) vocant Canonicam, ad Judæos maxime q) Chriſtianiſmum amplexos qui usque quaque diſperſi degebant. Τοῖς δώδεκα φυλαῖς τοῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. r) Cæſarius quæſt. 78. Ἐπιστέλλων τῇ ὑφ' ἡλίῳ ὁ θεῖος Ἰάκωβος. Syncellus ad A. C. 37. p. 329. τούτῳ τῷ ἔτει διωγμὸς κατὰ τῆς ἐκκλησίας γινομένου, πολλοὶ μὲν τῶν πιστῶν διεσπάρησαν, τοὺς δὲ πρώτους ἔχραψεν καθολικὴν ἐπιστολὴν Ἰάκωβος ὁ ἀδελφόθεος, τοῖς ἐν διασπορᾷ τοῦτο ἐπιγράψας. Grotium vero & Rich. Simonium I. Hiſt. Crit. N. T. p. 191. ſeq. qui non Jacobum Zebedei neque Jacobum Alphei, ſed diverſum ab utroque Apoſtolo Jacobum Juſtum Hieroſolymorum Epiſcopum auctorem hujus Epiſtolæ faciunt, confutant Coulanus & Majus in libris Simonio oppoſitis. Veteres nonnulli Euſebio II. 23. Hiſt. teſte eam pro ſpuria habuerunt, neque Origenes apud Euſeb. VI. 25. inter libros ſacros commeminit. *Et ipſa ab alio quodam ſub Jacobi nomine aſſeritur, licet paulatim procedente tempore obtinuerit autoritatem*, ut ait Hieron. in Catalogo. Hinc Eraſmus dicere auſus eſt eam non redolere Apoſtolicam gravitatem, & D. Lutherus s) cum eandem præcipue Paulo contradicere exiſtimaret, non dubitavit paulo contemtius de illa loqui, ſequentibus ejus exemplum Magdeburgenſibus & Althamero. t) Sed & ipſe hoc poſtea retractavit Lutherus, & poſt ejus tempora vix quisquam eſt inter Chriſtianos repertus qui Apoſtolicæ ej⁹ auctoritati fidem detraheret. Quod vero ſcopum præcipuum hujus Epiſtolæ u) nonnulli eſſe contendunt confutationem hæreſeos Simonis Magi, quæ in fide ſola ſine operibus ſpem ſalutis docuerit eſſe repoſitam, procul eſt profecto à veritate repulſum. Nam fides Simonis Magi x) in ipſum ejusque Helenam, nihil profecto ad fidem de qua Jacobus. Quomodo autem Jacobus cum Paulo conſpiret, varie diſceptarunt è Reformatis quidem præ-

p) Prologus Hieronymo tributus in Epiſtolas Cäthol. Caſſiodorus c. 8. divin. lect. & Canon Laodicenus & Athanaſius Epiſt. 39. feſtivali.

q) Braunius lib. I. cap. 12. ſelect. ſacr.

r) Confer Scalig. ad Euſeb. Lightfooti Opera poſtuma p. 103. ſeq. Ant. Vandale lib. de Ariſtea p. 105. ſeq. Sam. Basnage ad A. C. 37. n. 23. & Jo. Marckii Exerc. textual. pag. 436.

s) Confer Raithii Vindic. verſionis Lutheri pag. 642. Gerhardi exegeſin Loci de S. Scriptura §. 27. Jo. Muſæi contra Erbermann. pag. 110. ſeq. Rev. D. Mayeri reiſenden Lutheraner p. 397. ſeq D. Majum examine Criticæ N. T. p. 205. & Bælii Lexicon in *Luther*, nota (N) ſeq.

t) Grot. T. 3. Opp. p. 722.

u) Fraſſenius diſquiſit Bibl p. 739.

x) Vide Rev. D. Tho. Ittigii de hæreſiarchis p. 37.

præter Interpretes utriusque Epistolarum Coccejus contra Masenium T. 7. p. 22. Jac. Altingius T 5. Opp. heptade 2. diss. 4. Turretinus, & Jo. Vorstius singularibus diatribis, Georgius Bullus in Harmonia Apostolica ejusque Apologia adversus Tho. Tullium, Gvil. Cave in vita Pauli sect. IX. Herm. Witsius in diss. adversus Caveum, Franciscus Burmannus p. 116. seq. Exerc. David. Huygenius in diss. de fide, Jac. Gousſetus, &c. è nostratibus videndi D. Jo. Hulsemannus in Harmonia Apostolica adversus Grotium, D. Niemannus in diss. de fide incarnata, & Christoph. Franckius ὁ μακαρίτης Exerc. anti Limborch. p. 337. seq. Equidem si verum volumus, tota res videtur componi posse tribus verbis, cum luce clarius sit merum esse fidei cadaver, (neutiquam vero fidem illam actuosam ac salutis compotem Paulo celebratam) quam veluti ineptam sterilemque Jacobus explodit.

XII. JUDAS Apostolus, Jacobi de quo jam dictum est frater y) Epistolam scripsit postquam secunda jam à Petro edita fuisset, cujus z) nonnulla ad verbum repetit & interpretatur & v. 17. eam videtur singillatim innuere quando ait, ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ μνήσθητε τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν Ἀποστόλων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ad eosdem adeo scripta est, & iisdem opposita erroribus Gnosticorum a) in quorum Hæresi XXVI. 11. Epiphanius, ὡς καὶ περὶ τούτων, inquit, ἐκινήθη τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐν τῷ Ἀποστόλῳ Ἰούδᾳ, λέγω δὴ ἐν τῇ ὑπ' αὐτὸ γραφείσῃ Καθολικῇ ἐπιστολῇ. Ἰούδας δέ ἐστιν ὁ ἀδελφὸς Ἰακώβου τοῦ Κυρίου λεγόμενος. Quanquam vero tanquam Apostolica Epistola testimonium habet ab antiquissimis scriptoribus Tertulliano, Clemente & aliis, tamen de ea dubitatum esse à quibusdam, propter Henochi maxime testimonium, Eusebius & Hieronymus referunt: nec lecta est à Syris. Hinc recentiores etiam nonnulli b) vix ausi sunt eam Apostolicis scriptis accensere, & Gro-

y) De hoc Juda Thaddæo qui ex modestia forte se Jacobi potius quam DOMINI fratrem appellat, & à Juda Ischariote diversus est, videnda Menologia & Menæa 19 Jun. Martyrologia 28. Octobr. singillatim Florentinius ad Martyrolog. Hieronymi p. 170. seq.

z) Erasmus de Judæ Epistola: *Cum Epistola Petri posteriore non solum stylo ac sententiis sed & verbis mire congruit, quædam illius velut interpretans, quale illud de judicio blasphemiæ.*

a) Confer Hammondum ad 2. Petri 2. & Epist. Judæ, & Campegium Vitringam V. C. Observatt. sacr. IV. 9. p. 973. seq. Josuæ Glanvilii serm. 2. de charitate Catholica.

b) In his D. Lutherus quoque noster. Confer Sam. Pomarii prolegomena ad Epist. Judæ p. 11. seq.

Grotio plane in mentem venit auctorem hujus Epistolæ statuere non Judam Apostolum, sed Judam Episcopum XV. Hierosolymitanum qui fuit Hadriani temporib⁹, paulo ante Barchochebam, & Carpocratianorum maxime errores perstringere voluerit. Grotium confutant Rich. Simon I. Hist. Crit. N. T. p. 201. seq. Campegius Vitringa Obs. Sacr. p. 973. seq. &, Gvil. Caveus in vita Judæ Apostoli, tum Calovius, Hammondus, Coccejus, Gomarus.

XIII. Hactenus de libris N. T. ἐνδιαθήκοις breviter dictum esto, quibus multa Apocrypha jam olim (ab hæreticis maxime) adjuncta fuisse constat. Eximiam quandam præ illis & antiquitatem & auctoritatem à viris quibusdam doctis, H. Dodvvello, J. Ernesto Grabio & nuper à Jo. Millio tribui video *Evangelio* duplici, quorum alterum *secundum Ægyptios* dictum fuit, sive quod Apostolorum discipuli & Christiani Catholici in Ægypto illius essent auctores, sive quod Ægyptii illo uterentur c): alterum *secundum Hebræos*, scriptum Hebraice, quod legerunt Nazaræi qui ex Hebræis sive Hebraistis nomen CHRISTO dederant, legis Mosaicæ simul observantes. Sane perantiqua hæc scripta esse (licet ante Lucæ Evangelium composita, cum viris doctis præstare nolim) satis demonstrant testimonia ex illis petita ab utroque Clemente, Ignatio, Papia & aliis. Fragmenta Evangelii secundum Ægyptios exhibui in Codice Apocrypho N. T. p. 335. seq. Evangelii secundum Hebræos p. 355. seq. quod posterius in Græcum latinumque sermonem ex Hebraico vertisse se testatur Hieronymus in Catalogo, ubi de S. Jacobo, unde sub *Arami* d) nomine (quoniam in *Aram* sive Syria versabatur Doctor Stridonensis) perstringitur à Theodoro Mopsvesteno apud Photium Cod. CLXXVII. τοῦτον καὶ πέμπτον εὐαγγέλιον τοῖς οὐναζωραίοις λέγει, ἐν τῇ εὐσεβίᾳ δ' παλαιστίνῃ βιβλοθήκαις ἐπιτυγχανόμενον εὑρεῖν.

XIV. Scripta Varia Apocrypha sub CHRISTI, Mariæ & Apostolorum nominibus vario tempore jactata, digessi ac recensui in singulari opere quod jam sæpe memoravi sub titulo *Codicis Apocryphi N. T.* Hamb. 1703. 8. Igitur in præsenti titulos tantum plerosq; perstringam addito quodam observationum veluti spicilegio. Cum illum librum ederem, nondum in manus inciderat meas libellus germanice editus eodem A. 1703. sine loci notatione 8. sub titulo Σύνεσις καὶ ἀπόκρισις Ἰησοῦ, *sapientia*

c) Hæc ratio magis probatur Clariss. Godofredo Olario in eruditis Observationibus ad Novi fœderis loca, Lipsiæ nuper editis.

d) Vide si placet dicta à me lib. III. c. 13. §. 15. p. 359.

Digitized by Goog

tia JESU *duodecennis in quæſtionibus & reſponſionibus quas admirati fuerunt Judæi, à Rabbino qui præſens interfuit, Hebraico idiomate deſcripta, poſtea à quodam Chriſtiano in Græcam tanslata linguam & è Græco MSto Budenſi Germanice verſa.* Sed quicunque librum legerit, facile intelliget recens haud dubie compoſitum, neque ex Hebraico vel Græco converſum aut è Bibl. Budenſis vetuſto Codice Græco depromtum, ſed à Germano quodam vernacula lingua compoſitum, quaſi hujuscemodi armis aut defenſoribus iſtis indigerent ſacra de DEO Triuno & CHRISTO θεανθρώπῳ dogmata. Scripta CHRISTI præter Ethnicos apud Auguſtinum e) requirunt etiam Muhamedami, ut paret ex his verbis Ahmet ben Abdala in Epiſt. ad Emanuelem Portugalliæ Regem & Mauritium Principem Auriacum quam cum confutatione ſua nuper edidit Rev. D. Zacharias Grapius Roſtoch. 1705. 4. p. 116. *Dicant jam Chriſtiani, ſi CHRISTUS eſt DEUS, & venit ut Magiſter hominum, ubi ſunt libri, ſcripta vel præcepta quæ reliquit?* Feruntur etiam apud Muhamedanos dicta quædam Sospitatoris noſtri, quæ in Evangeliis noſtris haud leguntur. Ex his ſunt quæ collegit Levinus Warnerus in notis ad centuriam proverbiorum Perſicorum proverb. LXI. p. 30. ſeq. *Dixit JESUS filius Mariæ, ſuper quo pax ſit:* Qui opibus inhiat, ſimilis eſt ei qui aquam maris potat: is quo plus bibit, ſitim plus provocat, nec bibere deſiſtit donec pereat.

Dixit JESUS filius Mariæ Joanni filio Zachariæ: Cum quispiam aliquid de te commemorans vera loquitur, Deum lauda: Si mendacia profert, magis Deum lauda, augetur enim opus tuum (bonum) in catalogo operum tuorum, idque ſine omni tuo labore, hoc eſt illius bona opera in catalogum tuum referuntur.

JESU beatæ memoriæ aliquando Mundus viſus eſt inſtar anus decrepitæ eſſe, cui ille, quot, *inquit,* maritos habuiſti? *Ipſa adeo multos ſe habuiſſe reſpondet, ut numerari non poſſent.* Mortui igitur illi, *inquit JESUS,* te reliquerunt? *Imo vero, illa ait, ego occidi & ſuſtuli eos. Tum JESUS,* mirum, *inquit,* eſt, adeo inſipientes eſſe alios, ut cum viderent quomodo reliquos tractaris, tui tamen amore flagrent, & de aliis exemplum non capiant.

Tempore JESU tres aliquando iter faciebant, qui theſaurum invenientes, eſurimus, inquiunt, ideoq; unus ex nobis abibit & cibum coëmet. Unus ille qui ibat allatum cibum, conſultum, inquit, erit, ut cibum veneno inficiam, quo veſcentes moriantur, egoq; ſolus theſauro potiar. Quod fecit & cibo venenum admiſcuit. Sed & duo illi viri inter ſe convenerant, ut cum cibum apportaret, eum interfice-

Y

e) Vide Cod. Apocryph. N. T. p. 304.

terficerent, quo soli thesauro fruerentur. Cum igitur cibum veneno mixtum afferret, eum occiderunt. Et ipsi cibum illum venenatum comedentes, statim sunt mortui. Cum ecce JESUS transiens cum Apostolis suis dicebat: Hæc est conditio Mundi! Videte quomodo ternos hosce tractaverit, & ipse tamen post eos in statu suo perseveret. Væ illi qui petit Mundum ex Mundo.

Macarius Alexandrinus sub extremum homiliæ XII. videtur dictum aliquod CHRISTI proferre quod in Evangeliis frustra quæsieris. Διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει, ἠγάπων (οἱ Ἀπόστολοι) τὸν Κύριον. Λοιπὸν ὁ Κύριος ἔλεγεν αὐτοῖς. Τί θαυμάζετε τὰ σημεῖα; Κληρονομίαν μεγάλην δίδωμι ὑμῖν, ἣν ὁ κόσμος ὅλος οὐκ ἔχει ὁ κόσμος ὅλος. *Propter signa quæ (tum ipse tum per illos) faciebat, Dominus ab Apostolis diligebatur. Ceterum hic ad eos, quid miramini, inquit, signa hæc? Hereditatem magnam do vobis, quam universus mundus non habet.* Non dubito tamen Macarium respexisse ad Luc.X. 17-20. atque aliis verbis expressisse quæ apud illum Evangelistam legerat. Idem homilia XXXVII. sub init. Ἀλλ' ἀκούων ὁ Κύριος λέγοντος ἐπιμελεῖσθαι πίστως καὶ ἐλπίος δι' ὧν γεννᾶται ἡ φιλόθεος καὶ φιλάνθρωπος ἀγάπη, ἡ τὴν αἰώνιον ζωὴν περέχουσα. *Sed audiens Dominum jubentem studere fidei ac spei per quas generatur charitas erga DEUM hominesque, quæ operatur in Vitam æternam.* In hoc loco Macarius non unum aliquem locum Evangelistæ, aut singulare CHRISTI dictum, sed universam Evangelii summam suis verbis complexus esse videtur. Idem de plurimis aliis veterum locis dici poterit.

In eodem Codice Apocrypho præter integra descripta à me & testimoniis censuris atque animadversionibus illustrata, *latine* quidem Evangelium Nativitatis Mariæ, Evangelium Infantiæ (à Clariss. H. Sikio versum ex Arabico) & Evangelium Nicodemi, additis Pilati Lentulique Epistolis, Abdiæ Acta Apostolorum, Mariæ Epistolas tres & Paulinas ad Senecam, Joannis item litteras breves ad quendam hydropicum: *Græce & latine* vero Protevangelium Jacobi, Evangelium Thomæ extrema parte mutilum, Pilati relationem ad Tiberium, hactenus ineditam: Epistolam CHRISTI ad Abgarum, Epistolam Pauli ad Laodicenses & Petri ad Jacobum: habes de Evangeliis Apocryphis circiter quinquaginta, 1) Evangelio secundum Ægyptios, 2) Evangelio æterno, 3) S. Andreæ, 4) Apellis, 5) Duodecim Apostolorum 6) S. Barnabæ, 7) S. Bartholomæi, 8) Basilidis, 9) Cerinthi, 10) Desposynorum narratione de genere CHRISTI, 11) de Ebionitarum Evangelio. 12) De Evangelio Encratitarum, 13) Evae, 14) Gnosticorum εἰς ὄνομα τῶν μαθητῶν. 15) De Evangelio secundum Hebræos. 16)

De

Digitized by Google

De Evangeliis quæ falſavit Heſychius. 17) Jacobi utriusque Evangeliis. 18) De libro Infantiæ Salvatoris. 19) S. Joannis de tranſitu B. Mariæ. 20) Evangelio Judæ Thaddæi, 21) Judæ Iſchariotæ, 22) Leucii, 23) De Evangeliis quæ falſavit Lucianus, f) 24-26) De tribus Manichæorum Evangeliis. 27) De Evangelio Marcionis, 28) libro de S. Maria & obſtetrice, 29-30) De S. Mariæ interrogationibus majoribus & minoribus. 31) libro de Nativitate Salvatoris. 32-34) libro triplici de nativitate & libro de tranſitu S. Mariæ. 35) Evangelio Matthæi Hebraico quo uſi Nazaræi g) 36) S. Matthiæ Evangelio. 37) De narratione ſub Juſtiniano Imp. roperta h) de genere CHRISTI. 38) De Evangelio Nicodemi. 39) S. Pauli Evangelio. 40) Evangelio perfectionis. 41) De Evangelio S. Petri, 42) S. Philippi, 43) Simonianorum, 44) Evangelio ſecundum Syros, 45) Tatiani, 46) Thaddæi, 47) S. Thomæ, 48) Valentini, 49) De Evangelio vivo & 50) Hieron. Xavierii Hiſtoria CHRISTI Perſice ſcripta. Timotheo quoque Evangelium tribuunt in Menæis ſuis Græci die XXII. Januarii.

Perſecutus præterea ſum in eodem volumine præter Abdiam Acta Apoſtolorum Apocrypha quæcunque, Achajæ presbyterorum & Diaconorum Epiſtolam de paſſione S. Andreæ. Andreæ ejusdem πράξεις, Acta Apoſtolorum quibus uſi ſunt Apoſtolici ſive Apotactici, Clementis Romani recognitiones, Cratonis libros X. de geſtis & paſſionibus Apoſtolorum, Acta Apoſtolorum quibus uſi ſunt Ebionitæ, & Encratitæ: Acta i) Joannis: Leonidæ & Neocharidis ſive Xenocharidis Acta ſub Anomine S. Andreæ poſtoli edita: Leucii Charini Manichæi Acta ſub SS. Joannis, Petri, Thomæ, Andreæ &c. vulgata nominibus, Linum de paſſione Petri & Pauli, Acta Apoſtolorum quibus uſi ſunt Manichæi, Marcellum de conflictu S. Petri & Simonis Magi. Anonymi

f) Leucium non diverſum eſſe ab hoc Luciano contendit Millius prolegom. ad N. T. pag. 37.

g) Fragmentis ex hoc Evangelio allatis p. 368. * adde hæc Hieronymi Epiſt. CXLIX. ad Hedibiam, quæſt. VIII. *In Evangelio autem quod Hebraicis litteris ſcriptum eſt, legimus non velum templi ſciſſum, ſed ſuperliminare templi mira magnitudinis corruiſſe.*

h) Hæc à Chaſſanæo in catalogo gloriæ mundi parte IV. male tribuitur Lactantio, quanquam ad calcem vetuſtarum quarundam Lactantii editionum latine exſtat.

i) Allatis à me p. 765. ſeq. veterum locis adde hæc Clementis Alex. in adumbrationibus ad 1. Epiſt. Joannis: *Fertur in traditionibus, quoniam Joannes Evangeliſta ipſum corpus* (CHRISTI) *quod erat extrinſecus tangens, manum ſuam in profunda miſit, & ei duritia carnis nullo modo reluctata eſt, ſed locum manui præbuit.*

Hiſtoriam S. Marci Evangeliſtæ: Joannem Marcum de paſſione S. Barnabæ, Anonymi Acta S. Matthiæ k) verſa ex Hebræo. S. Matthiæ traditiones Clementi Alex. & aliis memoratas. Mellitum de paſſione S. Joannis Evangeliſtæ. Memoriam Apoſtolorum qua uſi ſunt Priſcillianiſtæ, qui liber blasphemiſſimas dicitur à Turibio, Laudem & Paſſiones Apoſtoloram, Acta Apoſtolica quibus uſi Origeniani, πράξεις S. Pauli, Acta Pauli & Theclæ, Pauli prædicationem, Acta S. Petri, Philalethen Euſebium de paſſionibus Apoſtolorum, Acta l) S. Philippi, Prædicationes & διδαχὰς, διδασκαλίας, ἀποδόσεις, ἀναπύξεις Apoſtolorum. Polycratem de vita S. Timothei, Prochori Hiſtoriam de S. Joanne Evangeliſta, Acta Apoſtolorum quibus uſi ſunt Quartadecimani: Sortes Apoſtolorum. Periodos ſive Acta S. Thomæ, Hiſtoriam Petri Perſice ſcriptam auctore Hieron. Xaverio & Zenam Legisperitum de Vita & Actis Titi, fragmenta Apoſtolorum à Steph. Prætorio Hamb. 1595. 4. in lucem edita: præcepta Petri & Pauli, & Canones atque Symbolum m) Apoſtolorum.

Denique referuntur à me *Apocalypſes* Apocryphæ, liber IV. Esdræ, Revelationes Patriarcharum & Prophetarum, Apocalypſis S. Petri, S. Pauli ἀναβατικὸν, Apocalypſis & Viſiones: Apocalypſis S. Joanni tributa & diverſa à Canonica, Apocalypſis Cerinthi, Apocalypſis miraculoſis Cæcilii illuſtrata commentariis, Apocalypſis S. Thomæ, S. Stephani proto-

k) Non melioris furfuris eſt quæ Æthiopico idiomate exſtat Vindobonæ in Bibl. Imperatoris *Hiſtoria Apocrypha de liberatione Matthiæ Apoſtoli Beryti è carcere & vinculis ferreis*, per orationem quandam beatiſſimæ Virginis Deiparæ Mariæ: ſimul etiam *colloquium CHRISTI* Servatoris noſtri *cum* jam memorata beatiſſima *Matre ſua* de multis ſuperſtitioſis & abſurdis nominibus, quibus virtus ſingularis adſcribitur. Vide Lambecium VIII. p. 643. ſeq. & Neſſelii Catalogum Codicum linguar. Oriental. unm. 243.

l) Periodum & Martyrium MS. S. Philippi Apoſtoli allegat Cangius in gloſſario Græco, vocabulo κοσμοκράτωρ & alibi.

m) Petrus King Archiepiſcopus Dublinenſis in erudito libro Anglice nuper duplici jam vice, atque inde Belgice apud Batavos, & latine Lipſiæ edito qui inſcribitur Hiſtoria Symboli Apoſtolici, obſervat ſymbolum dictum non à teſſeris militaribus vel militari Zona, quam σύμβολον στρατιᾶς vocat Cæſarius qv. 78. pag. 214. neque à collatione in convivio quæ potius eſt συμβολὴ, ſed à ſignis arcanis quæ habebant initiati in Myſteriis gentium, & ab Apulejo ac Firmico *ſigna*, à Clemente Alexandrio σημεῖα τελεσμήρια, σύμβολα & ἀπόῤῥητα σύμβολα appellantur. Arnobio & Firmico *ſymbola profana religionis*, Plutarcho conſolat. ad uxor. p. 611. & Proclo ad Politiam Platonis p. 370. 372. μυστικὰ σύμβολα & συνθήματα. Hujusmodi fuiſſe veriſimile eſt σύμβολα quæ reſtitui juſſit Julianus parabates teſte Sozomeno lib. V. 3. p. 597. licet in alia abeunt viri doctiſſimi H. Valeſius & Steph. le Moyne ad Varia Sacra p. 321.

Digitized by Google

tomartyris & Hermæ Paſtor. Sunt etiam qui jactant Apocalypſin S. Mariæ Virginis de pœnis inferorum, quemadmodum & Gregorii Thavmaturgi Apocalypſis qua per Joannem Evangeliſtã mediante Maria virgine veram fidem edoct⁹ eſt, laudatur à Jo. Vecco, Georgio Metochita &c. Vide Leonis Allatii Græciam Orthodoxam T. 2. p. 484. 735. 952. 986. & 1056. Liturgias ſive Miſſas CHRISTI, Petri, Jacobi, Matthæi perſtringo p. 314. præter quas à Leontio Scholaſtico CPol. contra Neſtorium & Eutychen memoratur etiam Miſſa Apoſtolorum.

In quibusdam Codicibus librorum Novi fœderis ſcripta etiam virorum Apoſtolicorum Barnabæ n) & Clementis Romani o) juncta fuiſſe conſtat, quamobrem præſenti loco utriusque horum monumenta paucis juvat attingere. Qui plura de illis volet, doctiſſimorum virorum Tho. Ittigii de Patribus Apoſtolicis diſſertationem p. 170. ſeq. Gvil. Cavei Hiſt. litterariam S. E. I. Baptiſtæ Cotelerii Patres Apoſtolicos, & W. E. Tentzelii diſſertationes ſelectas conſulet.

Epiſtolam Catholicam p) quæ ſub *S. Barnabæ* nomine fertur, Judaizantibus in primis oppoſitã Chriſtianis, Clemens Alexandrin⁹ & poſt eum alii Apoſtolo ſive viro Apoſtolico q) tribuere non dubitant, quanquam inter libros ſacros recipi à paucis meruit, unde *ἀντιλεγομένοις* accenſet & *νόθοις* r) Euſeb. III. 25. Hiſt. & Hieron. in Catalogo. Poſt Hieroſolymitanum templum everſum ſcriptam eſſe, probe obſervavit Stephanus le Moyne s) & fatetur etiam Jo. Millius t) qui eam refert ad A. C. LXX. Ceterum Clariſſ. W. E. Tentzelio u) non audeo aſſentiri, qui ob non-

 nullas

n) In Nicephori CPol. *στιχομετρίῳ*, quam Anaſtaſius Bibl. latine vertit, ſcripta N. T. quibus contradicitur hæc referuntur: *Apocalypſis Joannis verſuum* 4000. *Apocalypſis Petri, verſuum* 5800. *Barnabæ Epiſtola verſuum* 1306. *Evangelium ſecundum Hebræos verſuum* 2200.

o) Vide veterem Indicem librorum N. T. apud Gvil. Beveregium lib. 2. Codicis Canonum vindicati c. 9. ubi Epiſtolæ Clementis ad Corinthios libris ſacris accenſentur. Ac priorem quidem etiam Euſebius ſua & ſuperiore memoria in plurimis Eccleſiis frequentatam ſcribit III. 16 Hiſt. Utraq; in Codice Alexandrino libris Apoſtolicis ſubjicitur.

p) Origenes I. contra Celſum p. 49. *γέγραπται δὲ ἐν τῇ Βαρνάβα Καθολικῇ ἐπιστολῇ ὅθεν ὁ Κέλσος τάχα λαβών* &c.

q) Chriſtianus Schotanus qui in libro de auctoritate LXX. Interpretum p. 118. duos Barnabas diſtinguit, refellitur ab If. Voſſio de LXX. Interpretatibus p. 147.

r) Confer Sam. Basnage T. 1. Annal. p. 617. ſeq.

s) Notis ad Varia ſacra p. 919.

t) Prolegom. ad N. T. §. 3. & 12.

u) Tenzelius in florum ſparſione ad Hieron. de Viris illuſtribus p. 32. ſeq. & in dialogis menſtruis Germanice editis A. 1696. p. 104. ſeq.

Digitized by Google

nullas conjecturas haud plane invictas hanc Epistolam suppositam esse contendit ab Alexandrino quodam ex Judæo Alexandrino Catecheta. Longe minus eam Polycarpi esse, le Moynio crediderim, licet Polycarpi & Barnabæ Epistolas in MSto Codice confusas reperit, cujus generis plures librariorum errores notavit H. Dodvellus diss. 1. ad Irenæum §. 30. Pars vero posterior Epistolæ Barnabæ parænetica, quæ afuit in Codice Corbejensi, incipitque à verbis: μεταβῶμεν ἵνα καὶ ἄλλη ἑτέραν γνῶσιν x) καὶ διδαχήν, videtur esse aliud plane scriptum nescio cujus vetusti scriptoris, sive quale *judicium de duabus viis*, inter Petri Apostoli Apocrypha veteres y) quidam memorant, sive quale ex veteri quadam διδαχῇ occurrit de eodem argumento lib. VII. Constitutt. Apostol. capitibus primis viginti.

Editiones z) *Epistolæ S. Barnabæ.*

Primus cum veteri versione latina vulgare instituit *Jacobus Usserius*, sed nondum perfecta editio periit in gravi incendio Oxoniensi A. 1643.

Hugo Menardus, sive ipso jam defuncto Lucas Dacherius cum veteri versione & Menardi notis vulgavit Paris. 1645. 4.

Cum notis *Is. Vossii*, ad Epistolam Ignatii calcem prodiit Amst. 1646. 4. Recusa hæc editio Lond. 1680. 4 *Joachimus* quoque *Joannes Maderus* Barnabæ Epistolam cum Vossii notis imprimi curavit Helmst. 1655. 4.

Cum notis *Jo. Baptistæ Cotelerii*, inter Patres Apostolicos Paris. 1672. fol.

Cum Hermæ Pastore, additis ad calcem brevibus *E. Bernhardi* in Barnabæ Epist. notis. Oxon. 1685. 12. è theatro Sheldoniano, curante Episcopo Ox. *Joanne Fello*, qui laciniam præmonitionis Usserianæ ex incendio servatam præfationi inseruit, & in Epistola ipsa notis brevibus adspersis illustrata lacunas Græci textus ex latina veteri versione & hujus vicissim è Græco suppletas minio distinxit.

Epistola Barnabæ cum Epistola Polycarpi ex fide MS. Codicis confusa in Variis sacris Viri doctiss. *Stephani le Moyne*, cum uberrimis

x) De eo utrum ad Gnosticos respexerit Barnabas, ut visum Hammondo, confer D. Tho. Ittigium de hæresiarchis p. 180. seq.

y) Vide sis Codicem Apocryphum N. T. p. 802.

z) Plerasque ante me notavit idem Rev. Ittigius de Patribus Apostol. p. 174. seq.

Digitized by Google

mis ejus observationibus & annotationibus. Lugd. Bat. 1685. & 1694. 4.

Cum notis Menardi, Is. Vossii, Cotelerii, Jo. Felli & Ed. Bernhardi, in nova editione Patrum Cotelerii Apostolicorum, cura V. C. Joannis Clerici recusorum Amst. 1698. fol.

Latine in Bibliotheca Patrum Lugdunensi, Tomo I.

Anglice cum Epistolis Clementis, Polycarpi & Ignatii ac Hermæ Pastore, *Guilelmo Wakæo* interprete. Lond. 1693. 8.

Germanice, cum Epistola Clementis Rom. interprete *Godofredo Arnoldo* A. 1696. 12.

In Actis Eruditorum A. 1691. p. 198. inter nova litteraria primo loco relatum est Jo. Millium Oxoniæ in colligendis primorum Ecclesiæ doctorum monumentis strenue pergere, proximeque S. Barnabæ Epistolam cum omnium quotquot in eam exstant commentariis & amplissima H. Dodwelli dissertatione ejusque paraphrasi esse editurum. Sed necdum quod sciam ista ἔκδοσις lucem vidit, licet Millio jam ante paucos menses, post vix absolutam incomparabilem Novi Testamenti editionem Oxoniæ exstincto. Neque prodierunt quæ ibidem in Actis Eruditorum tanquam ad prelum parata laudantur Clementis Romani scripta, Millii notis illustrata.

S. *Clementis* a) *Romani* Epistola ad Corinthios, pulcherrimum haud dubie post sacras litteras Apostolicæ doctrinæ monumentum, scriptum videtur esse paulo ante templum eversum A. C. LXIX. aliquot annis post missam ad eosdem S. Pauli priorem cujus meminit Epistolam. Neque lectu indigna est Epistola Clementis posterior, quanquam de illa veteres dubitasse constat.

Editiones b) *Epistolarum Clementis Romani.*

Prima egregii Viri *Patricii Junii* ex Codice antiquissimo sacrorum Voluminum Græco Alexandrino, quibus has Epistolas invenit subjunctas, & priorem cum latina sua versione notisq; eruditis, posteriorem extrema parte mutilam Græce tantum edidit. Lacunas vocabulorum, quæ in MSto legi non poterant (una enim cap. 57. integræ unius vel duarum paginarum lacuna restitui haud potuit) ex inge-

a) Meminit hujus comitis sui atque συνεργοῦ Paulus Apostolus Philipp. IV. 3.
b) Conferlaudati D. Ittigii diss. de Patribus Apostolicis p. 233. seq.

Digitized by Google

ingenio c) ſuppletas diſtinxit d) minio. Oxon. 1633. 4. Mirifice hoc monumento cum illud vidit delectatus eſt vir ſummus Hugo Grotius, ut patet ex ejus Epiſtola 347. Recuſa eſt præclara Juniana editio *Joach. Jo. Madero* curante præmiſſis nonnullis quibus γνησιότης & antiquitas harum Epiſtolarum adſtruitur Helmſtad. 1654. 4.

Epiſtola prior cum verſione & notis Junii, poſterior cum verſione *Gothofredi Wendelini* & ejusdem de Clementis atque ejus Epiſtolarum (nam poſteriorem quoque genuinam eſſe contendit) divinatione. Pariſ. 1672. fol. in Tomo primo Collectionis Conciliorum Labbeanæ.

Epiſtola utraque cum verſione & notis *J. Baptiſtæ Cotelerii*, qui in capita ſive ſectiones utili inſtituto diſtinxit & fragmentum Epiſtolæ ſecundæ è Parallelis MSS. Damaſceni addidit, in Tomo priore Patrum ejus Apoſtolicorum Pariſ. anno eodem 1672. fol.

Cum verſione Junii hinc inde interpolata & notis brevibus *Joannis Felli* Oxonienſis Epiſcopi, Oxon. 1669. 12. & 1677. 12. in qua poſteriore editione capitum diſtinctio Coteleriana eſt adhibita.

Cum verſione Cotelerii, & divinatione Godfr. Wendelini atque *Pauli Colomeſii* notarum ſpicilegio. Lond. 1687. 8. addita Tho. Brunonis diſſertatione de Therapevtis Philonis, & faſciculo Epiſtolarum ſingularium à variis recentibus viris doctis ſcriptarum.

Cum verſione & notis Cotelerii, notisque Junii, Felli, & Colomeſii: divinatione Wendelini, & additamentis Maderianis: in nova editione Patrum Apoſtolicorum Cotelerii, *Jo. Clerico* V. C. curante Amſtelod. 1698. fol.

Cum verſione Cotelerii & ſpicilegio notarum Pauli Colomeſii, in Bibliotheca Patrum Apoſtolicorum Græcolatina, qua Clementis, Ignatii & Polycarpi ſcripta genuina complexus eſt, præmiſſa eru-

c) Felicius quædam poſtea ſupplenda conjecerunt Pearſonius, Fellus, Coteleri⁹, Colomeſius. Vide & Jo. Clericum T. 2. Artis Criticæ p. 322. Quod vero doctiſſimus Junius ſibi perſuaſit Epiſtolam 1. Clementis ab *Hieronymo* olim latine verſam fuiſſe, & illam verſionem adhuc in Bibliothecis latere è quodam fratrum Lobienſium Catalogo ſuſpicatus eſt, in utroque fefellit eum ratio, ut Rev. Ittigius probe obſervavit. Loca quam plurima quæ è ſacris litteris Clemens laudat, cum editione LXX Interpretum contulit Chriſtianus Schotanus lib. de auctoritate LXX. Interpretum p. 108 - - 117.

d) In aliis editionibus vel minoribus typis excuſa ſunt, ut in Maderiana, vel uncinulis incluſa.

erudita ſua de Patribus Apoſtolicis diſſertatione Theologus præſtantiſſimus D. *Thomas Ittigius* Lipſ. 1699. 8.

Gallice interprete *Antonio Teiſſerio*, Avenione A. 1684. *Audio & virum illuſtrem* (ita Colomeſius A. 1687.) *ac eruditorum delicium* Ezechielem Spanhemium, *quem & alloqui & mirari nobis contigit in ædibus Lambethanis, primam S. Clementis Epiſtolam in Gallicum ſermonem olim transtuliſſe, quam Reip. litterariæ, ſpero, non invidebit vir doctiſſimus.*

Anglice per *Guil. Burtonum* Londinenſem (eundem qui Hiſtoriam Græcæ linguæ ſcripſit) cum notis copioſis, & judicio Clariſſimi Cavei haud ineruditis. Lond. 1647. 4. atque iterum *Wilhelmo Wakæo* interprete, una cum Barnabæ, Ignatii & Polycarpi Epiſtolis atque Hermæ Paſtore. Lond. 1693.

Germanice ex verſione *Godofridi Arnoldi*, una cum Epiſtola Barnabæ A. 1696. 12.

Belgicè neſcio quo auctore Amſtelod. 1646. 12. 1656. 4.

Feruntur & aliæ Epiſtolæ ſub Clementis hujus nomine latinè, quæ *decretales* vulgo appellantur, & nulla fide dignæ ſunt, ne quidem ullo modo conferendæ antiquitate cum aliis, quanquã itidem ſuppoſitis Clementino nomini monumentis, ut ſunt: *Canones Apoſtolorum* LXXXV. *Conſtitutionum Apoſtolicorum* libri VIII. (quorum libro ſeptimo videtur etiam comprehendi quæ à quibusdam vocatur *Liturgia* Clementis) *Recognitionum* libri X. qui è ſola Rufini verſione latine exſtant, *Homiliæ Clementinæ* XIX. *Epitome* è Petri periodis & κηρύγμασι, & *Epiſtola ad Jacobum* fratrem Domini, quæ omnia in Patribus Apoſtolicis Cotelerii recenſita & illuſtrata habentur. Verum miſſis hisce, de Canone atq; ordine librorum ſacrorum Novi fœderis adhuc pauca mihi dicenda veniunt.

XV. Hiſtoriam Canonis librorum N. T. quorum auctoritas vel ſtatim à quo ſcripti ſunt, in Eccleſiis omnibus obtinuit, ita ut qui eos rejicerent pro hæreticis haberentur; vel non ſtatim ita innotuit omnibus, ſed interjecto tempore tamen ab univerſa recepti ſunt Eccleſia: exhibuerunt è veteribus quidem Euſebius in Hiſt. Eccleſiaſtica & Euſebium fere ſecutus Hieronymus in Catalogo: Inter recentiores, Theologi noſtri laudatiſſimi Chriſtianus Kortholtus libro de Canone & Jo. Gerhardus in exegeſi Loci de Scriptura ſacra cap. IX. & X. Philippus præterea Jacobus Hardtmannus de geſtis Chriſtianorum ſub Apoſtolis cap. XII. & Jo. Henr. Majus in examine Hiſt. Criticæ N. T. Tum è Romanæ ſociis Eccleſiæ Sixtus Senenſis in Bibl. ſancta, Poſſevin⁹ in Appa-

Digitized by Google

ratu, Baronius in Annal. Huetius in demonſtratione Evangelica, Rich. Simon in Hiſt. Critica N. T. & Lud. Eliasdu Pin in Prolegom. Biblicis & Bibliothecæ ſcriptor. Eccleſ. Tomo I. atq; in reſponſo ad Petitdidierim quod tomo VI. adjungitur: Natalis Alex. in Hiſt. Eccleſ. Claudius Frasſenius in disquiſitionibus Biblicis & Gvilelmus Bonjour e) Toloſanus in triduana de Canone librorum ſacrorum concertatione, Rom. 1704. 4. dialogo tertio. E Reformatis aliisque Proteſtantibus Jac. Basnage Hiſtoriæ Controverſiarum Theolog. Gallice editarum libro octavo, & in præfat. ad Hiſtoriam V. & N. T. imaginibus in æs inciſis obſervationibusq; Criticis & moralibus itidem Gallico idiomate illuſtratam, & in diſſ. Apologetica adverſus Richardſonum: f) Sam. Basnage Tomo primo Annalium Eccleſiaſticorum, Jo. Henricus Heideggerus in Enchiridio Biblico, Jo. Leusdenius in Philologo Græco, Tho. Milles ad Cyrilli Hieroſolym. Catecheſ. IV. 22. Daniel Whitby Prolegom. 3. ad Commentaria Anglice edita in N. T. Nehemias Grevv in Coſmologia ſacra lib. V. cap. 1. Richardſonus & Stephanus Nye in hiſtorica recenſione & Apologia Canonis N. T. adverſus Amyntorem Jo. Tolandi (qui tamen ipſe Tolandus quoque diſertis verbis negat ſe ullum N. T. librum vocare in dubium) Simon Epiſcopius libro IV. Inſtitt. Theolog. & Jo. Clericus diſſ. 3. ad Harmoniam Evangelicam, & qui omnium denique induſtriam vicit Joannes Millius in prolegomenis eruditiſſimis ad Novum Teſtamentum.

Quod ad *Ordinem* librorum N. T. attinet, ex veterum monumentis & Codicibus antiquis abunde conſtat valde diverſum illum fuiſſe, nam & Evangeliſtæ g) quandoque aliter atque hodie fieri ſolet juncti deprehenduntur, & Acta Apoſtolica h) jam præmiſſa Epiſtolis Catholicis, jam Apocalypſi: neque Epiſtolæ Pauli, vel Catholicæ etiam eadem ſemper ratione collocatæ. Vulgatum tamen ordinem fere probari video ab Euſebio III. 25. Hiſt. Canone Apoſtolico LXXXV. Carthaginienſi XXVII. à Nazianzeno carmine XXXIII. aliisque compluribus & ſcriptoribus & Codicibus. Sed quæcunque de diverſa illa collocatione com-

e) Confer Acta Erud. A. 1706. p. 502. ſeq.

f) Hiſt. des Ouvrages des Sçavans A. 1704. p. 18. ſeq.

g) Chriſtianus Druthmarus in cap. 1. Matthæi: *Vidi librum Evangelii Græce ſcriptum qui dicebatur S. Hilarii fuiſſe, in quo primi erant Matthæus & Joannes, & poſteriores alii duo. Interrogavi Eunuchum Græcum, cur hoc ita eſſet? dixit mihi, inſimilitudinem boni agricolæ, quos fortiores habet boves, primo jungit.*

h) Vide ſi placet quæ notavi in Codice Apocrypho N. T. p. 750.

computationeque librorum Biblicorum, non Novi ſolum ſed antiqui quoque fœderis apud veteres obſervantur, diligentiſſime annotavit Vir doctiſſ. hoc ipſo anno 1707. Oxoniæ cum magna litterarum jactura denatus Humfredus Hody, parte poſtrema operis egregii de Bibliorum textibus Originalibus. Oxon. 1705. fol.

XVI. Avtographis ſacrorum ſcriptorum pridem deperditis, multi ſuperſunt MSti Codices vario tempore variisque locis exarati, non Græci modo ſed & latini, ne de aliis linguis in præſenti dicam, quibuscum ſi veterum Eccleſiæ doctorum commentarii ac monumenta peromnium à CHRISTO nato ſæculorum decurſum, & verſiones antiquæ quælibet conferantur, clariſſime apparebit, non obſtante variarum lectionum vi, eadem tamen ſcripta Apoſtolica nos hodie legere quæ lectitarunt veteres, etiam primi Chriſtiani, neque quicquam eſſe ita mutatum, detractum, interpolatum, vel etiam temporū injuria alterationem paſſum, ut hodie non eadem credenda, ſperanda, facienda, colenda & obſervanda nobis proponantur, quæ Apoſtolis ipſis ſuperſtitibus, in eorum ſcriptis cœtus fidelium agnovit. Interim haud inutile eſt varias Codicum lectiones, ſi ſobrie fiat, conſulere, non modo ut quantum fieri licet, adhibito judicio Critico, genuinas ab alienis ſeparemus, ſed etiam ut rationes quibus interpretes librorum ſacrorum plerique ſive veteres ſive recentes paſſim uſi ſunt intelligamus, ad eos vel tuendos aut excuſandos vel explicandos vel denique redarguendos. Infinitum eſſet Codices MStos librorum novi fœderis à viris doctis conſultos percenſere, nec minus ineptum hoc loco recoquere ea quæ de MSS. diſſeruit Richardus Simon lib. 1. Hiſt. Crit. N. T. cap. 29. ſeq. & in diſſertatione Critica libro tertio ſubjecta, atque Antonio i) Arnaldo oppoſita, tum noviſſime Jo. Millius in doctis illis ſuis & laborioſis ad N. T. prolegomenis. At præcipua quædam attingere, & virorum doctorum qui in codicibus N. T. Græcis maxime & latinis conferendis laudatam poſuere induſtriam, non erit ſpero ingratum lectori.

Inter antiquiſſimos Codices Græcos eſt *Vaticanus* ille Veteris & Novi Teſtamenti, litteris ſcriptus majusculis. Alter Codex quem *Alexandrinum* k) vocant, itidem litteris majoribus, univerſos libros ſacri

i) Arnaldus A. 1691. 12. ediderat librum hoc titulo: *diſſertation Critique touchant les Exemplaires ſur leſquels M^r. Simon pretend que l'ancienne Vulgate a été faite, & ſur le jugement que l'on doit faire de fameux Manuſcrit de Beze.*

k) De hoc ita Jo. Millius prolegom. p. 143. *Ut eſt exemplar N. T. omnium toto orbe longe vetuſtiſſimum, ita certe jam ab ipſis ferme Canonis incunabulis vix exſtitiſſe cenſeo qui archetypam Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſcripturam ipſo fidelius expreſſerit.*

Digitized by Google

Codicis complexus è dono Cyrilli Lucaris in Bibl. Regia Londinenſi. Specimen litterarum illius codicis exſtat in Briani Waltoni prolegom. Bibl. 2. Inter *Græcolatinos* antiquiſſimus facile eſt celebris ille codex l) Evangeliorum & Actorū, latinam verſionem ante Hieronymianam habens adjunctam, quem Theod. Beza A. 1581. Cantabrigienſi Academiæ donavit, m) & cujus pars altera eſſe videtur n) ſimilis omnino codex Epiſtolarum Paulinarum qui eſt in Bibl. Regis Chriſtianiſſimi. Etiam in Bibliotheca S. Germani ſimilis Epiſtolarum Pauli codex per antiquus græcolatinus occurrit, membranis purpureis, o) litteris aureis deſcriptus, cujus characterum ſpecimen dat V. C. Jo. Mabillonius Opere de re diplomatica pag. 347. teſtatus accentus quibus Græca inſtructa ſunt à prima manu adjunctos eſſe. Aliud ſpecimen characterum Codicis Græci valde antiqui N. T. cujus fugienti ſcripturæ recentior manus homilias Ephræmi Syri ſuperilleverat, è doctiſſimi Joannis Boivinii obſervatione exhibet Bernardus Lamy Oratorii D. J. Presbyter in appendice ad commentar. Harmoniæ Evangel. p. 656. & poſt illum præſtantiſſimus Ludolphus Neocorus ſive Kuſterus in Bibliotheca novorum librorum A. 1698. p. 454. Claromontanum Codicem antiquiſſimum Græcolatinum Epiſtolarum Pauli quo uſus eſt Beza, diverſum eſſe ab illo quem jam dixi exſtare in Bibl. Regis Galliæ, variis argumentis diſputat Eduardus Stillingfleet Vindicatione doctrinæ de S. Trinitate, Anglice A. 1697. edita p. 157. ſeq.

E veteribus Eccleſiæ Doctoribus Origenes & Hieronymus & pauci quidam alii, Codices N. T. varios conſulere & ex iis libros ſacros recenſere inſtituerunt. Inter recentiores ſignum quaſi ad hoc ſtudium ſuſtulit *Laurentius Valla*, qui ad notas ſuas in N. T. concinnandas tribus Codicibus Græcis & totidem latinis eſt uſus. Eas circa A. C. 1440. elucubratas diu poſt *Eraſmus* in lucem protulit, qui & ipſe ad ſuam Novi Teſt. editionem ſæpius deinde repetitam & emendatam uſus eſt. tum aliis

l) Cum hoc MSto convenire Codices quibus olim uſus Lucifer Calaritanus, tum in Actorum librum Beda, præterea MS. β′ Rob. Stephani, & MS. Bodlejanum, docet Rich. Simon Obſ. novis in N. T. cap. 2.

m) Confer Bezæ Epiſtolam ad Inclytam Academiam Cantabrigienſem, quæ illum Codicem ſervat in Bibl. S. Trinitatis. Arnaldum quidem fugit ratio, qui à falſario ſæculi VI. vel VII. illum exiſtimavit eſſe exaratum. Bezæ Epiſtolam habes etiam in Epiſtolis ſelectis à Paulo Colomeſio editis pag. 250. & in Rev. Benthemii libro de ſtatu Eccleſiæ Anglicanæ p. 354.

n) Vide eundem Simonium II. 26. Epiſt. ſelect.

o) Sic codex Evangeliorum ex verſione Gothica Ulphilæ, membranis purpureis, litteris aureis ſcriptus eſt, quem videre & mirari mihi contigit Upſaliæ in Bibliotheca Illuſtris Academiæ.

aliis MStis, tum uno Græco Evangeliorum Codice exarato ante mille annos, qui hodie dicitur esse in Bibl. publica Basileensi. Dum vero Codices Græcos qui cum latino vulgato frequentius conspirant suspectos habet, ac si à Concilii Florentini tempore ad latinos libros essent interpolati, non semper contigit optimas illi deligere lectiones, ut à Sepulveda in Epistolis, à Leo & maxime à Stunica satis quidem acerbe non tamen semper citra rationem ipsi fuit objectatum. Eodem tempore viri docti qui Card. Ximenii auspiciis *Complutense* opus Biblicum concinnarunt, ad Novum Test. usi sunt Codicibus Vaticanis & uno inprimis venerandæ vetustatis è Rhodo Insula. Inde præ ceteris operæ pretium fecit *Rob. Stephanus*, qui non modo latinos Codices quam plurimos & Correctoria quæ vocantur Biblica consuluit, atque inde egregias editiones latinas Bibliorum variis lect. & notis criticis obelisque & asteriscis instructas adornavit, sed & in editione Græca luculenta A. 1550. fol. Novum Test. dedit collatum cum Codicibus MSS. p) sedecim. Hujus editionis exemplo usus Beza, cui H. Stephanus lectiones aliorum Codicum decem, & præcedentium editionum varietates adscripserat. *Marchio* quoque *Velesius* q) *Petrus Frayardus* Hisp. Evangelia quatuor contulit cum aliis XVI. MSS. quorum octo fuere in Bibl. Laurentiana Regis Hisp. Varias lectiones ex istis Codicibus edidit Jo. Melchior de la Cerda in Adversariis sacris cap. XCI. acceperat enim illas à Joanne Mariana, qui passim illas in notis suis ad N. T. memorat. Ceterum non semper tuto hisce licere uti, quoniam nonnulli ex Codicibus illis ad vulgatam latinam castigati esse videantur, non uno loco Rich. Simon observat, & Vulgatæ tuendæ r) totum illum laborem esse insumtum indicat Mariana. *Joannes Matthæus Caryophilus* editionem N. T. Complutensem contulit cum MSS. Codd. XXII. decem quidem exemplaribus Evangeliorum, octo Actorum & Epistolarum, ac deniq; quatuor Apocalypseos. Collationes illas interjecto tempore edidit Petr⁹ Possinus Romæ A. 1673. fol. cum Catena Græcorum Patrum in Marcum. *H. Ernstius* de studiis diebus festis convenientibus c. 2. p. 29. ait se Novum Testamentum cum omnibus fere editis & non paucis MSS. Codd. Patrumque Græcorum commentariis summo studio contulisse & ad editionem parasse. Sane in Bibl. Gudiana exstat editio Novi Testamenti Genevensis A. 1620. 4. ab Ernstio collata cum viginti Codd. editis vel MSS.

p) Confer de illis MSS prolegomena Millii p. 117. seq.

q) Male Marcus Velserus appellatur in latina versione commentarii Jo. Pearsonii in Symbolum Apostolicum p. 535.

r) Vide Stillingfleetum in Vindicatione doctrinæ de S. Trinitate p. 165.

Digitized by Google

Joannes Hentenius Commentario Euthymii in quatuor Evangeliſtas latine à ſe reddito præmittit Varias lectiones ex codice illo Græco Euthymii collectas Pariſ. 1547. 8. *Lucas Brugenſis* non modo latinos Bibliorum Codices manu exaratos diligentiſſime ruſpando, poſt Sixti V. & Clementis VIII. curam multas vulgatæ verſioni maculas abſterſit, ſed & A. 1606. ad calcem commentarii in Evangelia notas publicavit in varias lectiones editionis Græcæ Evangeliorum. Inter inedita *Guil. Coddæi* Jo. Meurſius in Athenis Batavis memorat *allegationes textuum è N. T. Græcorum ex Patribus & auctoribus aliis Græcis, quatenus aut ab editis vulgatorum Codicum textibus & variis circa eos lectionibus adhuc diſcrepant, aut diverſitates lectionum quæ conſtant, firmant & fulciunt.* Sed ille quidem Coddæi labor quod ſciam non vidit lucem. Porro è Roberto Stephano maxime ſelectæ, ſive potius ex editione minore A. 1569. (ut Millio obſervatum) excerptæ ſunt Variæ lectiones in editione luculenta Bibliorum Græcorum Wecheliana 1597. fol. quam Franciſco Junio plerique (alii Frid. Sylburgio) deberi opinantur. In Tomo ſexto Polyglotton Londinenſium habentur Variæ lectiones non modo quas à Rob. Stephano, & Marchione Veleſio collectas, tum quas in Wechelianis Bibliis exſtare dixi, ſed etiam excerptas ex Cantabrigienſi Bezæ & Claramontano fratrum Puteanorum Codice quo idem Beza uſus eſt, & ex aliis MSS. undecim quos in Angliæ Bibliothecis invenerunt. Varias lectiones Codicis Alexandrini in Opere ipſo Biblico Græco Novi fœderis contextui ſubjecerunt, uti ad eundem Codicem paſſim in ſuis commentariis provocat Hugo Grotius, qui ejus lectiones à Patricio Junio acceperat. Hujus antiquiſſimi Codicis editionem aliquando paraſſe Joannem Millium, teſtatur illuſtris Bentlejus in Epiſtola ad eum ſcripta p. 95. *Servantur etiam Oxonii Acta Apoſtolorum, vetuſtate quidem pari* (cum codice Cantabrig.) *ſed verſione multum diverſa; Et in Gallia denique Epiſtolæ S. Pauli, qui codex & antiquitate & latinæ verſione, atque adeo ſcripturæ & voluminis forma Cantabrigienſi noſtro ſimillimus eſt & germaniſſimus. Atque hæc quidem talia exemplaria, cum aliis omnibus ubivis gentium, quod ſciamus, longe longeque & dignitate & tempore antecedant, neque quidquam hodie ſuperſit ſimile aut ſecundum, cum tineis (prob dolor) atque muribus luctantur, & utut iis incendia pepercerint, ipſo ſenio intra annos paucos non dubie peritura ſunt. Tu vero, Milli doctiſſime, qui omnium mortalium maxime in eo ſtudio verſatus es, non patieris hanc laudem tibi præripi, ſed maturabis veneranda illa pignora & monumenta vetuſtatis à ſitu & interitu vindicare. Scimus enim te horum omnium editionem inſtituere, quæ una pagina & in uno conſpectu Codicem Alexandrinum, qui familiam ducet, & Cantabri-*

tabrigienſem cum verſione ſua, atque ubi hic deficit Oxonienſem deinceps atque Gallicorum repræſentet: quæ ſingulas litteras atque apices exemplarium, etiam ubi à librariis peccatum eſt, accurate & religioſe ſubſequatur. Nihil illi purpuræ aſſuetur diſcolor aut diverſum: nullæ interpunctiones, nulla nota accentuum, quorum omnis hodie ratio præpoſtera eſt atque perverſa: adeo ut qui tuam editionem ſibi comparaverit, ipſa illa propemodum Archetypa verſare manibus atque oculis uſurpare videatur. Ea res olim, ut certum eſt augurium, & Britanniæ noſtræ ſplendori erit, & Eccleſiæ præſidio, tuos vero labores amplisſimis præmiis atque immortali gloria compenſabit. Macte iſta pietate & diligentia eſto. In te omnes ora atque oculos convertimus, te unum in hoc curriculum vocamus: ipſi codices celerem tuam opem implorant & flagitant: quid ceſſas per medias laudes & faventium plauſus ſecundo rumore ingredi? Tu vero ut polliceri de te poſſum, facies id ſedulo, ſimulac exibit Novum tuum Teſtamentum fere ad umbilicum usque perductum: quo in opere, niſi vererer coram in os te laudare, dicerem quam longo intervallo aliorum omnium in eo genere labores poſt te reliqueris. Ea typorum elegantia eſt & magnificentia, ea in annotationibus eruditio elucet, in Variis lectionibus induſtria: quippe etenim ad eam copiam comparandam omnia S. Patrum ſcripta, omnes antiquæ verſiones, & infinitam vim Codd. MSS. curioſe excuſſiſti. Has quamvis magnificas laudes etiam vincit opus ipſum & editio N. T. luculenta Milliana quæ hoc Anno 1707. Londini in folio lucem vidit cum uberioribꝰ & eruditiſſimis prolegomenis, complectentibus non modo Hiſtoriam Criticam Canonis ſacri, quem diligenter confirmant, ſed etiam per ſingula ſæcula progrediendo cenſuram continentibus Codicum quibus Patres Græci & latini fuerunt uſi, denique recentium virorum doctorum induſtriam qui N. T. ediderunt vel varias lectiones collegerunt celebrantibus. At enim codicis Alexandrini eo quo Bentleius notat modo edendi conſilium jam pridem videtur Millius abjeciſſe, ſumptuum fortaſſis magnitudine deterritus. In iisdem prolegomenis p. 152. queritur ſe *Joannis Sauberti* quem perperam duobus vicibus *Sarbertum* vocat, Varias lectiones in Matthæum, licet ſummo ſtudio quæſitas, haud vidiſſe. Utinam vero innotuiſſet mihi optimi viri deſiderium, nihil enim libentius feciſſem quam ut librum illum eximium Helmſtadii 1672. 4. editum & ſingulari plane induſtra in hoc genere verſantem, ſatisque apud noſtros obvium ei tranſmiſiſſem. In calce hujus voluminis Saubertus etiam Varias lectiones Matthæi enotavit è Codice MSto Chryſoſtomi in Matthæum qui perantiquus ſine accentuum apicibus exſtat in Bibliotheca Helmſtadienſi. Novum Teſt. præterea cum Variis lect. edidit, ut notum etiam pueris eſt, *Stephanus Curcellæus*, uſus non modo illis quas Rob. Stepha-

Stephanus notaverat,ſed etiam adhibitis codicibus Thuano,Mazariniano aliisq; Amſt.1658. 8. recuſum 1675.1685. 8. Hanc editionem ſecutus Felbingerus qui Socini dogmatis ſubſcribebat s) in Germanica ſua verſione N. T. At Curcellæi induſtriam longe vicerunt *Oxonienſes* in N. T.Græce vulgato cum variis lect. è theatro Sheldoniano Anno eodem 1675. 8. quæ editio recuſa eſt Halæ A.1702. 8. cum præfatione D. Auguſti Hermanni Franckii, quanquam in hac quoque ut à Curcellæo plures magni momenti ἀπὰς γραφὰς prætermiſſas monuit Rich. Simoni in reſponſione ad judicium Theologorum Hollandiæ de Hiſt. Crit. V. T. p.48.ſeq Non omnes ſed ſelectas varias lectiones è priore illa Oxonienſi A. 1675. notatas videre eſt in editione majori atque inſigni Lond. 1703. fol. quæ Græca ſcholia ſelecta è Pàtribus à Jo. Gregorio adjuncta habet. Præcipuas quoq; editioni ſuæ Græcæ N. T. non ineleganti adtexuit Rev. Jo.Georgius Pritius Lipſ. 1703. 12. Quemadmodum minor illa Oxonienſis cum integris Var. lect.recuſa eſt in Bibliis Græcis editionis Lipſienſis 1697. 8. Jampridem porro *Joannes Morinus* Oratorii Pariſienſis presbyter lib.1.Exerc. Bibl.2. c.3.ſeq. varias quasdam lectiones è codice Claramontano aliisq; expendit, eo maxime ſtudio, ut vulgatam verſionem tueretur. Idem conſilium fuit *Jo. Boiſii* Eccleſiæ Elienſis Canonici, in erudito libro cujus eſt titulus : *Veteris interpretis cum Beza aliisque recentioribus collatio in quatuor Evangeliis & Apoſtolorum Actis , in qua annon ſæpius absque juſta ſatis cauſa hi ab illo diſceſſerint, disquiritur.* Lond. 1655. 8. De Varietatibus paſſim quoq; monent eruditi auctores commentariorum in N. T. ut *Jacobus Faber* & *Guil. Eſtius* , qui latini & Syriaci interpretis diverſas lectiones annotavit , *Ludovicus de Dieu* qui Syriaci, Arabici, Perſici: *Thomas Mareſcballus* qui Coptici,Gothici Angloſaxonici. *Joannes* etiam *Maldonatus* longe plures Varias lectiones Græcas ſuis in Evangeliſtas commentariis inſeruerat, ſed earum bonam partem editores ex ipſius ſocietate omiſerunt , ut à Vavaſſore accepiſſe ſe refert Rich. Simonius III. Hiſt.Crit.N.T.619.ſeq. Fuere inſuper qui verſionibus ſuis in linguas vernaculas adderent notationem variarum lectionum,ſaltem ſelectarum, ut in Gallica N. T. intpretatione fecit idem *Simonius*, & ante eum , minus accurate quidem, *Amelotus :* in Germanica Offenbaci 1703. 8. vulgata *Joannes Henricus Reitze.* Nonnullas aliis plerisque neglectas varias lectiones N.T.perſequitur *Jo.Lomeierus* dierum genialium par-

s) Curcellæo quoque ipſi à nonnullis datum vitio, quod in quibusdam locis viſus ſit Socinianis frigidam ſuffundere Vide Jo. Gotlieb Molleri diſſertationem quæ inſcribitur: Curcellæus in editione N. T. Socinizans. Roſtoch. 1696. 4

parte I. diſſ. IV. Daventriæ 1694. 8. Denique *Laurentinus Zacagnius* Bibliothecæ digniſſimus cuſtos Vaticanæ in collectione monumentorum veterum inter alia præclara edidit Euthalii Epiſcopi Sulcenſis qui ſub extremum ſæculi poſt natum CHRISTUM quinti claruit, recenſionem Epiſtolarum Pauli & Actuum Apoſtolorum & Epiſtolarum Catholicarum. Teſtatur Euthalius p. 513. contuliſſe ſe ἀκριβῆ ἀντίγραφα τῆς ἐν Καισαρείᾳ Βιβλιοθήκης Εὐσεβίου & Παμφίλου. Doctiſſimus vero Zacagnius cum Euthalianis etiam aliorum codicum MSS. lectiones paſſim contulit. Rom. 1698. 4.

XVII. *Editiones præcipuæ Novi Teſtamenti.*

Prima *Complutenſis*, Græcum textum ſine accentibus expreſſum habens, addita præter veterem vulgatam verſione nova latina interlineari. Occurrit in magno Opere Biblico Ximeniano in ſex diſtincto Voluminibus, ex officina Arnaldi Gvilelmi de Brocario, Compluti 1515. fol. Sed per ſex vel ſeptem annos poſtquam excuſum fuiſſet, ſuppreſſum conſtat, ita ut ante A. 1523. à paucis viſum ſit.

Secunda *Deſiderii Eraſmi*, cum ejus latina verſione & commentariis. Baſil. 1516. fol. apud Jo. Frobenium, præmiſſa Epiſtola ad Leonem X. Pontificem data Calendis Februariis ejusdem anni, in qua Gvilelmum ArchiEpiſcopum Cantuarienſem Mæcenatem ſuam prædicat. Sæpius deinde hoc opus ſuum Eraſmus recognovit, atque ex inimicorum etiam quandoque monitu Sutoris, Lei, Stunicæ, Beddæ, Sepulvedæ quædam mutavit emendavitque, coñentarios etiam auxit in poſterioribus editionibus A. * 1519. 1522. 1527. (in qua editione quarta primum Complutenſem ſe inſpexiſſe indicat) & 1535. Hinc inter opera Eraſmi recuſum Novum Teſtamentum cum ejus commentariis eſt Baſil. 1540. fol. atque nuper demum Lugd. Bat. 1705. fol. tomo ſexto: in qua nova & luculenta editione commentarii (quæ exſtant quoque in Criticis Sacris Anglicanis) non ut in ſuperioribus ſeparatim excuſa, ſed utiliſſimo inſtituto ſingulis ſtatim paginis N. T. ſunt ſubjuncta. Omitto Novum Teſtamentum cum Eraſmi verſione ſine commentariis recuſum ſæpiſſime variis in locis ut Baſil. 1553. 8. & 1558. 8. apud Nic. Bryling. Pariſ. 1543. 8. apud Carolum Gvillard Lipſ. 1582. 8. Gieſſæ 1669. 4.

Tertia Græca *Aldina* in editione eleganti Bibliorum Græcorum, quam dedit Aldus Venet. 1518. fol.

* Huic editioni præmiſſa Leonis X. approbatio.

Ab eo tempore ſecutæ editiones *Græcæ* Hagenoënſis A. 1521. 8.
Argentoratenſis per Wolfium Cephaleum 1524. 8.
Argentoratenſis altera, in Bibliis Græcis A. 1524. 8. ad Aldinam expreſſis.
Baſilieenſes 1531. 8. per Jo. Bebelium, & 1533. 8. apud Nic. Brylingerum, ad tertiam Eraſmi editionem.
Simonis t) Colinei Pariſ. 1534. 8. perquam nitida editio.
Baſileenſis apud Jo. Frobenium & Nicolaum Epiſcopium, Baſil. 1545. 4. typis Græcis majoribus atque luculentis.
Hervagiana ejusdem anni, in Bibliis Græcis Baſil. 1545. fol. ex Aldina edit.
Pariſienſes *Rob. Stephani* Patris 1546. 12. & 1549. 12. emendatiſſima, in qua nullum dicitur vitium typographicum exſtare: denique tertia major illa luculentiſſima cumveterum κεφαλαίων notatione Variisque lect. è XVI. Codicibus MSS. A. 1550. fol. typis Regiis.
Benedicti Prævotii. Pariſ. 1549. 12.
Pariſienſis Roberti Stephani filii 1569. 12. è typographia Regia, cum variis lectionibus ſelectis atque inſignioribus, editio nitida & emendatiſſima.
Jo. Criſpini itidem perquam elegans. Genev. 1553. 12.
Tigurina, nec ipſa contemnenda, apud Froſchoverum A. 1559. 8. additis Græce ſummaris rerum & ſententiarum quæ ſingulis capitibus continentur, variisque lectionibus.
Antvverpienſis apud Plantinum 1574. 16. cum privilegio Philippi II. Regis Hiſpaniæ.
Henr. Stephani A. 1576. 12. cum ejus diſſertatione de ſtylo N. T. & lectionibus atque interpunctionibus ſacri textus ex Bezæ editione.
Genevenſis A. 1587. 12. apud Euſtathium Vignon, cum Variis Lect. & Iſ. Caſauboni notis in loca quædam quatuor Evangeliſtarum Actorumque. Nam quæ idem vir doctus in Epiſtolas Apoſtol. ſcripſit, quærenda ſunt in Criticis ſacris Anglis. Fran-

t) Editio Colinæi in locis quibusdam è conjectura videtur eſſe emendata. Colomeſius in Bibl. ſelecta p. 97 de hac editione: *Cette edition a cecí de particulier, qu'elle eſt conforme à la Vulgate en pluſieurs endroits, même ou la leçon de la Vulgate eſt vicieuſe, comme en S. Jaques chapitre 3. verſet 5. Caſtalion dans la defenſe de ſa traduction de la Bible recommende cette edition, Beze au contraire dans ſa réponſe au Caſtalion n'en fait pas grand cas.* Colinæi exemplar, *dit-il p. 222.* non magni facio, quoniam reſcivi multa fuiſſe in eo à quodam alioqui Græci linguæ doctiſſimo ex ſolis conjecturis emendata. *Il la ſuit pourtant dans ſes notes ſur le verſet 18. du 2. chapitre de S. Jaques.* Vide ſis etiam Rich. Simonem lib. 2. Hiſt Crit. N. T. p. 284.

Francofurtenſis, in Biblis Græcis Wechelianis 1597. fol. typo luculento, cum Frid. Sylburgii, vel ut plerisque video eſſe perſuaſum Franciſci Junii, qui varias lect. ex editione Rob. Stephani filii A. 1569. 12. addidit. Recuſa hæc Francofurtenſis editio Venet. 1687. fol. apud Nicolaum Dulcem.

Genevenſis apud Petrum de la Roviere A. 1620. 4. typis majoribus, cum notis brevibus Joſephi Scaligeri in locos aliquot difficiliores.

Lugdunenſis apud Batavos A. 1624. 12. apud Elzevir. nitidiſſima editio.

Amſtelodamenſes, ſatis itidem nitidæ A. 1633. 12. apud Blavium, & 1641. 1656. 12. apud Elzevir. tum noviſſime apud Wetſten.

Roterodamenſis A. 1654. 12. apud Arnoldum Leers.

Londinenſis A. 1635. 8. cum notis Rob. Stephani, Joſ. Scaligeri, & Iſ. Caſauboni, atque Variis lect. ſelectis ad voluminis calcem. Poſt editionem 1622. 8. ex officina Jo. Billii.

Pariſienſis è Typographia Regia, A. 1642. fol. typis majoribus elegantiſſimis, cum Variis lect. ex editione Roberti Steph.

Argentoratenſes curante Jo. Henrico Bæclero, qui præter meliores editiones, etiam antiquis membranis uſum ſe fuiſſe teſtatur, è quibus & Euthalii prologum in Epiſtolas Pauli Græcè addidit. A. 1645. ex officina Jo. Phil. Mulbii 12. & 1660. 12.

Steph. Curcellæi, cum locis parallelis & Varis lect. Amſt. 1658. 8. & 1675. 1685. 8. Vide ſupra p. 183. ſeq.

Francofurtenſis per Rodolfum Leusdenium. A. 1692. forma majore octava. Noti quoque parentis ejus Jo. Leusdenii, viri de ſacrar. litterarum ſtudio præclare meriti editiones cum notatione 1900. verſiculorum in quibus ſolis ex 7959. verſiculis totius N. T. vocabula omnia univerſi N. T. reperiuntur.

Londinenſis A. 1700. 8. cum vocabulorum primitivorum notatione in ora libri.

Oxonienſis cum locis parallelis & Variis lect. longe pluribus, & per centum amplius Codices conquiſitis. A. 1675. 8. è theatro Sheldoniano. Recuſa hæc editio in Bibliis Græcis Lipſienſibus A. 1697. forma majore octava, & ſeparatim Halæ Sax. 1702. 8.

Oxonienſis major cum locis parallelis, Variis lect. ſelectis & ſcholiis Græcis quæ *Jo. Gregorius* è SS. Patribus & aliis ſcriptoribus Græcis collegit, & ipſo defuncto edidit ac recenſuit V. C. Jo. Erneſtus Grabe. A. 1703. fol. è theatro Sheldoniano. Nitida & inſignis editio.

Lipſienſes variæ, ut quæ minori forma ad Leusdenianam recuſa eſt cum

præfatione Rev.D.Adami Rechenbergii,tum illa quam ſummariis, locis parallelis locupletioribus,præcipuis Variis Lect. & chartis deniq; Geographicis ornatam dedit civis atque amicus noſter D. Jo. Georgius Pritius Lipſiæ 1703. 12. vulgata ſub idem tempus etiam erudita introductione in N. T. in qua pleraque quæ ad rem Criticam, Hiſtoriam, Chronologiam & Geographiam pertinent, breviter & perſpicue expoſuit.

Denique iterum celebranda *Jo. Millii* editio, ad illam Rob.Stephani quæ A. 1550. ſol. prodiit conformata, typis etiam majoribus & luculentioribus, locis vero parallelis & Variis lectionibus tanta induſtria ſex fere luſtrorum labore conquiſitis & annotatis, ut nihil hactenus ſimile Chriſtianus orbis viderit. Hoc opus inſtigante potiſſimum viro ſummo Eduardo Bernhardo ſuſceptum cum jam ante annos fere ſedecim typis exſcriptum eſſet, interim tamen per tantum temporis apud auctorem jacuit, deſtitutum prolegomenis, eruditorumque deſideria etiamnum forte moraretur, niſi benefico juſſu glorioſiſſimæ Reginæ ANNÆ, urgente potiſſimum Illuſtri Joanne Eboracenſi Epiſcopo auctor impulſus fuiſſet ad opus maturandum, quod uberrimis & doctiſſimis prolegomenis & ſubjuncto magno Variarum lectionum ſupplemento feliciter effecit, opere vix abſoluto paucis diebus poſt extinctus. Oxonienſem editionem luculentiſſimam auſpiciis primum Joannis Felli Epiſcopi, ſed illo cum vix ad caput XXIV. Matthæi proceſſum eſſet defuncto auctoris excuſum ſumtibus,& hoc anno 1707. fol. abſolutam,jam in Belgio minoribus typis in quarta ut audio forma recudunt Batavi, curam operis gerente Clariſſimo *Ludolpho Kuſtero*, qui pro ſua eruditione atque ingenio daturus eſt operam, ut quantum magnificentia hæc forte priori cedet, tantum præſtet aliis commodis & acceſſionibus. Unicuique libro ſacro Millius complura veterum teſtimonia præfixit.

Editiones Novi Teſtamenti cum Verſione una vel pluribus.

Quas hactenus recenſui editiones Novi fœderis, eas omnes Græcas fuiſſe lector intelliget,exceptis Complutenſi,& iis quas Eraſmus dedit, hæ enim quoniam omnium primæ fuerunt, primo etiam loco à me fuerunt commemorandæ. Nunc alias referre placet, quæ verſionem vel unam vel plures ſive latinas ſive alias cujusque linguæ habent adjunctas.

Pari-

Pariſienſis Græcolatina Roberti Stephani A. 1551. 12. prima fuit quæ capita in minutas ſectiones ſive verſiculos u) diſtincta habuit.

Cum verſione duplici, vulgata Veteri & nova *Theodori Bezæ* hujusque commentario, apud Rob. Stephanum. A. 1556. fol. atque inde 1580. 8. duobus Vol. & 1582. 1589. fol. in quibus editionibus plura retractavit, plurima etiam in noviſſima quinta A. 1598. fol. quæ deinde addito Joach. Camerarii commentario recuſa eſt Cantabrigiæ 1642. fol. Dedicavit opus Beza Eliſabethæ Angliæ Reginæ, ut Millius ſuum ANNÆ, quæ noſtro ſæculo Eliſabetham feliciter reddit ſuis Britannis. Reprehenditur Beza à Druſio, Heinſio, Grotio, Pricæo, Boiſio, Camerone, Lud. de Dieu, Eraſmo Schmidio & aliis non uno in loco. A. Rich. Simone quoque lib. II. Hiſt. Crit. N. T. cap. 25. 26. & III. 50. Nec immerito variis in locis, ut exiſtimo, reprehenditur. At plurima vicisſim præclare eum obſervaſſe, atq; erudite illuſtraſſe, iniquus ſit qui non fateatur. Etiam eodem Simonio teſte lib. III. Epiſt. 31. ſelect. p 216. doctiſſimi quique ſacrarum litterarum interpretes Romani Bezam non infrequenter deſcribunt. *Les plus habiles Commentateurs Catholiques Maldonat, Eſtius, Luc de Bruges & quelques autres ont copié Beze en pluſieurs endroits.* Sed

u) Inventi illius his verbis meminit filius H. Stephanus præfationes ad Concordantias Græcas Novi Teſtamenti. *Ultimum quod in litteras ſacras vel potius in earum lectores parens meus Robertus contulit beneficium, minus alios non fuiſſe qui judicent, non inſagaci eſſe judicio videntur. Id cujus honorificam mentionem facio beneficium illud eſt, quod quum Teſtamenti novi libri in tmemata quæ capita vulgo vocantur diviſi eſſent, ipſe horum tmematum unam quodque in tmemata diviſit, vel potius ſubdiviſit: quæ appellatione ab aliis magis quam ab ipſo probata verſiculi vocata fuerunt. Nam ipſi vel græca illa vox tmemata, vel latina quæ illi reſpondet, ſectiunculas nominare magis placebat. Illam enim veterem commatum in oratione appellationem (Ciceroni inciſorum) ad alium reſtringi uſum videbat. Verum ut hic paucis de nomine contentus ſim, at de re ipſa plura dicam, initium à duobus ſumam, quorum utrum magis mirari debeas dubitabis. Unum eſt quod Lutetia Lugdunum petens hanc quæ de agitur Capitis cujusque catacopen confecit, & quidem magnam ejus, inter equitandum, partem: alterum quod illum paulo ante de hac cogitantem plerique omnes incogitantem eſſe ajebant: perinde ac ſi in re prorſus inutili futura, ideoque non tantum nullam laudem conſecutura ſed in deriſum etiam ventura ponere tempus atque operam vellet. At ecce contra eorum damnatricem inſtituti patris mei opinionem, inventum illud ſimul in lucem ſimul in omnium gratiam venit: ſimulque in tantam autoritatem, ut quaſi exantlora entur aliæ Teſtamenti Novi ſive Græcæ, ſive latinæ, ſive Gallicæ, ſive Germanicæ, ſive in alia vernacula lingua editiones, quæ inventum id ſequutæ non eſſent.*

in hoc humani aliquid paſſus Beza eſt, quod acerbe nimis inſectat⁹ fuit alterum ſacrarum litterarum interpretem non minus eruditum Caſtellionem. Eraſmo quoque iniquior fuit, unde Heinſius in Apologia contra Crojum, p. 5. *Joſephus Scaliger Bezæ amiciſſimus qui eum fratris inſtar coluit, neque hilarior unquam fuit quam cum Bezæ ſui meminiſſet, interim frequentius eum quam vellet ab Eraſmo diceſſiſſe judicabat: quod & acerbius ſubinde ab eo factum vidi qui nollent, ut cum ineptire eum dixit non ſemel; de quo tamen ad invidiam prope alibi:*

Eraſmus ille, quo fatentur plurimi
Nihil fuiſſe, nec futurum doctius.

In verſione Bezæ præcipue carpi ſolet, quod nimis ſuperſtitioſe verſetur in exprimendis articulis & verborum compoſitorum etymologia, etiam ubi nulla ἐυφωνία apparet.

Cum verſione latina Bezæ, & Syriaca veteri, Hebraicis deſcripta litteris, addita Immanuelis Tremellii latina interpretatione. Apud H. Steph. 1569. fol.

Cum verſione Eraſmi per *Matthium Flacium* emendata, & ejusdem Flacii commentariis. A. 1570. fol.

Cum verſione latina & D. Lutheri Germanica. In Bibliis quadrilingvibus Davidis Wolderi. Hamb. 1596. fol.

Cum verſione interlineari *Ariæ Montani*. Ex officina Commelini 1599. 8. & Genevæ 1622. 12. & ad calcem Hebr. Bibliorum ab eodem Aria cum verſione interlineari adornatorum. Antvverp. 1571. fol. recuſorumque Lipſiæ non inelganter 1657. fol.

Cum verſionibus undecim, *Syriaca*, *Hebraica*, *latina*, *Germanica*, *Bohemica*, *Italica*, *Hiſpanica*, *Gallica*, *Anglica*, *Danica*, *Polonica*, curante *Elia Huttero*. Norimb. 1599. fol. duobus Volum. Idem Hutterus etiam lectiones Evangeliorum & Epiſtolarum anniverſarias vulgavit Græce, Hebraice, latine & Germanice id. 1601. 8.

Cum verſione latina & Germanica, edente *Eilhardo Lubino*. Roſtoch. 1614. 4.

Cum verſione Eraſmi interpolata per *Matthiam Hafenrefferum*. Francof. 1618. 4.

Cum verſione *GræcoBarbara Maximi Margunii* Calliopolitani Genev. 1638. 4. duobus Vol. typis majoribus nitidisque. GræcoBarbaram hanc N. T. verſionem nuper recenſuit atque ſeparatim minori forma edidit cum in Anglia verſaretur *Seraphim* Hieromonachus

chus Mytilenæus, Lond. 1703. 12. cujus eruditi & humaniſſimi Viri dono utor. Recudi jam dicitur eadem verſio Halæ Saxonum.

Cum verſione latina Veteri, & interlineari nova Ariæ Montani: *Syriaca* item & *Arabica*, atque *Æthiopica*, quibus ſingulis latina verſio adjuncta eſt. Tomo quinto Bibliorum polyglotton Londinenſium Briani Waltoni. 1657. fol. Syriaca & Arabica occurrunt etiam in Polyglottis Pariſienſibus 1645. fol. Syriaca litteris Syriacis & Hebraicis deſcripta in Polyglottis Regiis Antvverpienſibus A. 1581. fol.

Græcè cum verſione D. Lutheri Germanica & præfat. Jo. Winkleri ἐν μαχαίρᾳ. Luneburg. A. 1702. 8.

Prætereo editiones Græcolatinas librorum N. T. haud omnium, ut Evangeliorum & Actorum cum verſione Vulg. & Bezæ commentariisque ſelectis à Balduino Walæo Lugd. Bat. 1653. 4.

Matthæi, Lucæ, capitum X. XI. Joannis, Actorum, Capitum XII. prioris ad Corinthios, & Epiſtolarum 1. & 2. ad Timotheum ad Titum & Philem. Jacobi item trium Joannis & Judæ cum notis eruditis Jo. Pricæi. Lond. 1660. fol. inter Criticos ſacros.

XVIII. *Verſiones Novi Teſtamenti.*

Pleniorem verſionum Biblicarum atque adeo librorum novi fœderis quoque notitiam haurire licebit lectori è Chriſtiani Kortholti ἐν μαχαίρᾳ libro erudito de variis Scripturæ editionibus Kil. 1686. 4. Jacobi Uſſerii Hiſtoria dogmatica de Scripturis & ſacris vernaculis cum auctario viri doctiſſ. H. Warthoni Lond. 1689. 4. & è Rich. Simonis Hiſtoria Critica N. T. libro ſecundo ac novis ejusdem in Hiſt. N. T. Obſervationibus. Jam olim ſcripta Apoſtolica in omnes fere omnium gentium linguas translata eſſe teſtantur Euſebius Orat. de laudibus Conſtantini p. 662. Chryſoſtomus homil. LXXXI. in Matth. XXVI. p. 845. (ubi Perſas, Indos, Scythas, Thraces, Sauromatas, Mauros & Britannicarum memorat incolas inſularum) & Homil. I. in Joannem p. 13. Theodoritus V. Therapevt. p. 81. (ubi mentio linguæ Romanæ, Ægyptiæ, Perſicæ, Indicæ Armenicæque, Scythicæ atq; Sauromaticæ) & Anaſtaſius Sinaita In Hodego c. XXII. p. 339. Sed in præſenti ſuffecerit mihi brevem quandam verſionum N. T. quæ exſtant veluti indicem ſubjicere, ordine litterarum.

Ægyptiaca ſive *Coptica* MSta exſtat in Bibl. Vaticana, in Pariſienſi Regis Galliæ & in Bodlejana, è qua loca quædam produxit qui editionem ejus moliebatur Tho. Mareſchallus in notis ad verſ. Gothicam.

Vide

Vide Kircheri prodromum Coptum c. VIII. qui ante annos mille & trecentos conditam exiſtimavit, Simonii Hiſt. Crit. N. T. lib. 2. p. 190. ſeq. Hottingeri faſciculum p. 188. ſeq. Epiſtolas Huntingtonianas p. 16. ſeq. Capita quædam hujus verſionis deſcripſit & ad editionem cum verſione & notis paravit redux nuper ex Anglia Clariſſ. Hofmannus Plœnenſis.

Æthiopica * prodiit Romæ Ao. 1548. ſeq. præmiſſa Euſebii Epiſtola ad Carpianum & Canonibus Evangel. apud Valer. & Ludovicum Doricum Fratres Brixianos. Ex mutilo facta exemplari, cujus lacunas Petrus Teſfa Tziionus Æthiops è Græcis & latinis exemplaribus explere coactus fuit. Hanc editionem recuderunt Londinenſes in opere Polyglotto, retentis mendis veteribus & novis ſuperadditis, judice Jobo Ludolfo comment. ad Hiſt. Æthiop. p. 298. Idem Ludolfus præf. ad Lexicon Æthiop. *Æthiops meus in multis verſionem editam differre ajebat ab exemplaribus MStis patriæ ſuæ.* Joannem Poſtkenium præpoſitum Eccleſiæ S. Georgii Coloniæ curatorem editionis Romanæ male facit Imbonatus Bibl. latino Hebraica p. 417. Recenti ætate Ludovicus Caldeira & Ludovicus de Azevedo Luſitani è Soc. Jeſu Novum teſtamentum Amarana lingua verterunt teſte Philippo Alegambe & Nic. Antonio.

Anglicæ verſiones Bibliorum quam plurimæ exſtant, de quibus Matthæus Polius in prolegomenis ad noviſſimam Jacobi I. Regis juſſu & auſpiciis adornatam & A. 1612. primum editam, quam cum commentariis ſuis vernaculo idiomate edidit Lond. 1688. fol. operi nondum abſoluto immortuus. Vide etiam, ſi placet, de illa verſione Jo. Durellum in hiſtoria rituum Angliæ p. 215. & documenta ad Gvil. Burneti Hiſtoriam reformationis Angliæ p. 213. ſeq. edit. Francof. Galteri Delæni, Henrici VIII. biblioſcopi verſionem N. T. allegat Tho. Gataker[u] p. 447. Adverſar. edit. Lond. Omitto antiquiores, quas memorari non proferri in lucem videas Bedæ, Alfredi & quæ in Bibliothecis Angliæ adhuc MSS. occurrunt ſub x) nomine Wicleſi &c.

Anglo Saxonica verſio antiqua quatuor Evangeliorum charactere Angloſaxonico excuſa Londini A. 1671. 4. cura Matthæi Parkeri ArchiEp. Cantuarienſis & Jo. Foxi. Deinde emendatius, ad latus verſionis priſcæ Gothicæ, cum animadverſionibus eruditis Tho. Mareſchalli. Dordraci 1665. Amſt. 1684. 4. *Arabi-*

* Hanc & plures alias rariores N. T. editiones verſionesque evolvere mihi licuit in Bibliotheca collegæ mei honoratiſſ. conjunctiſſimique Jo. Frid. Winckleri. Alexandrini Codicis lectionibus congruere Æthiopicam obſervat Millius in prolegom. ad N. T. p. 121.

u) Wicleſi non eſſe, contendit Warthonus ad Uſſer. de Scripturis vernac p. 426, licet à Wicleſo Anglice translatas eſſe S. Scripturas neutiquam dubitat.

Arabica tres diverſæ N. T. verſiones exſtant, una quæ reliquis præſtat, à Tho. Erpenio ex MSto Leidenſi edita Ao. 1616. 4. Altera è Gabr. Sionitæ recenſione legitur in Polyglottis Pariſienſibus, atque inde in Londinenſibus. Tertia ab hac parum diſtans, vulgataque omnium prima Romæ A. 1591. fol. Addi poteſt etiam quarta in Bibliis Arabice juſſu congregationis de propaganda fide editis ibid. 1671. fol. 3. Vol. quam ſubinde ad Vulgatæ verſionis lectiones interpolatam eſſe indignatur Simonius.

Armenica quam Uſcanus Epiſcopus Vuſchvaanchæ, juſſu Jacobi Caractri Patriarchæ Armenorum & Concilii ab ipſo A. 1662. congregati ſeparatim Amſtelodam. 1668. 8. & in Bibliis integris Armenice 1666. 4. excudi curavit, cum ſacrorum librorum codices in Armenia rariſſimi eſſent & jam 500. Joachimicis venderentur, nec parum inter ſe diſcreparent. Confer Rich. Simonis Hiſt. Criticam religionis Orientalium p. 137. ſeq. & lib. 2. Hiſt. Crit. N. T. p. 196. ſeq. Antiquam verſionem Armenam non à Chryſoſtomo ut vulgo tradunt vel Gregorio primo Patriarcha, ſed Chryſoſtomi tempore à diſcipulis Iſaaci Patriarchæ Armeni Moſe Grammatico, Davide Philoſopho & Mampræo cnncinnatam tradit Clemens Galanus lib. I. c. VII. p. 63. ſeq.

Belgica verſiones variæ exſtant, ſed reliquis facile præfertur quæ à viris doctiſſimis juſſu potentiſſimorum Ordinum compoſita, notisq; inſignibus illuſtrata prodiit primum A. 1637. fol. De hac aliisq; interpretationibus Belgicis ſacrorum librorum vide ſis Jo. Leusdenii Philologum Hebræo mixtum p. 70 ſeq. & Rev. Henricum Ludolfum Benthemium in libro de ſtatu Eccleſiarum & Scholarum Belgicarum capite VII.

Bohemica exſtat in Novo Teſtamento Polyglotto Eliæ Hutteri & in Bibliis Bohemicis Ao. 1596. 1613. excuſis. Joannis Huſſi verſio Bohemica perſtringitur à Melch. Inchofero in Hiſtoria ſacræ latinitatis p. 264.

Danica verſiones duplices exſtant: vel quæ è fontibus * à Joanne Paulo Reſenio Selandiæ Epiſcopo fuit compoſita, ac deinde à Jo. Svaningio emendata; vel quæ è Germanica D. Lutheri interpretatione profluxerunt. De utrisque conſules Theologos inſignes Kortholtum lib. de variis Biblior. editt. capite XXVIII. & Jo. Wandalinum in Epiſtola ad Magnificum D. Mayerum quam hic verſionis Lutheri Hiſtoriæ p. 68. ſeq.

* De Jo. Stenbuchii examine verſionis Danicæ N. T. adi Nova litteraria maris Baltici A. 1705. p. 178. & Acta Erud. 1706. p. 342.

inſeruit. De Reſeniana vide ſis etiam Jo. Mollerum V. C. in Hypomnematis ad Albertum Bartholinum de ſcriptis Danorum p. 297.

Eſthonica habetur interprete Goſekenio. Quin imo duplici lingua Eſthonica atque Lettica quæ in Livonia obtinent, Novum Teſtamentum, ſed & univerſus ſacer codex prodiit auſpiciis Regis Sveciæ glorioſ. memoriæ Caroli XI. & curâ D. Jo. Fiſcheri & μακαρίτου Livoniæ tum Superintendentis Generalis. Rigæ, 1685. & 1686. 4.

Finnica ſive *Finnonica* N. T. verſio interprete *Mich. Agricola* Rectore Scholæ Aboënſis prodiit Holmiæ 1548. teſte Baazio & Meſſenio apud Scheferum. Integer deinde Bibliorum Codex illa lingua translatus curante *Æſchillo Petræo* Holmiæ 1642. fol. apud Henr. Kayſer, cum præfat. Petræi & aliorum trium Profeſſorum Academiæ Aboënſis.

Gallicæ verſiones N. T. enumerare difficille eſt. Itaq; de antiquioribus à ſæculo usq; XIII. videat lector quæ Simonius, Elias du Pin, aliiq; obſervarunt. Recentiores ſunt 1) *Franciſci Veroni* qui Lovanienſium interpretationem interpolavit. A. 1646. 2) *Michaëlis de Marolles*, Eraſmum potiſſime ſecuti A. 1649. 1653. 1655. 3) *Dionyſii Ameloti* (x Oratorii D. J. presbyteri, cum notis Criticis A. 1666. & 1688. 4. 4) *Iſaaci le Maiſtre de Sacy*, ejusque ſociorum & hyperaſpiſtarum *Foſſei* & *Arnaldi* A. 1667. quæ vulgo venit nomine verſionis Janſeniſtarum vel Montenſis, ac ſæpiſſime recuſa eſt, & graviſſime impugnata, y) nec trepide defenſitata. 5) *Antonii Godelli* A. 1668. quæ paraphraſis potius eſt ſive ut ab auctore ipſo vocatur verſio explicata. 6) *Dominici Bohurii* S. I. A. 1693. & 1703. 7) *Caroli Hurei* Profeſſoris emeriti Pariſ. cum notis A. 1702. 12. quatuor Volum. 8.) *Rich. Simonis* z) cum notis Criticis. Trivultii 1702. 8. duobus Vol. 9) *Joannis Clerici*, una cum commentario. Amſt. 1703. 4. 10) *Davidis Martini* qui Genevenſem Bibliorum verſionem emendavit notasque addidit. Amſt. 1706. fol.

Germanica vel ante D. Lutherum noſtrum prodierunt, vel eum ſunt ſubſecutæ. Antiquiſſimis interpretibus N. T. accenſendus venit *Otfri-*

x) Animadverſiones in hanc verſionem à Claudio Bruſſono editæ ſunt Delphis Batavor. 1697 12.

y) Vide Acta Er. A. 1686. p. 201. ſeq. & Rev. D. Jo. Frid. Mayeri Eccleſiam Papæam Lutheranæ Reformationis Patronam & clientem p. 90. ſeq. Paſchalius vero Quesnellius verſionem illam Montenſem fere eſt ſecutus in præclara ſua edit. N. T. obſervationibus Moralibus illuſtrata.

z) Condemnata eſt Simonii verſio à Cardinali Noallio ArchiEp Pariſ. & Boſſveto Epiſcopo Meldenſi. Defenſitavit ſe auctor in remonſtratione adverſus Cardinalem, & lib. III. Epiſt. ſelect. p. 260 ſeq. Vide etiam ſis quæ in verſione illa reprehenduntur in Memoriis litterar. Trivult. 1702. part. I. p. 383. ſeq. edit. Amſt.

Otfridus qui ſub Lothario Imp. Evangelia verſibus Theotiſcis reddidit, editus ſed mendoſe admodum a) à Flacio Baſil. 1541. 8. Tum qui *Tatiani* Harmoniam veteri lingua Theotiſca convertit, Otfrido non valde ut videtur junior, vulgatam cum perſpicua verſione & eruditis notis à Clariſſimo Jo. Philippo Palthenio, Gryphiswvaldiæ 1706. 4. De Bibliis Germanicis ante Lutherum impreſſis tum etiam de MSS. quibusdam & de verſione ipſa laudatiſſima *Lutheri*, ejusque variis editionibus, translationibusque adire operæ pretium eſt Hiſtoriam ejus verſionis ſcriptam à Rev. atque Magnifico D. Jo. Frid. Mayero. Hamb. 1701. 4. Neque aliud habeo quod in præſenti addam ejus obſervatis, quam Novum Teſtamentum è Lutheri verſione in Judæorum gratiam laudabili inſtituto litteris editum eſſe Hebraicis à M. Chriſtiano Mollero Paſtore Eccleſiæ Sandovienſis. Francofurti ad Oderam 1700. 4. Poſt Lutherum Germanice vertit libros Novi fœderis, (ne de Johannis Evangelio per *Nic. Crumbachium* Germanice A. 1522. Lipſiæ vulgato, aut Epiſtolis & Evangeliis annuis Ao. 1641. à Georgio Holzajo S. I. illuſtratis dicam) *Hieronymus Emſerus* Dreſd. 1527. Tubing. 1534. 8. & in Bibliis Germanicis Jo. Eccii 1537. 1558. 1602. fol. Tota quoque Biblia Germanica *Jo. Dietenbergius*, transtulit A. 1534. fol. qui & ipſe in N. T. inſiſtit veſtigiis b) Emſeri. Poſtea A. 1582. *Caſpar Ulenbergius*, & deniq; A. 1662. *Theologi Moguntini*. E Reformatis præter Bibliorum interpretes *Tigurinos* A. 1525. & *Jo. Piſcatorem* Herbonenſem A. 1604. 4. Novum Teſtamentum Germanice transtulit *Amandus Polanus* Baſil. 1603. 8. & non ita pridem *Jo. Henricus Reitze*, Offenbaci 1703. atq; iterum 1706. 8. E noſtris quoq; nuper *Caſpar Erneſtus Triller* novam verſionem dedit Græcis etymologiis, conſtructionibus, temporibusque contentioſius inhærentem, quam propterea ſplendido titulo inſcripſit eine mit dem Grundtext genauer übereintreffende Uberſetzung des Neuen Teſtaments. Amſt. 1703. 8. Germanicis verſibus totum N. T. A. 1675. 8. Stendaliæ expreſſit *Daniel Bernhardi*, Superintendens vet. Marchiæ Generalis hoc ipſo anno 1707. nonagenario propior defunctus. Notum deniq; eſt à Socinianis duplicem verſionem N. T. Germanicam editam eſſe, unam quidem plerisque ex illorum cœtu probatam, *Racovienſem* A. 1630. 8. auctoribus Chriſtoph. Oſtorodo, Joach. Stegmanno, Jo. Crellio &c. alteram privato auſu compoſitam à *Jeremia Felbingero* Amſt. 1660. 8.

a) Meliorem editionem quam à Lambecio & nuper à Jo. Schiltero τῷ μακαρίτῃ incaſſum exſpectavimus, utinam publico tandem impertiant qui bene poſſunt nobiliſſimi Viri Frid. Roſtgaardus vel Thedoricus von Stade.

b) Vide D. Mayeri Eccleſ. Papæam &c. p. 82.

Gothicam verſionem quatuor Evangeliorum auctore ut creditur c) *Ulphila* (licet aliud nuper viſum præſtantiſſimo Hickeſio) ex argenteo codice qui in Bibl. Upſalienſi aſſervatur deſcripſit & gloſſario notisque illuſtravit Franciſcus Junius fil. In lucem edita eſt litteris Gothicis, addita verſione Anglo Sax. & notis Tho. Mareſchalli Dordrac. 1665. Amſt. 1684. 4. Deinde latino typorum charactere excudi curavit & verſionem Islandicam notasque addidit Georgius Stiernhelmius Holmiæ 1671. 4.

Græcobarbaram Maximi Margunii verſionem N. T. jam memoravi ſupra p. 190. Recordor etiam me legere latinam vulgatam N. T. interpretationem exſtare redditam Græce, perinde ut olim verſionem latinam V. T. quam ex Hebræo concinnaverat S. Hieronymus ſua jam ætate Græce translatam à Sophronio refert in Catalogo c. 134. & lib. 2. in Rufin. Referri etiam hoc loco poſſunt qui Paraphraſi Græca poëtica libros Novi Teſtamenti reddiderunt, ut Evangelium Joannis Nonnus qui ſæculo quinto Chriſtiano ſcripſit, & lectiones Evangelicas atque Epiſtolicas avorum noſtrorum memoria Jo. Poſſelius.

Hebraica verſio exſtat in N. T. polyglotto Eliæ Hutteri. Ut omittam MStas quas viri docti laudant N. T. interpretationes & duplicem verſionem Hebraicam Matthæi de quibus ſupra pag. 126. & verſionem Hebraicam Epiſtolæ ad Hebræos à Münſtero editam, aliamque recens elaboratam à Frid. Alberto Chriſtiano ex Judæo æditamq; Lipſ. A. 1676. 4. cum præfatione Theologi inſignis Jo. Benedicti Carpzovii, qui Munſterianã in Codice ſuo non reperit, itaq; parum abeſt quin neget editam eſſe. Sed eſt mihi editio Matthæi Hebraici Munſteriana Baſil. 1557. 8. in cujus calce Epiſtola ad Hebræos latine & Hebraice legitur. Lectiones Epiſtolarum & Evangeliorum Hebraice editæ ſunt ab eodem Elia Huttero, ſed dictionem in illa verſione haud ſatis caſtigatam obſervat Imbonatus Bibl. Hebræolatin. p. 38. Ibidem lego Erhardum Schiggium Stekboræum Helvetium Evangelia Joannis & Lucæ Hebraica verſione donaſſe. Memorat & p. 50. Friderici Petri Evangelia anniverſaria Hebraice converſa Antvverp. 1581. 8. Georgii Mayeri è Soc. JEſu Novum Teſt. Hebraice verſum cujus mentionem facit Ribadeneira, editum eſſe haud exiſtimo. At D. Lutheri verſionem Germanicam N. T. litteris Hebraicis excuſam nuper prodiiſſe, dixi paulo ante in verſionibus Germanicis. Lectiones quoque anniverſarias Evangeliorum Hebraice edidit Gvil. Robertſonus. Lond. 1661. 8. *Hiber-*

c) Vide Baazii inventar Eccleſ. SveoGothor. p. 86, & Georgii Frid. Heupelii eruditam diſſ. de Ulphila Witeb. 1693. 4.

Hibernica N. T. verſio interprete Gvil. Daniele lucem vidit auſpiciis Wilhelmi Uſſerii equitis aurati, Lond. 1602. 4. recuſa ibid. 1681. 4. Confer Arnoldi Booti indicem auctorum animadverſionibus ſacris præmiſſum, vocabulo *vernacula*, & de Hibernica verſione V. T. quam à Kingo adornari curavit Gvil. Bedellus Kilomorienſis Epiſcopus, Gvil. Burnetum in Bedelli vita p. 120. ſeq. & Simonium lib. 2. Hiſt. Crit. N. T. p. 516. ſeq.

Hiſpanica quæ Eliæ Hutteri N. T. polyglotto inſerta eſt auctorem habet Caſſiodorum de Reyna, qui tota Biblia transtulit Baſil. 1569. 4. Novum Teſt ex eadem verſione paululum mutata recuſum A. 1596. ut Cypriani de Valere Biblia Hiſpan. Amſt. 1602. & Novum Teſt. ſeparatim A. 1625. Exſtat & verſio Hiſpanica N. T. interprete Franciſco Dryandro ſive de Enzinas (de Aquifolio) A. 1542. & Joannis Pereſii Venet. 1556. De antiquioribus verſionibus Biblicis Hiſpanicis videri poſſunt Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpana veteri T. 2. p. 57. 259. &c. & Rev. Caſpar Lindenbergius in erudita Epiſtola d) de non contemnendis ex lingua Hiſpanica utilitatibus Theologicis.

Hungarica N. T. interpretatio prodiit Oppenheim. 1612. 8. Amſt. 1646. 12. & univerſorum Bibliorum, Caſparo Carolo interprete Herborn. 1686. 8. Exſtat & verſio Georgii Kaldi Soc. Jeſu, Viennæ 1626. fol. Idem Kaldus A. 1629. etiam Evangelia & miſſas per annum legi ſolitas Hungarice vulgavit.

Islandica verſio Evangeliorum edita eſt à Clariſſ. Stiernhielmio una cum Gothica verſione, de qua ſupra dixi, Svecica item ac latina. Ceterum de Islandica duplici totius S. Scripturæ editione Ao. 1584. & 1644. excuſa videndus Jo. Mollerus V. C. in Hypomnematis ad Albertum Bartholinum de ſcriptis Danorum p. 227.

Italica verſiones N. T. quæ hodie legi ſolent vel Antonio Brucciolo debentur ex edit. Bibliorum Veneta 1538. 4. vel Joanni Diodato Genev. 1607. 1641. fol. vel alterutram harum interpolatam referunt, ut Brucciolanam quidem editio N. T. Veneta 1542. 1552. 1562. Lugd. 1596. &c. Antiquior eſt Nicolai Malermi Abbatis Benedictini, paucis viſa, quam excuderunt Veneti A. 1471. 1477. 1507. 1541. Ne dicam de Bibliis Italice excuſis juſſu Sixti V. A. 1589. ſed mox iterum ſuppreſſis, de quibus Gregorius Leti in vita Sixti V. parte 3. libro IV. p. 385. ſeq.

d) Legitur in Novis litterariis maris Baltici A. 1702. menſe Octobri p. 301. ſeq.

Lapponica lingua vidi Evangelia atque Epiſtolas Dominicales excuſas in manuali Lapponico Jo. Tornæi. Holm. 1648. forma octava majore, ſumtu Regio.

Latinæ verſiones Bibliorum atque adeo N. T. vel antiquæ ſunt vel novæ. Antiquæ fuerunt innumeræ, ut ex Hieronymo & Auguſtino multi annotarunt. Præ ceteris probata fuit quæ vetus *Italica* e) appellata eſt, ut verborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Hujus ſpecimen Evangelium Matthæi edidit Jo. Marcianæus Pariſ. 1695. 12. Et totius fere Novi Teſt. verſio ante Hieronymiana reſtitui poſſet è Codice antiquiſſimo Bezæ & altero Regio Pariſ. vel Claromontano. Equidem quæ veteres illas ſecuta eſt *Hieronymiana*, omnium fere priorum uſum ſenſim abolevit, itaque hac uti non dubitarunt, ſi non Auguſtinus ipſe, f) certe Salvianus, Eucherius, Proſper, Fulgentius, Junilius, Petrus Chryſologus, Gregorius M. g) &c. Eadem hodie venit nomine verſionis vulgatæ, cujus editio antiquiſſima eſt A. 1462. ** quam deinde ſecutæ ſunt Moguntina A. 1472. Norimbergenſis 1475. Antvv. 1487. Colonienſis 1479. Veneta 1497. aliæque innumeræ. In emendando latino interprete poſt Vallam & Eraſmum ſuis in N. T. annotationibus, diligenter verſati ſunt quorum præ ceteris probandæ editiones Rob. Stephanus, Lucas Brugenſis, Lovanienſes Theologi, & Sixtus V. ac Clemens VIII. Pontifices. h) Luculenta quoque editio Regia Pariſ. 1642. fol. typorum charactere majore octo voluminibus. Veterem verſionem interpolarunt Iſidorus Clarius 1542. Renatus Benedictus, 1558. Lucas & Andreas Oſiandri 1592. 1600. & Paulus Eberus 1574.

Inter

** Hanc editionem Joannes Fauſtus & Petrus Schefer pararunt Moguntiæ & tanquam ſcripta manu eſſent vendiderunt ejus exempla Pariſiis pretio 60. coronatorum. Hinc ex multitudine illorum in ſuſpicionem artis Magicæ venerunt, donec comperto typographiæ artificio, ſententia Parlamenti fuerunt abſoluti. Vide Serarium rerum Moguntinar. lib 1. & Chevillierum in originib. typographiæ Pariſ. part. 1. c. 1.

e) Vide P. Pithœum de latinis ſacror. Biblior. interpretibus, p. 5. ſeq. Opp. Pariſ. 1609 4.

f) Auguſtinum Hieronymi verſione uſum in ſpeculo & alibi notat Jo. Morinus Exerc. Bibl. p 481. ſeq. & Marcianæus prolegom. ad Bibl. divinam Hieronymi §. 4. Sed Auguſtini ſpeculum interpolatum eſſe contendit Rich. Simon in Critica ſive Cenſura Bibl. Hieronymianæ p. 16. ſeq.

g) Gregorius M. præf. in Moralia: *Sedes Apoſtolica cui præſideo utraque editione utitur*, (veteri Italica & Hieronymiana.)

h) Perquam nitidæ ſunt ſed non minus raræ hæ editiones (prima Sixti præcipue) excuſæ in urbe Roma typis majoribus. 4 & fol. Quoniam autem in poſteriore Clementis editione multa emendata atque aliter poſita fuerunt quam in Bibliis Sixtinis, hinc Tho. Jameſius libellum quo utramque inter ſe contulit inſcripſit bellum Papale. Lond. 1600. 4.

Inter recentiores *Laurentius Valla* Novi Teſt. verſionem edidiſſet teſte Eraſmo, ni à Pontifice fuiſſet prohibitus. *Jacobus Faber* Stapulenſis non modo vulgatâ IV. Evangeliorum verſionem aſteriſcis & obeliſcis diſtinctam ad Græca exegit, ſed & Epiſtolas Pauli dedit ex duplici verſione, veteri & ſua recens elaborata, additis commentariis. Eodem tempore Novum Teſt. vertit præter *Complutenſis* curatores editionis *Eraſmus* A. 1616. Hic ſuam verſionem ſæpius, ut ſupra notare me memini emendavit & Matthiam Flacium A. 1570. ac Matthiam Hafenreffer um Ao. 1614. interpolatores eſt nactus. Biblia univerſa transtulit *Santes Pagninus* Lugd. 1528. Pagninum interpolavit *Arias Montanus* concinnata verſione interlineari A. 1571. Ante Montanum *Tigurini* A. 1543. & *Seb. Caſtellio* A. 1550. tota Biblia transtulerunt cujus poſterioris verſio emendatior recuſa eſt A. 1573. & cum defenſione verſionis N. T. contra Bezam, Lipſiæ 1698. fol. De *Bezæ* interpretatione ſupra dixi, præter quam memorandus etiam *Eraſmus Schmidius* qui A. 1658. N. T. à ſe translatum cum commentariis dedit in lucem, & qui libros ſacros univerſos de integro latine reddidit operi immortuus præclarus doctor *Sebaſtianus Schmidius* Argent. 1694. 4.

Paraphraſin latinam N. T. Eraſmo debemus, & qui Hammondi paraphraſin ex Anglico latine vertit, atque Harmoniæ ſuæ Evangelicæ paraphraſin & ipſe ſubjecit, Joanni Clerico V. C.

Metaphraſin Poëticam Evangeliorum, ne de Sedulio & Probæ Faltoniæ centonibus dicam, verſibus latinis jam olim dedit Juvencus, Actorum Apoſtolicorum Arator: at Epiſtolarum Paulinarum Metaphraſin Elegiacam Franciſcus Bonadus Augeriæ presbyter Baſil. 1537. 8.

Lettica & Livonica. Vide ſupra in *Eſthonica.*

Lituanica Biblia interprete Samuele Boguslao Chylinski Lituano lucem viderunt Lond. 1660. Quod vero Micrælius in Hiſt. Eccleſ. p. 778. Nicolaum quoque Radzivilium Olicæ Ducem qui A. 1565. obiit Biblia in Lituanicam linguam transferenda curaſſe ſcribit, de Polonica videtur eſſe accipiendum, de qua infra. Differt autem Lituanica dialectus à Polonica, Servica, Bohemica, Croatica &c. ut Gallica ab Italica & Hiſpanica, vel uti Eſthonica differt à Finnonica & Lapponica.

Luſitanica verſio N. T. juſſu Illuſtris & præpotentis Societatis Belgicæ commerciorum quæ in Indiam Orientalem exercentur edita eſt Amſterod. 1681. 4. recenſita à Bartholomæo Heynen & Joanne de Vooght.

Malai-

Malaica lingua Novum Teſtamentum reddidit Daniel Brouverius A. 1668. 4. Evangelium quoque Matthæi à Joanne van Haſel Malaice verſum memoratur in verſionibus centum Orationis Dominicæ junctim editis.

Moſcovitica. Vide infra *Ruſſica*.

Perſica Evangeliorum verſio duplex typis exſcripta exſtat, una è Græco compoſita circa A.C. 1341. & è tribus MSS. cum verſione *Abrahami Wheloci* Prof. Cantabrig. & notis ob fatum auctoris non ultra caput XVII. Matthæi deductis Lond. 1657. fol. Altera facta è Syriaco & cum verſione *Davidis Clerici* & *Thomæ Gravii* notis vulgatum tomo quinto operis Biblici polyglotti Waltoniani. Confer de hac verſione Simonium 2. Hiſt. Crit. N.T. p. 7. & 205. & Hottingeri fasciculum p. 112-227. De Hiſtoria JESU CHRISTI & Hiſtoria Petri quam in gratiam Echebaris magni Mogoris Perſice condidit *Hieronymus Xaverius*, dixi in Codice Apocrypho N. T. pag. 381. & 828. ſeq.

Polonice libros S. Scripturæ primus reddidit Jo. Leopolienſis teſte Staravolſcio de ſcriptoribus Polon. p. 79. Hieronymi Leopolitani circa A. C. 1536. clari verſionem celebrat Sixtus Senenſis. Sed celeberrima ſunt Biblia auſpiciis Nicolai Radzivilii i) Ducis Olicenſis edita Breſtiæ in Lituania, 1663. fol. Recuſa Dantiſci 1632. Amſt. 1660. 8. Novum Teſtamentum quoque Thorun. 1585. Amſt. 1686. 8. Simonis Budnæi anti Trinitarii verſio Bibliorum Polonica prodiit in Lituania A. 1572. 4. Novum Teſt. è verſione Martini Czedrovii Ao. 1577. 4. & Valentini Smalcii Racov. 1620. 12. Denique verſio Bibliorum è verſione Jacobi Wiecii è Soc. Jeſu, Cracov. 1599. Idem Wiecus teſte p. 392. Sotvvello, Harmoniam quoque Evangelicam Janſenii, Evangelia & Epiſtolas anniverſarias, præterea N. T. cum argumentis capitum notisque Polonice verſa prælo dedit. Eodem tempore Juſtum Rabum ex eadem ſocietate Polonicam Bibliorum translationem concinaſſe Sotvvellus memorat.

Ruſſica ſive Moſcovitica verſio Bibliorum prodiit Oſtroblæ A. 1581. fol. Exſtat quoque Novum Teſtamentum ſeparatim typis exſcriptum. Codicem ante 400. annos manu exaratum memorat Stephanius notis ad Saxonem Grammaticum p. 11. Vide & de hac verſione Simonium lib. 2. Hiſt. Crit. N. T. p. 223. ſeq. & Jo. Sauberti prolegomena ad Varias lectiones Evangelii Matthæi p. 46. ſeq. Novam verſionem

i) Confer Bælii Lexicon in *Radzivil*, nota C.

nem è linguis originariis ab aliquo tempore pararunt k) Erneſtus Glück & Elias Kopyevvitz.

Slavonica verſio Bibliorum, dialecto Vandalica ſive Illyrica (à qua Ruſſica illa differt) interprete Georgio Dalmatino vidit lucem Witebergæ A. 1584. fol. præfixa Germanica præfatione. Quæ vero de antiqua Slavonica Sacrorum librorum interpretatione ad Methodium vel Cyrillum aut falſo etiam ad Hieronymum auctorem relata plerique narrant, de induſtria prætereo.

De *Svecicis* Bibliorum verſionibus accuratam notitiam petere licet è prolegomenis præmiſſis noviſſimæ editioni juſſu potentiſſimi Regis CAROLI XII. editæ Holmiæ A. 1703. fol. Cui hæc editio non eſt ad manus, is conſulet Acta Eruditorum A. 1704. p. 342. ſeq.

De *Syriaca* verſione N. T. qua nulla facile antiquior exſtare exiſtimatur, diſſertationem perqnam eruditam edidit Andreas Mullerus Greiffenhagius Berolini 1673. 4. qua inter alia p. 27. negat ſe plane perſuaſum hanc quam ex Antiochenis exemplaribus deſcriptam habemus, eandem ipſam eſſe in quam Jacobus Niſibenſis & Ephraim Syrus commentati ſunt. Poſt editionem primam nitidam Viennenſem A. 1562. 4. quam è duobus MSS. dedit *Jo. Albertus Widmanſtadius*, Syriacis litteris vulgata eſt Cothenis à *Martino Troſtio* A. 1621. 4. ſubjecta ſingulis paginis verſione *Emanuelis Tremellii*, & ſubnexis volumini quinque præcedentiū editionum Variis lect. Deinde exſtat in Bibliis Regiis Antverpienſibus A. 1571. Pariſienſibus A. 1645. Gabriele Sionita potiſſimū curante (confer ejus Epiſt. ad Neuhuſium in Allatii *συμμίκτις* p. 297. & 300. ſq.) & Londinenſibus 1657. Denique punctis tam diacriticis quam vocalibus ornatam charactere nitido recudi fecit ſeparatim *Ægidius Gutbierius* noſter *ὁ μακαρίτης*, addita verſione latina Evangelii Matthæi, lexico brevi & Variis lect. Hamb. 1663. 8. In hac editione & in polyglottis habentur etiam Epiſtola poſterior Petri, & ſecunda ac tertia Joannis, & Judæ Epiſtola quas edidit Pocokius l) Lugd. Bat. 1630. 4.

k) Nova litterar. maris Baltici A. 1698. p. 94. Acta Eruditor. A. 1705. p. 240. aufgefangene Briefe Tomo III. p. 257.

l) Pocokius in præf. *A quo aut quando in linguam Syriacam translata ſint hæ Epiſtolæ, ſupra vires meas duquiſitio eſt. Unum tamen monere liceat*, Dionyſium *quendam qui commentarios Syros has una cum ceteris Canonicis & Actis Apoſt. nec non Apocalypſi illuſtravit, in præfat. ad ſecundam Petri monere, Epiſtolam ſecundam Petri non fuiſſe verſam in linguam Syram cum libris qui diebus antiquis redditi ſunt, ideoque non inveni-*

& Apocalypſis m) quam è MS. Scaligerano quod eſt in Bibl. Leidenſi vulgavit cum verſione Ludovic⁹ de Dieu A. 1627. 4. recuſi poſt ejus Opera Amſt. 1693. fol. Hæc enim in plerisque MSS. Syriacis n), & inprimis editionibus deſunt. *Hebraicis* litteris verſio N. Syriaca deſcripta prodiit Heidelbergæ A. 1568. fol. & Genevæ 1569. fol. cum verſione Tremellii, & Græco N. T. cum Bezæ translatione. Deinde minori forma Antvverpiæ à Plantino A. 1575. ſine punctis. Hinc *Guidonis Fabricii* Boderiani cura Pariſ. 1584. 4. cum verſione interlineari, N. T. Græco & vulgata. Præterea in N. T. polyglotto *Eliæ Hutteri* Norimb. 1599. fol. Denique ante paucos annos in Germania, edente *Chriſtiano Knorrio* L. Barone de Roſenroth.

Turcica verſio Novi Teſt. auctore *Guil. Seamanno* prodiit Oxon. 1666. 4. Præterea Albertus Bobovius ſive Bobovvsky Polonus in gratiam Levini Warneri totam Sacram Scripturam Turcice vertit, quæ hodie in Bibl. publica Leidenſi MSta aſſervatur. Confer de hoc Bobovio Thomam Hyde in appendice ad Coſmographiam Adami Peritſol. Etiam Ali-Beigh Muhammedis IV. interpres Biblia vertit Turcice, ut lego in præfatione ad Catecheſin Lutheri Virginiana & Svecica lingua juſſu Caroli XI. Regis vulgatam Holmiæ 1696. 8. Andreas vero Mollerus in notis ad Azizi Neſephæi Tartari fragmentum lingua Turcica ſcriptum de cognitione Dei & hominis, ubi allegat verba CHRISTI Joann. III. 3. *Iſta*, inquit, *auctor Arabice citat, neſcio unde. Namque Erpeniana verſio & Pariſina quam Londinenſis ſequitur aliter habent. Turcicam S. Scripturæ ſive integre ſive ex parte factam verſionem non credam auctorem legiſſe. Quam Jo. Ungnadius fieri curavit Thuano* o) *lib. XXX. teſte, recentior procul dubio*

veniri niſi in translatione Thomæ *Epiſcopi Heracleenſis.* Hujus Thomæ Heracleenſis verſionem MS. Novi Teſt. ea quam nos legimus meliorem accuratioremq; manu ſua eleganter deſcriptam habuit Prockius teſte Rev. Hochſtetero Theologo Tubingenſi Orat. inaugural. p. 29.

m) Interpretem Lud. vicus de Dieu vocat *Lucam* quendam, ut ipſi quidem videtur Maronitam. At Rich. Simonio lib. 1. Hiſt. Crit. N. T. videtur potius Europæus.

n) Confer Coſmæ Indopleuſtæ locum à me allatum ſupra p. 145.

o) Thuanus ad A. 1165. qui Ungnadio emortualis fuit, teſtatur eum incredibili propagandæ religionis deſiderio ardentem immenſis ſumtibus Biblia ſacra & Theologorum aliquot ſcripta in linguam Turcicam & Croaticam converti, & ad gentes illarum linguarum peritas transferri curaſſe. Andreas Mollerus in Annalibus Freibergenſibus p. 284. de eodem Ungnadio: er hat mit groſſen Unkoſten das Neue Teſtament, die Augſpurgiſche Confeſſion und andre Chriſtliche Bücher in Croatiſche

Digitized by Google

bio eſt hoc MSto quod CPoli A. 1559. erutum eſt. Vetus quidem Teſtamentum Judæi Tauricі Turcice legere dicuntur, ſed qui in Turcia ſunt Chriſtiani, vel Syriace vel Arabice vel Græce vel Iberice vel aliter Scripturam legunt.

Vandalica. Vide ſupra, *Slavonica.*

Virginiana verſio Bibliorum auctore *Jo. Elioto* lucem vidit Cantabrigiæ in Nova Anglia 1663. & 1685. 4. Sed alia plane eſt lingua Americanorum Virginiana qua Catechiſmum Lutheri editum eſſe paulo ante memorabam.

Wallica ſive CambroBritannica Novi Teſt. verſio excuſa eſt Lond. 1567. 4. Bibliorum integrorum 1588. 1620. & 1689. 8.

Hæc de verſionibus Novi Teſt. dicta ſufficiant, in quarum multitudine cum videmus nullam plane repertam eſſe hactenus omnibus muneris abſolutam, minus mirabimur Matthiam Flacium diligentem illum ſacrarum litterarum ſcrutatorem jam olim ſcribere non dubitaſſe in parte 2. Clavis S. Scripturæ tractatu VI. *Veriſimum ſane eſt, nullam ſacrorum Codicum verſionem prorſus vel jam factam eſſe vel deinceps fieri poſſe, etiamſi ab aliquo angelo tentaretur, in qua plane nullus ſit lapſus.*

XIX. *Commentaria Veterum quotquot edita ſunt Græce vel latine in libros Novi Teſtamenti.*

Ex antiquis Eccleſiæ Doctoribus Græcis in *Matthæum* exſtat Origenes ſed non p) integer: tum Jo. Chryſoſtomus: & longe junior auctor operis q) Imperfecti.

In *Marcum* Victor Antiochenus & commentarius latine editus in editionibus latinis Chryſoſtomi.

In *Lucam* Titus Boſtrenſis, ſive junior aliquis ſub illo nomine.

In *Joannem* Origenes (iterum r) truncus) & Chryſoſtomus ac Cyrillus Alex. (itidem s) haud integer.)

ſche Sprache transferiren / und mit cerulischen und glagolischen Buchſtaben zu Tubingen drucken laſſen. Cyriacus Spangenbergius in Chronico Sax. ad A. C. 1564. notat hoc inſtituto fideliter eum adjutum eſſe à Primo Trubero Croato, Stephano Conſule Auſtriaco, & Antonio Dalmata.

p) Græce à cap. XIII. 36. tantum ad XXII. 33. Sed latine ex veteri (Bellatoris ut videtur) verſione usque ad XXVII. 66.

q) Deſunt homiliæ in tria poſtrema Matthæi Capita, & opus ipſum latine tantum exſtat, ſicut quoque Euthymius nondum Græce prodiit.

r) Deſinunt in Joann. XIII. 33.

s) Deſunt quæ Cyrillus ſcripſerat à cap. X. 17. ad XII. 49. quod non obſervantes quidam Jodoci Clichtovei ſupplementa pro Cyrilli verbis laudaverunt.

Digitized by Google

In *universos Evangelistas* Catenæ Patrum à Corderio & Possino editæ, tum latina commentariorum Theophili Antiocheni * versio, Theophylactus & Euthymius Zigabenus.

E latinis veteribus in *Matthæum*, Hilarius Pictavienſis, Hieronymus, Chromatii t) quædam: Auguſtini quæſtiones, Chriſtianus Druthmarus Grammaticus, Paſchaſius Ratbertus, Rabanus Maurus. Anſelmus Cantuar. (ſive ut alii Gvil. Pariſienſis) & Rupertus Tuitienſis, ne de inedita Hildebrandi (poſtea Gregorii VII.) expoſitione dicam.

In *Marcum* Hieronymus & fragmenta ſub Jo. Hieroſolymitani nomine, vulgata.

In *Lucam* Ambroſius & qui editus eſt ſub nomine Jo. Hieroſolymitani.

In *Joannem* Auguſtinus, Alcuinus, Rupertus Tuitienſis.

In *Evangeliſtas universos* Auguſtini quæſtiones & Arnobii junioris annotationes in loca quædam, & ſcriptores Harmoniarum quos infra ſeparatim recenſeo. Tum Beda, Hugo de S. Victore, & Tho. Aquinas in Catena aurea è Patribus collecta.

In *Acta Apoſtolorum* Græci Chryſoſtomus, Oecumenius, Theophylactus. E latinis Beda.

In *Epiſtolas Pauli* è Græcis Chryſoſtomus, Theodoritus, Oecumenius, Theophylactus: ne de Euthalii prologis dicam, & ineditis Jo. Damaſceni ſcholiis, Photiique Commentariis MSS. Sola enim edita hoc loco referre mihi animus eſt. In Epiſtolam ad Romanos Origenes exſtat è verſione Rufini ſub falſo nomine Hieronymi Prodiit etiam Baſileæ 1537. 4. apud Robertum Winter Veteris Theologi Græci ſuccincta in Epiſtolam ad Romanos exegeſis, Jo. Lonicero interprete. Sed ſi recte memini eadem illa cum Theophylacto.

E latinis Hieronymus u), Pelagius ſive potius Pelagianus quidam inter Hieronymi editus opera, alius item qui legitur inter opera Ambroſii x) & Hilarius Diaconus à multis incerta conjectura exiſtimatur:

* Utrum Theophilus ſit auctor, vide diſquirentem Clariſſ. Tenzelium diſſ. Select. pag. 214 ſeq.

t) In caput V. & VI.

u) Hieronymi non in omnes Epiſtolas habemus, ſed tantum ad Galatas, Epheſios, Titum ac Philemonem. Alter vero commentarius inter Hieronymi opera editus ſive Pelagii ipſius, ut Voſſio in Hiſt. Pelag. p. 11 ſeq. & Garnerio ad Mercatorem p. 367. perſuaſum, ſive Pelagiani cujusdam, ut malebat Cotelerius ad Patres Apoſtol. T. 1 p. 89. ſeq. prætermiſit Epiſtolam ad Hebræos.

x) Commentarius in Epiſtolam ad Hebræos alterius eſſe auctoris à reliquis & è Chryſoſtomo collectus videtur, cujus homilias in hanc Epiſtolam ex ore Magiſtri ſui digeſſiſſe traditur Conſtantinus presbyter Antiochenus.

tur*. Sedulius item Scotus & Remigius (non Remenſis nec Lugd. ſed) Antiſſodorenſis ſive Haymo Halberſtad. Primaſius, Beda ſive Florus Lugdunenſis, Rabanus Maurus, Lanfrancus Cantuarienſis, Anſelmus ſive Herveus Cenomanenſis, Petrus Lombardus & Jo. Sarisberienſis.

In *Epiſtolam ad Romanos* Petrus Abeilardus & Guilelmus Remenſis y) *ad Galatas* Claudius Taurinenſis, (quæ enim in Matthæum & reliquas Pauli Epiſtolas ſcripſit, nondum ſunt edita.)

In *Epiſtolas Catholicas* è Græcis Oecumenius, ut breves adumbrationes ſive explicationes omittam quæ in loca quædam harum Epiſtolarum leguntur ſub nominibus Clementis & Didymi Alexandrinorum. Et Victoris Antiocheni Commentarium MS.

E latinis in primam Joannis Auguſtinus, in Epiſtolas Catholicas Beda.

In *Apocalypſin* Arethas & Andreas Græci: latini Victorinus, Tychonius inter Auguſtini Opera, Baringvedus ſive Berengarius * Anglus ſub ſpecioſo Ambroſii nomine editus, Primaſius, Beda, Ambroſius Authbertus, Haymo, Anſelmus Laudunenſis, Bruno Caſinenſis, Richardus de S. Victore.

In Evangelia & Epiſtolas anniverſarias Commentarius habetur è Patribus collectus à Smaragdo, & Homiliarium Pauli Diaconi, Rabani item Mauri Homiliæ & Radulfi Ardentis, Honoriique Auguſtodunenſis. E Græcis Homiliæ Theophanis Ceramei.

Commentarii z) *præcipui recentium in N. T. latine editi.*

In *univerſam Sacram Scripturam.* Gloſſæ Ordinariæ & interlinearis auctores Walafridus Strabus Fuldenſis & Anſelmus Laudunenſis, adjunctis commentariis Nicolai Lyræ & Pauli de Carthagena ad illa annotationibus. Antvverp. 1634. fol. ſex Volum.

y) T. 4. Bibl. Ciſterc p. 174. ſeq.

* Vide Warthon. Auctar. ad Uſſer. de Scripturis vernaculis p. 392.

z) Pleniorem horum recenſionem exſpectabit lector à R. P. Longo Oratorii Pariſienſis presbytero in Bibliotheca ſacra Scripturæ quam incredibili ſtudio jampridem inſtruit. Nam Gvil. Crowæi quidem Elenchus ſcriptorum in ſacram Scripturam Lond. 1672. 8. quam fere ſequi ſe profitetur Clariſſ. Lipenius in Bibl. Theologica, & Bern. Lamy in calce Harmoniæ Evangelicæ, tum Jo. Caroli Caroli Pœtii Bibl. exegetico Biblica Lipſ. 1703. 8. non ſunt usque quaque accurata. Et ſumme Rev. D. Mayeri Bibilothecæ Biblicæ pars tantum prima lucem vidit, dum per ardua negotia hactenus prohibitus eſt Vir Magnificus reliquas abſolvere.

Digitized by Google

Hugonis Cardinalis Commentaria. Venet. 1600. fol. octo voluminibus.

Dionyſii Carthuſiani. Lugd. 1573. fol. ſeptem voluminibus.

Tho. de Vio Cajetani commentarii in totam S. Scripturam exceptis Cantico Canticor. Prophetis & Apocalypſi. Lugd. 1639. fol. quinque voluminibus.

Jo. Marianæ ſcholia Madrit. 1619. fol. & cum ſupplementis Petri Lanſelii & notis Biblicis Emanuelis Sa. Antvv. 1624. fol.

Biblia magna Joannis de la Haye Pariſ. 1643. fol. quinq; Vol. in quo opere habes commentarios Jac. Tirini, Steph. Menochii, Emanuelis Sa & Jo. Gagneum atque Gvil. Eſtium in loca difficiliora. In ejusdem Bibliis maximis occurrunt præterea uberiora prolegomena, variæ verſiones latinæ earumque concordia & commentaria Nicolai de Lyra. ibid. 1660. fol. tomis XIX.

Cornelii à Lapide commentaria in univerſam Scripturam excepto Jobo & Pſalmis. Antvv. 1671. fol. decem Volum.

Franciſci Junii & Imman. Tremellii Biblia cum brevibus notis. Editio optima Wecheliana 1603. fol. cum Pauli Toſſani indice.

Jo. Piſcatoris in utrumque Teſtamentum. A. 1646. fol. duobus Volum.

Critici ſacri excuſi Londini fol. tomis IX. in quorum VI. & VII. habes ad N. T. notas Vallæ & in Vallam Jac. Revii, tum Eraſmi, H. Stephani, Franciſci Vatabli, Seb. Caſtellionis, Iſidori Clarii, Nic. Zegeri, Jo. Druſii, Joſ. Scaligeri, Iſ. Caſauboni, Jo. Cameronis, Ottonis Gvaltperii, Jac. & Ludovici Capellorum Jo. Pricæi & viri ſummi Hugonis Grotii. Abrahami item Sculteti exercitationes Evangelicas. Recuſi deinde ſunt Critici in Belgio & Francofurti quoque 1701. cum duobus Voluminibus ſupplementorum, ſed ad N. T. nihil quicquam acceſſit præter Nortoni Knatchbulli animadverſiones & Andreæ Maſii quædam.

Matthæi Poli Synopſis Criticorum & aliorum S. Scripturæ interpretum. Lond. 1669 - 1676. fol. quinque Vol. recuſa Francofurti 1679. hinc Ultrajecti Jo. Leusdenio curante A. 1686. Denique iterum Francofurti minoribus typis A. 1694. 4.

Ludovici de Dieu notæ in utrumque Teſt. Amſt. 1693. fol.

Jo. Dougtæi Analecta ſacra in V. & N. T. Lond. & Amſt. 1693. 8.

Daniel Brenius in utrumque Teſt. ibid. 1664. fol.

Lucæ

Lucæ Oſiandri Biblia cum notis. Francof. 3. Volum. 1608. fol.

D. Abrahami Calovii Biblia illuſtrata. Francof. 1672. fol. quinque Volum. Prætereo Jac. Raupium, aliosque.

In *totum Novum Teſtamentum* Nicolaus Gorram. Antvverp. 1617. 1620. duobus Volum. fol. Benedictus Arias Montanus. Antvverp. 1575. 1588. 4. Alphonſus Salmeron Madrit. 1597-1602. ſedecim Voluminibus & Brixiæ 1601. denique Colon. 1602. 1604. Natalis Bedda, Ed. Leus, Stunica &c. in loca varia N. T. contra Eraſmum, è quibus Stunica ceteris eruditior legitur etiam in Criticis Anglis.

Jo. Calvinus in totum N. T. excepta Apocalypſi. Theod. Beza, Rudolphus Gvalther⁹, Bened. Aretius, Auguſtinus Marloratus, Dan. Toſſanus, Joannes Coccejus &c. ne dicam de anti Trinitariis Socino, Crellio, Schlichtingio, Wolzogenio, & Georgio Enjedino, cujus detorſiones confutavit Haberkornius, ac nuper in Germanico opere de divinitate CHRISTI Philippus Jacobus Spenerus ὁ μακαρίτης.

Henr. Hammondi Paraphraſis & commentarius ad N. T. ex Anglico latine translatus à Jo. Clerico V. C. qui ſuas & ipſe notas addidit. Amſt. 1698. fol.

His adde notas Criticas ad N. T. ſcriptas à Joach. Camerario, Dan. Heinſio, Alexandro Moro, Nortono Knatchbull, ac nuper à Clariſſ. Viro Lamberto Bos. Et commentaria Victorini Strigelii, Matthiæ Flacii atque Eraſmi Schmidii in N. T. notasque haud contemnendas Jo. Michaëlis, Theologi Gryphisvvaldenſis, editas nuper cum præf. Rev. D. Jo. Fechtii. Roſtoch. 1706. 4.

In *quatuor Evangelia* Jacobus Faber, Jo. Maldonatus, Adamus Contzen, Aloyſius Novarinus, Franciſcus Lucas Brugenſis, Joannes de Sylveira Lugd. 1681. fol. tribus Volum. quinta editio. Petrus Poſſinus in ſpicilegio Evangelico.

Jo. Lightfootus, Balduinus Walæus, Jo. Boiſius, Petrus Keuchenius. Henr. Bullingerus.

Martinus Bucerus, Eraſmus Sarcerius, & Jo. Georgius Dorſheus nuper admodum vulgatus cum erudita præfatione Theologi inſignis Jo. Fechtii. Hamburg. 1706. 4.

De Harmoniis Evangelicis dixi inferius ſeparatim.

In *Matthæum* Thomas Aquinas, Alphonſus Toſtatus hujusque Epitomator Petrus Ximenes, Jacobus Alphonſus de Avendano, Jo. Fe-

rus,

rus, Paulus Pallacius de Salaza, Franciſcus Titelmannus, Matthias Honcamp. Mogunt. 1690. 8. tribus Vol.

Frid. Spanhemii patris dubia Evangelica, & Frid. Spanhemii Filii Vindiciæ Evangelicæ T. 3. Opp. Jo. Pricæus, Carolus Maria de Veiel. Et in loca ſelecta Franciſcus Gomarus. Chriſtoph. Pelargus. Wolfgangus Muſculus. Simon Epiſcopius in capita priora XXIV.

Petrus Kirſtenius, Jo. Gerhardus, cum Jo. Erneſti Gerhardi fil. Analectis: Jo. Brentius, Ægidius Hunnius, Dav. Chytraus, Melanchthon &c. Petri Winſtrupii pandectæ in prima X. capita, duobus Vol. in folio. Auctor ſpeciminis Antiquitatum abſtruſiorum in Matthæo Ao. 1657. 4.

In *Marcum* lectiones II. Joannis Gerſonis, Commentarius Angeli del Paz, Stanislaus Socolovius, Joannes Soarez Epiſcopus Conimbricenſis.

Carolus Maria de Veiel, Lamb. Danæus.

Chriſtophorus Hegendorfinus, Jo. Winkelmannus.

In *Lucam* Bonaventura, Angelus del Paz, Didacus Stella, Socolovius, Soarez, Franciſcus Toletus.

Jo. Pricæus, & in loca quædam cap. 1. & 2. Franciſcus Gomarus, Chriſtoph. Pelargus.

Jo. Brentius, Jo. Winkelmannus, Franciſcus Lambertus.

In *Joannem* Thomas Aquinas, Bonaventura, Claudius Gvillandus, Benedictus Pererius, Franciſcus Titelmannus, Franciſcus Ribera, Jo. Ferus, Franciſcus Toletus.

Jo. Oecolampadius, Wolfg. Muſculus & in loca ſelecta Gomarus, in caput X. & XI. Pricæus, Chriſtoph. Pelargus.

Jo. Brentius, Phil. Melanchthon, Alexander Aleſius Scotus profeſſor Lipſienſis, Caſpar Cruciger, Caſſiodorus Renius, David Chytræus, Jo Wigandus, Nicolaus Selneccerus, Ægidius Hunnius, Georgius Mylius, Paulus Tarnovius, Wilh. Lyſerus & Chriſtianus Niſanius. Francof. 1684. 4. denique Analyſis ac paraphraſis *D.* Seb. Schmidii. Argent. 1684. 4.

In *Acta Apoſtolorum* Jo. Ferus, Caſpar Sanctius, Aloyſius Novarinus, Bened. Pererius, Arturus Pitſeus, Jo. Lorinus, Libertus Fromondus, Nicolaus du Bois, Jo. de Sylveira Lugd. 1678. fol.

David Pareus, Henr. Bullingerus, Jo. Pricæus, Jo. Lightfootus, Balduinus Walæus, Jo. Boiſius, Jo. Pearſonii Annales Paulini & prælectiones

Digitized by Google

ctiones in prima capita Actor. Caſpar Streſo, & Carolus Maria de Veiel. Multis Actorum locis afferunt quoque lucem Sam. Baſnage V. C. T. 1. Annalium & Lud. Cappellus in Hiſtoria Apoſtolica illuſtrata. Tum vitæ S. Pauli ſcriptores de quibus ſupra p. 151. Gerbrandum vero van Leevven qui paraphraſi & notis eruditis hunc librrm Belgico ſermone explicuit Amſt. 1704. 8. duobus Vol. aliosque qui Anglico, Germanico, Gallico idiomate illum ſunt interpretati, de induſtria prætereo, quoniam eos tantum referre conſtitui qui latina lingua editi ſunt.

Neque omittendi qui Acta illuſtrarunt è noſtris, Juſtus Jonas, Jo. Brentius, Dan. Arcularius à Balth. Menzero editus, Nic. Selneccerus, Ægid. Hunnius, Chriſtoph. Pelargus, Georgius Calixtus, Jo. Tobias Major, Jo. Georgius Dorsheus & Jo. Gerhardus cum analectis Jo. Erneſti Gerhardi filii.

In *Epiſtolas Pauli* Tho. Aquinas, Jac. Faber, Benedictus Juſtinianus, Jo. Gagnejus, Franciſcus Titelmannus, Petrus Stævartius, Gvil. Eſtius, Jac. Natlantus, Petrus Launæus, Aloyſius Novarinus, Iſaacus Habertus, Bernardi Pionii Minoritæ Capucini Analyſis paraphraſis & Commentarius. Pariſ. 1703. fol.

Wolfgangus Muſculus, Dav. Pareus, A. Hyperius, A. Schultetus.

Conradus Vorſtius in omnes, exceptis poſteriore ad Tim. ad Titum, Philem. & Hebræos.

Ægidius Hunnius, Frid. Balduinus, Til. Heshuſius, G. Major, Chriſtianus Chemnitius, Jo. Quiſtorpius, Eilhardus Lubinus, Nic. Selneccerus (excerpta ad Hebræos) & Georgius Calixtus.

In *Epiſt. ad Romanos* Dominicus à Soto, Jo. Ferus, Cornelius Muſſus, Derbaiſius.

Jac. Altingius T. III. IV. Opp. Caſpar Streſo, Chriſtoph. Wittichius, Wilh. Momma, Simon Epiſcopius in Capp. VIII - XI. Jacobus Arminius in caput IX.

Jo. Brentius, Jac. Wellerus, Dav. Rungius, Auguſtus Varenius, Seb. Schmidii in prima ſex capita commentarius & paraphraſis capitum XII. Philippi Jacobi Speneri paraphraſis è Germanico latine verſa. 8.

In *Epiſt. 1. & 2. ad Corinthios* Libertus Fromondus, Antonius Pereſius, Adamus Contzen.

Robertus Rollocus,

David Rungius, ac D. Speneri paraphrasis.

In *priorem* Tho. Mortonus & Jo. Lightfootus & in caput XII. Jo. Pricæus: Paraphrasis Seb. Schmidii.

In *Epist. ad Galatas* Adamus Contzen, Marinus Grimannus, & Hieron. Seripandus.

Johannis van der Weyen Analysis, in Variis sacris: & Wilh. Mommæ meditationes posthumæ. Franciscus Gomarus.

D. Lutherus, Jo. Brentius, Andreas Kunadus, Barthol. Battus, Hieron. Kromayerus, Dan. Lagus, Justus Fevverbornius, Frid. Weisius Helmst. 1705. 4. Seb. Schmidii Analysis & commentarius. Exstat quoque commentarius locuples D. Speneri, sed Germanice, & Jo. Lockii paraphrasis notis illustrata, Anglice.

In *Epist. ad Ephesios* Gabriel Vasquez, Augustinus de Quiros.

Anonymus è Bibl. Joannis ArchiEp. Eboracensis cum notis in V. T. editus Cantabrig. 1653. 8. & Clariss. Rhenferdi cura recusus Amst. 1703. 8. Ludov. Crocius.

Hieron. Wellerus, Meno Hannekenius, Barthol. Battus. Dan. Lagus, Jo. Tarnovius: D. Speneri commentarius postumus in Epist. ad Ephes. & Coloss. Germanice editus. Sermones Petri Bosc, Gallicè.

In *Epist. ad Philippenses* Jo. Antonius Velasquez Antvverp. 1637. fol. 2. Volum.

Franciscus Gomarus & Jo. Dallæi sermones Gallice editi.

Barthol. Battus, Jo. Tarnovius.

In *Epist. ad Colossenses* Augustinus de Quiros.

Franciscus Gomarus, Jac. Altingii Analysis exegetica T. 4. Opp. ne de iis dicam qui Anglice hanc Epistolam explicarunt ut Tho. Cartvvrightus, vel qui Belgice & quorum etiam Germanice versio fertur, ut David Knibbe & Jo. d'Outrein.

Analysis & Commentarius Seb. Schmidii. Frid. Rappoltus, Jo. Tarnovius.

In *Epist. 1. & 2. ad Thessalonicenses* Gabr. Vasquez.

Franciscus Gomarus.

Seb. Schmidii paraphrasis, Jo. Tarnovius, Hieron. Wellerus.

In *1. & 2. ad Timotheum* Claudius Espencæus.

Jo. Pricæus.

Jo. Gerhardus.

Prioris paraphrasis auctore Seb. Schmidio.

In

In *Epiſt. ad Titum*, Eſpencæus, Jo. Gopyli paraphaſis.

Jo. Pricæus, Jo. Walliſius Tomo III. Opp.

Frid. Rappoltus, Jodocus Willichius, Jo. Henr. Wildhagen præſide D. Jo. Fechtio Roſtoch. 1692 4.

In *Epiſt. ad Philemonem* Franciſcus Fevardentius.

Jo. Pricæus, Lamb. Danæus, Franciſcus Gomarus.

Scipio Gentilis, Chriſtianus Fridericus Frankenſtein Lipſ. 1665. 12. Paraphraſis Seb. Schmidii.

In *Epiſtolam ad Hebræos* Franciſcus Ribera, Lud. de Tena.

Jo. Braunius, Chriſtoph. Wittichius, Petrus van Hœke, Caſpar Streſo & in priora IX. capita Jac. Altingius T. IV. Opp. Exſtat & Commentarius eruditus & copioſus Anglice editus à Jo. Ovveno. fol.

Sebaſt. Schmidius, Jo. Henricus Majus, Juſtus Chriſtophorus Schomerus, Caſp. Eraſmi Brochmanni commentarius poſtumus Hafn. 1706. 4. Jo. Schultze Rectoris Hamb. A. 1707.

In *Epiſtolas Catholicas* Tho. Aquinas ſive alius junior, (allegat enim Lyranum) Jo. Lorinus, Nic. Serarius.

Franciſcus Gomarus, Conradus Vorſtius.

Eilhardus Lubinus, Conradus Hornejus.

In *Epiſtolam Jacobi.*

Petrus Stævartius, Auguſtinus de Quiros, Franciſcus Fevardentius.

Jacobus Laurentius.

Caſpar Eraſmus Brochmannus, Chriſtoph. Samuel Martini, Seb. Schmidii Analyſis ac paraphraſis.

In Petri utramque Franciſcus Fevardentius & Jo. Baptiſta Folengius, ut alios quam plurimos omittam quos videas licet apud Ludovicum Jacobum à S. Carolo in Bibliotheca Pontificia p. 180. ſeq.

Guil. Ameſius in utramque, & in poſteriorem Thomas Smith.

Jo. Gerhardus, Hieron. Wellerus, Nic. Selneccerus.

In *Epiſtolam primam Joannis* Jo. Ferus, Petrus Maldonatus, Jo. Baptiſta Folengius.

Jo. Pricæus, Simon Epiſcopius.

Seb. Schmidius, Ægidius Hunnius, Frid. Rappoltus, & ζητήματα poſtuma Jo. Georg. Dorshei in primam Joannis & ſecundam Roſtoch. 1697. 4.

In Joannis ſecundam & tertiam.

Jo. Pricæus.

Jo. Benedictus Carpzovius, Fil. cujus commentarius legitur inter Opp. Theologica D. Rappolti.

In *Epistolam Judæ* Augustinus de Quiros, Franciscus Fevardentius, Nic. du Bois, Jac. Bolducius.

Hermannus Witsius in Meletematis Leidensibus, Jo. Pricæus, Antonius Grellotius.

Samuel Pomarius, Jo. Gerhardus, Jo. Georgius Dorsheus & Brandanus Henricus Gebhardi. Francof. 1700. 4. Christoph. Samuel Martini. Petrus Kirstenius.

In *Apocalypsin* Tho. Aquinas, Joannes Hussus (sine nomine auctoris Witeb. 1528.) Bernardinus Senensis, Franciscus Ribera, Jo. de Sylveira, Lud. ab Alcasar (quem in multis secutus est Bossvetus a) in commentario ad Apocalypsin Gallice edito Paris. 1689. 8.) Lib. Fromondus, Dan. Herveus.

Jo. Pricæus, H. Morus, Josephus Medus, Antonius Grellotius, Jo. Marckius, & qui Bossveti hypothesin ad examen revocavit Campegius Vitringa. Exstat & Anglice ac Germanice Peganii dilucidatio propria visionum Apocalypseos.

Jo. Gerhardus, Jo. Cluverus, Matthias Hoë, Hieron. Kromayerus, Jo. Winkelmannus, Matthæus Hofmannus b) & Caspar Heunischius, Brandani Henrici Gebhardi Isagoge & paraphrasis.

XX. *Harmoniæ Evangelicæ Scriptores Veteres.*

De harmonia Evangelica in quam sæculo XII. latine commentatus est *Zacharias Chrysopolitanus* Tom. XIX. Bibl. Patrum edit. Lugd. obvius, quamque vetus latinus interpres *Victor Capuanus* c) venditavit sub falso nomine *Tatiani*: & de altera quam latine vertit & sub *Ammonii Alex.* nomine edidit Ottomarus Luscinius Augustæ Vindel. 1523. sed quæ & ipsa Tatiano d) tribuitur in versione antiqua Theotisca per Clariss. Palthenium nuper vulgata, non repetam ea quæ dixi in Codice Apocrypho N. T. pag. 378. seq. Utraque latine, in Orthodoxographis & in Bibliio-

a) Rich. Simon III. 31. Epist. select.

b) Vide Acta Erud. 1688. p. 590. seq.

c) Hujus Victoris Capuani Catenam MS. in Evangelia habuit Fevardentius, & ex eadem Fragmenta quædam Polycarpi produxit ad Irenæi III. 3. laudata etiam Grotio ad Jo. XVII. 4.

d) Tatiano adscribit quoque Baronius. Sed ab ejus sententia discedunt non sine causa Viri doctissimi. Vide Antonium Pagi ad A. C. 172. n. 3.

Digitized by Google

bliothecis Patrum plus ſimplici viceedita eſt. Poſterior è Luſcinii verſione & recognitione Caſparis Bruſchii prodiit etiam Erfurti 1544. 8. & in Micropresbytico Baſil. A. 1550. fol.

Theophili Antiocheni perinde ut genuina Tatiani Harmonia Evangelica periit: ſi modo ulla unquam exſtitit Theophili Harmonia, & non Hieronymus Theophili commentarios in Evangelia, quos cum reliquorum ejus ſcriptorum elegantia congruere negat in Catalogo c. 25. & quorum latinam verſionem hodie habere e) nos ſunt qui exiſtiment, cum Tatiani Monoteſſaro confundens ſcripſit Epiſtola CLI. ad Algaſiam: *Theophilus Antiochenæ Eccleſiæ ſeptimus poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus quatuor Evangeliſtarum in unum opus dicta compingens ingenii ſui nobis monumenta reliquit.* Conf. Zacharias Chryſopolitanus p. 742. ex Hieronymi Homilia de villico iniquitatis.

Fragmentum Epiſtolæ *Julii Africani* ad Ariſtidem quo conciliatur genealogia CHRISTI in Matthæo & Luca, ſervavit Euſebius lib. I. Hiſt. cap. 7.

Euſebii libri περὶ διαφωνίας εὐαγγελίων quos memorat Hieron. Catalogo c. 81. & ad Matthæi I. interciderunt. Exſtant vero ejus *Canones Evangelici* quibus ſecutus Ammonium Alex. f) per X. columnas capitula Evangeliſtarum (qualia è veteri computatione etiam in melioribus N. T. editionibus & in vett. MSS. ad marginem notantur) ita inter ſe comparavit, ut ſtatim appareat quotnam & quibus in pericopis Evangeliſtæ eandem rem referant. Hi Canones jam omiſſa jam præmiſſa Epiſtola Euſebii ad Carpianum præfiguntur Græce quibusdam N. T. editionibus ut Eraſmi, Rob. Stephani A. 1550. & Polyglottis: Latine ex Hieronymi verſione occurrunt in editionibus Doctoris illius Stridonenſis, & in Orthodoxographis. Sed & Æthiopice in editione N. T. Æthiopica. Similiter Arabice, Syriace, Coptice, Angloſaxonice exſtant in Codicibus Novi Teſt. illarum linguarum MSS. Præterea in veteri ſcholio ad Marcum quod è Codice Bibl. Regiæ produxit Rich. Simon lib. III. Hiſt. Crit. N. T. p. 89. allegatur Euſebius ἐν τῷ περὶ Ματθαίου περὶ τῆς δοκούσης ἐν τοῖς εὐαγγελίοις περὶ τῆς ἀναστάσεως διαφωνίας.

Epiphanium à viris quibusdam doctis inter ſcriptores Harmoniæ Evangelicæ referri video, propter ea ni fallor quæ diſputat hæreſi LI. Alogorum.

e) Theophili eſſe negant Coteſerius ad Patres Apoſtol. T. 1. p. 16. Tillemontius, Albertus & alii.

f) Hieron. præf. in Evangelia ad Damaſum, & Iſidorus Hiſp. VI. 15. Origg.

Digitized by Google

Auguſtini libri IV. de Conſenſu Evangeliſtarum leguntur in parte poſteriore Tomi tertii editionis luculentæ Operum Doctoris Hipponenſis quam Monachis Benedictinis Franciſco Delfau, Thomæ Blampino & aliis viris doctis congregationis S. Mauri Chriſtianus orbis debet.

De *Hieronymo* vetus ſcriptor à Jo. Mabillonio T. IV. Analect. editus: *Evangelii Hiſtoriam ita conciliatoriis* g) *diſſertationibus declaravit, ut unicam fore arbitretur.* Videlicet in commentariis ſuis ad Matthæum & in aliis ſcriptis, ſubinde ſpeciem διαφωνιῶν in Evangeliis conatur tollere, licet nullum ejus opus peculiare ſub titulo Harmoniæ Evangelicæ exſtat.

Juvenci Metaphraſis Poëtica latina Hiſtoriæ Evangelicæ merito huc refertur, perinde ut Theotiſca illa vetus *Otfridi.*

Utrum *Conſtantini M.* Imperatoris τριακὰ & πεντακὰ huc ſpectent, quæ memorat Euſebius in ejus vita III. 37. eruditus Lector judicet. Sane ita viſum Joanni Lightfooto Hor. Hebraic. ad Joannis VIII.

Ex *Heſychii* Hieroſolymitani h) Εὐαγγελικῇ συμφωνίᾳ præſtantiſſimus Cotelerius Tomo III. monumentorum Eccleſiæ Græcæ edidit cum verſione ſua & notis σωναγωγὴν ἀπορίων καὶ λύσεων, quibus loca nonnulla Evangeliſtarum inter ſe conciliantur.

Anonymi Monoteſſaron juſſu Ludovici Pii compoſitum quod evolvit olim D. Lutherus, ſervatur in Bibliotheca Paulina Lipſienſi & celebratur à Joachimo Fellero τῷ μακαρίτῃ in præfat. ad Catalogum MSS. illius Bibliothecæ. Andreas quoque Oſiander teſtatus eſt uſum ſe eſſe *Anonymi* veteris harmonia è Monaſterio ad fontem ſalutis.

Clementis presbyteri Lanthonienſis (circa A.C. 1170. clari) Harmoniam à latino Anglice verſam à Jo. Wicklefo ſervant Angli MS. in ſuis Bibliothecis.

Prætereo alios ſequioris ætatis ſcriptores Harmoniarum Evangelicarum Gvidonem de Perpiniano, Ludolphum Saxonem Petrum Lombardum & Jo. Gerſonem: Petrum Comeſtorem in Hiſtoria Scholaſtica, Simonem Carſulanum ſive de Caſſia cognomento Fidatum (qui Florentiæ A. 1348. obiit) libris XV. de geſtis Salvatoris. Colon. 1545. fol. atque ἀνηκεμένων utriusque Teſtamenti ſcriptorem Julianum Pomerium.

Harmo-

g) Ita forte legendum pro *conſolatoriis.* Cotelerius legit *conciliatoriis.*

h) Solenne eſt huic Heſychio geſta & dicta CHRISTI, quo facilius difficultates etiam perleves ſolvat, multiplicare, uti faciunt è recentioribus A. Oſiander, Carolus Molinæus, Codomannus, Jo. Cluverus, Abr. Calovius, Caſp. Hermannus Sandhagenius.

Harmoniæ Evangelicæ ſcriptores recentiores ordine litterarum recenſiti.

Joannes Aleſius Lichæ 1605. 8.

Natalis Alexander in expoſitione litterali & morali Evangelii JESU CHRISTI ſecundum IV. Evangeliſtas Pariſ. 1703. fol.

Chriſtophorus Althoferus Jen. 1653. 1658. 4.

Anonymi Concordia Evangelica Pariſ. 1653. edita, & Tillemontio atque aliis ſæpe laudata.

Anonymi alterius Concordia edita Gallice ſub titulo: Meditations ſur l'Hiſtoire & la Concorde des Evangiles. Bruxellis 1676. 12. duobus Vol.

Anonymi Angli Harmonia in Bibl. Uſſerii reperta & ex Anglico Germanice translata Francof. 1672. 8. & cum præfat. Auguſti Hermanni Franckii, Halæ Sax. 1700. 8.

Jo. Avenarius. Baſil. 1588. 12.

Jacobus de Auſoles Pariſ. 1610.

Jo. Banzius. Colon. 1624. 4.

Cæſar Baronius & Sam. Basnage Tomo primo Annalium.

Sebaſt. Barradii Luſitani Commentaria in Concordiam Evangelicam. Mogunt. 1601. fol. quatuor Volum.

Benjamin Beauport Franciſcanus. Pariſ. 1552. 8. Gallicè.

Thomæ Beauxamis Carmelitæ Commentarii in Harmoniam Evangelicam ex antiquis Patribus congeſti. Pariſ. 1590. 2. Vol.

Balthaſaris Bebelii Antiquates Evangelicæ. Argent. 1673. 4.

Cæſaris Becilli Urbinatis connexio Evangeliorum in qua textus ordine ſervato rerum geſtarum ſeries indicatur. Rom. 1623. Pariſ. 1631. & 1651. 12.

Detlevi Becmanni vita CHRISTI Meditationibus ducentis illuſtrata. Hamb. 1684. 8. Germanice.

Jani Bircherodii ſeries Chronologica Annorum JESU CHRISTI, Hafniæ 1679. 4.

Joannis Bourgheſii Profeſſoris Duacenſis Hiſtoria & Harmonia Evangelica tabulis & quæſtionibus explicata. Montibus Hannoniæ 1644. fol.

Jo. Briſſonius ſive Buiſonius. Rom. 1576. 8. Colon. 1604. 12.

Anto-

Antonius Brockevius. Colon. 1539.

Jo. Bugenhagenii Pomerani Concordia Evangelica Hiſtoriæ paſſi CHRISTI & glorificati. Witeb. 1524. 8.

Florentii de Bruin. Dordraci 1690. 8. Belgicè.

Henrici Buntingii, Magdeb. 1589. fol. cum ſeptem annorum CHRISTI (1. 2. 30-34.) Calendariis Hiſtoricis.

G. Calixti Concordia Evangeliſtarum ex ejus dictatis inſcio auctore edita Halberſtadii 1624. 4. & deinde ſæpius alibi.

Abr. Calovii harmonia Germanice, Witeb. 1680. 8. & latine in Bibliis illuſtratis Tomo primo N. T.

Centuriatores Magdeburgenſes Tomo I. capite X.

Jo. Calvini i) Harmonia ex Matthæo Marco Luca (nam in Joannem ſeparatim ſcripſit) Genev. 1555. fol. ex officina Rob. Steph. & ſæpius deinde alibi, & inter opera. Etiam Gallice & Germanice.

Tho. Cartvvrighti Harmonia Evangelica per Analyſin Logicam & Mephraſin hiſtoricam illuſtrata. Amſt. 1630. 4.

Matthæi à Caſtro epitome Concordiæ Janſenianæ. Antvv. 1593. 8.

Martini Chemnitii Harmonia Evangelica à Polycarpo Lyſero k) & Jo. Gerhardo continuata atque ad umbilicum perducta. Francof. 1593. 1608. 4. Jenæ 1617. 1626. 1627. 4. & Francof. 1615. fol. Genev. 1628. 1645. Roterd. 1646. Hamb. 1647. Francof. 1657. Hamb. 1704. fol. duobus Volum.

Joannis Chriſtiani ſpeculum Harmonicum præcipuarum harmoniarum. Bernæ 1642. 4. & Germanicè A. 1643. teſte Lipenio, ipſe enim librum haud vidi.

Joannis Clerici Harmonia Evangelica, in qua uno conſpectu quatuor columnis verba Græca Evangeliſtarum integra conferuntur, addita latina verſione vulgata, & editoris paraphraſi. Amſt. 1699. fol. & latine tantum Francof. (titulus præfert Lugdunum) 1700. 4. Anglice quoque prodiit Lond. 1700. 4. Fatetur Clericus in ordine præ ceteris inſtitiſſe ſe veſtigiis Jo. Richardſoni, de quo infra. Etiam notas

i) Calvinus Andreæ Oſiandro veluti è diametro adverſatur, & dum temporis ordinem ſæpiſſime ab Evangeliſtis neglectum ſupponit, etiam ubi diverſa narrare videntur Evangeliſtæ, unam eandemque rem ab illis referri arbitratur. Dicam & hic cum Livio XXVI. 49. *Si aliquibus aſſentiri neceſſe eſt, media ſimillima veris ſunt*, nam ambæ ſententiæ & Oſiandri illa & hæc Calvini excedere aliquando modum videtur, ut magno Chemnitio probe obſervatum.

k) Lyſerus incepit à capite 52. Gerhardus à capite 141. Ex merito commendatur hoc opus in Conſiliis Witebergenſ. Theolog part. 1. tit. 1. num. 4. In tabulas illud redegit David Klugius ὁ μακαρίτης.

notas in hanc Harmoniam ſuam pollicetur in memoriis litterariis Trivultinis A. 1702. parte I. p. 157.

Jo. Cluverii Harmonia Evangeliſtarum digeſta ſecundum paſchata & itinera CHRISTI, edente filio Mich. Cluvero. Roſtoch. 1628. 4. paucis conſtans foliis.

Harmonia Brunonis Cognati Carthuſiani, quem de nonnullis monet Petavius II. 12. Epiſt.

Laur. Codomannus. Norimb. 1568. 4. Germanicè.

Alanus Copus. Lovan. 1572. Duac. 1603.

Bernh. Copus, una cum Jo. Aleſio de quo ſupra. Lichæ 1605. 8.

Simonis Corroyi, Ord. Cœleſtinorum, Conſonantia Evangelica. Lugd. 1547. Antvv. 1591.

Pauli Crellii. Witeb. 1566. 8. Germanice, è Bugenhagio fere.

Adriani Crommii è Soc. Jeſu. Lovan. 1633.

Jacobi Dornkrellii ab Eberhertz patris & filii, in Harmonia Biblica Luneburg. 1686. fol. Germanicè, & novis curis filii de integro ibid. 1688. 8. ſeparatim ſub titulo: der Evangeliſchen Vergleichung zweyte Arbeit.

Tho. Draxi Harmonia, Calvinum potiſſime oppugnans, ut Lipenio notatum.

Laurentius Echard in Hiſtoria Eccleſiaſtica generali trium priorum ſæculorum Lond. 1702. fol. Anglicè.

Laurentius Edingerus in delineatione Harmonica ἀκολουθείας Evangelii de CHRISTO. Hafn. 1670. 8.

Ruperti Erythrophili Paſtoris Hanoverani Catena aurea in Harmoniam Evangeliſtarum. Magdeb. 1604. 4. & Germanice 1608. 4.

Andreæ Fabri ſyntagma Hiſt. Evangelicæ Harmonicum. Germanicè. Ulmæ 1652. 4.

Chriſtophori Fiſcheri. Ulſenæ 1575. 1579. 1583. fol. Concionibus Germanice habitis.

Laur. Forerus in vita JESU CHRISTI. Dillingæ 1640. 8.

Michael Fouqué. A. 1574. Gallicè. Confer Rich. Simonis Epiſtolas ſelectas lib. 2. p. 101.

Paulus Friſius de tempore miniſterii CHRISTI. Witeb. 1604. 4.

Henr. Gartvvaithi Harmonia Evangelica Lond. 1630. 4. Anglicè.

Jo. Gerhardi. Vide ſupra in Chemnitio.

Roberti Gouleti. Pariſ. 1535. 8.

Sam. Gradockii. Lond. 1668. fol. Anglice.
Frid. Greiffenii. Germanicè.
Jo. de la Haye Hiſtoriæ Evangelicæ diſpoſitio ipſis Evangeliſtarum verbis ordinata ſerie diſtributa. Duaci 1607. 4. Ej. Triumphus veritatis ordinati Evangelii quadriga invecta SS. Patrum exercitu ſtipata. ibid. 1609. fol.
Jo. Henricus Heideggerus libro III. Enchiridii Biblici cap. VI.
Protaſius Henriettus. Pariſ. 1667. 4. Gallicè.
Joannes Hiud. Lond. 1632. 8. Anglicè.
Jo. Huſſi Collectio geſtorum CHRISTI ſecundum tres annos prædicationis ejus digeſta. inter ejus opera Norimb. 1558. fol.
Cornelii Janſenii Gandavenſis Epiſcopi Commentaria in Concordiam Evangel. Lugd. 1571. fol. & 1582. 1594. & ſæpius aliis in locis.
Cornelii Janſenii Iprenſis Tetrateuchus. Lovan. 1639. 4.
Petri de Irurosqui, Navarri Dominicani ſeries Evangelii &c. Stellæ Navarrorum 1557. fol.
Davidis Klugii Harmonia Evangeliſtarum Chemnitio-Lyſero-Gerhardiana in tabulas redacta. Jen. 1670. 4.
Antonii à Koninckſtein Enarratio in Monoteſſaron Evangelicum. Colon. 1539. 8.
Jo. Kromayeri, Superintend. Vinarienſis A. 1636. 8. Germanicè.
Bernardi Lamy Presbyteri Oratorii Pariſ. Harmonia ſive Concordia IV. Evangeliſtarum. Pariſ. 1689. 12. Ejusd. Commentarius in Harmoniam cum Apparatu Chronologico & Geographico & præfatione in qua demonſtratur veritas Evangelii. ibid. 1699. 4.
Jo. Lightfoot Harmonia Evangeliſtarum inter ſe & cum V. T. tomo I. Opp.
De Polycarpi Lyſeri Patris (qui A. 1610. Dreſdæ obiit) Harmonia Evangelica. Vide ſupra in Chemnitio.
D. Val. Erneſti Lœſcheri tentamen accuratæ Harmoniæ. In relationibus novantiquis Germanice editis A. 1701. p. 164. ſeq.
Eilhardi Lubini Harmonia Græcolatino Germanica. Roſtoch. 1616. 4.
Severini Lubomlii Poloni Ord. Prædicatorum. Cracov. A. 1607. fol.
Reir ardi Lutz. Baſil. 1561. fol.
Jo. Henrici Maji Theologi Gieſſenſis Harmonia Evangelica 1) omnium dictorum & factorum Domini noſtri JESU CHRISTI usque ad Paſcha

1) Auctor ipſe in præf. *Compendium non tantum vaſti operis Chemnitio Lyſeriani, Lightfootiani aliorumque exhibet, ſed & occaſionem ſuppeditat plura meditandi.*

Paſcha σκυρώσιμον, perpetua paraphraſi & commentario ex ſingulis commatibus cognitionem veritatis & praxin pietatis commonſtrante illuſtrata. Gieſſæ 1707. 4.

Jo. Matheſii Hiſtoria JESU CHRISTI è IV. Evangeliſtis Norimb. 1568. Germanicè.

Gerhardi Mercatoris Harmonia Duisburgi, 1592. 1603. 4.

Gortvvaldi Meſchini tabula novæ Harmoniæ Evangelicæ edita Spiræ, teſte Lipenio.

Theobaldi Meuschii Harmonia Evang. Hanov. 1604. 4.

Caroli Molinæi Collatio & unio Evangeliſtarum Hanov. 1565. 4.

Rich. Montacutius in Θεωθρωπικῷ ſive Originibus Eccleſiaſticis. Lond. 1636. 1640. fol. duobus Volum.

G. Oenopolæ Harmonia. Francof. 1607. fol.

Jo. Godfridi Olearii Vita CHRISTI. Halis Sax. 1669. 12. Germanice.

Andreæ Oſiandri Harmonia Græce & latine libris IV. in quibus Evangelica hiſtoria è quatuor Evangeliſtis ita in unum eſt contexta, ut nullius verbum ullum omiſſum, nullum alienum immixtum, nullius ordo turbatus, nihil non ſuo loco poſitum: omnia vero litteris & notis ita diſtincta ſunt, ut quid cujusque Evangeliſtæ proprium, quid cum aliis & cum quibus commune ſit, primo ſtatim adſpectu deprehendere queas, addito libro annotationum & Elencho ſive Indice per tabulas argumentorum. Baſil. 1573. fol. & Germanice per Jo. Schvveinzerum. A. 1540. 8.

Pauli de Palatio. Conſtatiæ 1605. 4.

Joach. Perionii. Pariſ. 1553. fol.

Potenſteineri. Amſt. 1653. 4. Germanice edita & Lipenio memorata.

Dionyſius Petavius XII. 18. Doctrinæ temporum.

Paulus Pezron in Hiſtoria Evangelica per Judaicam & Romanam confirmata. Pariſ. 1696. 12.

Jo. Georgius Pritius in tabula Chronologica cap. XXXVI. Introduct. in lectionem N. T. Lipſ. 1704. 12.

Barthol. Radmannus de Vita CHRISTI. Francof. 1600. fol.

Vincentii Regii è Soc. JEſu dilucidatio Concordiæ & Hiſtoriæ Evangelicæ libris VIII. Colon. 1615. fol.

Joannis Pauli Reſenii Apparatus Evangelicus ſive Harmonia IV. Evangeliſtarum, neſcio an edita.

Jo. Richardſoni Ardachadenſis in Hibernia Epiſcopi Harmonia exhibita à Jacobo Uſſerio ad calcem Annalium V. T.

Joannis Roberti Arduennatis è Soc. JEſu Myſticæ Ezechielis Quadrigæ hoc eſt Sancta Evangelia Hiſtoriarum & temporum ſerie vinculata Græce & latine. Mogunt. 1615. fol.

Franciſci de Roxas Toletani Commentaria in Concordiam Evangeliorum ſecundum ordinem Evangeliorum totius anni. Madrit. 1621. fol.

S. le Roux Concordia IV. Evangeliſtarum. Pariſ. 1701. 8.

Jo Rubi Hannonii. Colon. 1572. 8.

Dan. Sachſii Concordia Evangeliſtarum Concionibus 300. explicata Franco. 1651. 1658. 1662. fol. tribus Volum. Germanicè.

Caſp. Sagittarii Harmonia Evangelica Paſſionis m) JESU CHRISTI. Jen. 1684. 4.

Caſp. Hermanni Sandhagenii Harmonia Evangelica Luneb. 1684. 1688. 8. Germanicè.

Joſephus Scaliger à CHRISTI baptiſmo ad mortem usque computat Paſchata quinque p. 86. ad Euſeb. & libro VI. de emendat. temporum p. 552. ſeq. Paulo aliter Paſchata quinque colligit Wilh. Langius de Annis CHRISTI lib. II. cap. 10. ſeq. Fuere è veteribus qui unico tantum anno baptiſmum Domini & prædicationem paſſionemque concluſerunt, ut patet è Philaſtrio hæreſi 105. aliisque apud Blondellum prolegom. ad lib. de Epiſcopis p. 27. ſeq. & Grotium ad Luc. IV. 19. Eidem ſententiæ adſtipulatus nuper eſt Franciſcus Burmannus parte 2. Exerc. diſſ. 2. de intervallo τῆς πολιτείας ſive functionis CHRISTI p. 257. Aliis placet tria tantum Paſchata admittere, ut poſt Irenæũ II. 38. Petavio XII. 17. doctrin. temp. & Noriſio Cenotaph. Piſan. c. XVI. Sed libenter accedo eorum ſententiæ qui Joannis Evangeliſtæ teſtimoniis congruentius Paſchata quatuor à Soſpitatore noſtro poſt baptiſmum celebrata eſſe docent.

Juſti Georgii Schottelii Harmonia Evangelica. Brunſvic. 1675. 8. Germanice.

Andreæ Seelmatteri, Helvetii. Baſil. 1612. 4. itdem Germanice.

Nicolai Selnecceri Explicationes Harmoniæ Evangel. Lipſ. 1594. 8.

Caſparis Serrano Luſitani Compendium Concordiæ Evangel. Janſenii Gandavenſis. Colon. 1593. 8.

Georgii Sigelii Hiſtoria JESU CHRISTI. Norimb. 1585. fol.

Bar-

m) Idem argumentum docte perſecutus eſt & Evangeliſtarum narrationes diligenter inter ſe contulit Antonius Bynæus in libris III. de CHRISTO crucifixo. Amſt. 1691. 1696. 1698. 4. Ejusdem Bynæi de CHRISTI circumciſione liber vidit lucem A. 1690. 4.

Barthol. Siultati Diarium humanitatis CHRISTI. Francof. ad Viadrum 1600. 4. Germanice.
Georgii Steinhardi Evangeliſtarium. Lipſ. 1593.
Rob. Stephani Harmonia Evangel. Pariſ. 1553. fol.
Jo. Stineri. Colon. 1629 fol.
Taylori vita CHRISTI. Lond. 1657. fol. Anglice.
Salomonis Van Till Harmonia Evangelica commentario in Matthæum adjuncta. Dordraci 1687. 4. Belgicè.
Sebaſt. Nanus Tillemontius parte 1. memoriarum ad Hiſt. Eccleſiaſticam ſpectantium. Pariſ. 4. & Bruxellis 1694. 12. Gallicè.
Jo. Mariæ Verrati, Carmelitæ Harmonia Evangelica. Venet. 1571.
Didaci Villalobos. Pintiæ 1555. fol.
Pauli Voëtii Amſtelod. 1654. 4.
Abrahami Coueti de Vivier Hiſtoria Evangelica Ordine naturali digeſta ita ut ratio habeatur potiſſime locorum in quibus Dominus eſt verſatus. Prodiit Hagæ Comm. 1705. 4. Gallice.
G. Joannis Voſſi Harmoniæ Evangelicæ de paſſione, morte, reſurrectione ac adſcenſione JESU CHRISTI Servatoris noſtri, libri III. Amſt. 1656. 4. Ejusdem liber de Genealogia n) CHRISTI, ibid. 1643. 4. & inter Opera VI. Vol. in fol. edita.
Jac. Uſſerius. Vide ſupra Anonymus, & Richardſon.
Mich. Waltherus (pater) in Harmonia Biblica. Argentor. 1627. 4. Norimb. 1654. & 1696. fol. quæ auctior eſt editio.
Gvilelmi Whiſton brevis Conſideratio Chronologiæ V. T. & Harmoniæ Evangeliſtarum. Cantabrig. 1702. 4. Anglicè.
Georgii Wirth Profeſſoris Lipſ. Hortulus è IV. Evangeliſtis. Francof. 1610. 4.
Dan. Witby in Indice Chronologico poſt commentarium in N. T. Lond. 1703. fol. Anglice.
Philippi Ziegleri Concordia Evangel. Francof. 1620. fol. Germanicè.

XXI. *Diſtinctio librorum N. T. in capita & verſiculos.*

Antiquiſſimi Codices ſcriptorum ſacrorum Novi fœderis quemadmodum nullis accentibus atque interpunctionibus, ſic nulla

n) De hoc argumento conſulendum Petri Poſſini diallacticon Theogenealogicum cum Catena Patrum Græcorum in Matthæum editum Rom. 1646. fol.

Digitized by Google

quoque capitum notatione distincta fuerunt. Primus capitulorum distinctionem (quemadmodum V. T. libris Parascharum & Haphtararum) videtur libris Evangelicis & Apostolicis intulisse usus lectionum publicarum in Christianorum cœtibus, unde pericoparum & capitulorum jam apud Justinum Martyrem & Tertullianum mentio occurrit. De illorũ ἀναγνωσμάτων ratione consulenda Clarissimi Viri W. E. Tentzelii erudita diatriba de ritu lectionum sacrarum. Witeb. 1685. 4. Deinde ob alias etiam causas in capita dividi cœperunt, vel ad Evangelistas inter se conferendos, vel ad verba scriptorum alleganda & tanto facilius reperienda, quem usum omnium postremo loco, & multo demum tempore interjecto veteres respexisse est credibile. Ad conferendos inter se Evangelistas primus capitum distinctionem (quæ forte nec in Tatiani Monotessaro nulla fuit) scriptis Evangelicis applicuisse videtur Ammonius Alex. quem in Canonibus Evangelicis, de quibus supra dixi, Eusebius fuit secutus. Qualis illa fuerit, Canones Eusebiani qui adhuc exstant Ammonii Harmonia, & κεφαλαίων illorum sive capitulorum numeri in marginibus plerorumq; Codicum N. T. & in Hieronymo adnotati ignorare nos non sinunt. Præterea apud Euthymium Matthæus dispescitur in pericopas majores LXVIII. Marcus in XLVIII. Lucas in LXXXIII. Joannes in XVIII. Singularũ pericoparum inscriptiones Græcæ sive argumenta paucis verbis comprehensa leguntur in quibusdam editionibus N. T. ut Rob. Stephani, & ante commentaria Theophylacti in IV. Evangelia, atque in reliquos N. T. libros (excepta Apocalypsi) ante Commentaria Oecumenii, unde illa depromsit, atque in Exercitationib⁹ suis ad N. T. Græce descripsit Daniel Heinsi⁹, qui & editioni N. T. Elzevirianæ A. 1633. 12. jussit adnecti. Ex Heinsio dedit illa etiam Rev. D. Georgius Pritius introductione in lectionem N. T. cap. XXV. Apud latinos aliæ videntur obtinuisse distinctiones, nam Hilarius in commentariis suis Matthæum dividit in Canones XXXIII. Alii eundem distinxere in capita XCIV. Lucam in CVII. Denique in latinis atque inde in universis per occidentem Ecclesiis obtinuit distinctio capitum quæ Hugoni Cardinali vulgo tanquam auctori tribuitur, qua Matthæus v. g. dispescitur in capita XXVIII. Marcus in XVI. &c. Sic capita etiam majora videmus Græcis in usu fuisse præter minora illa κεφάλαια sive sectiones, ut patet è Svida, in πτλ & κεφάλαιον, qui ait Matthæum habere πτλας sive capita majora LXVIII, at κεφάλαια sive capitua minora 355. Marcum titulos XLVIII. capitula 236. (nam σλς′ legendum pro λς′ ut Simonius & alii monuere) Lucas titulos

LXXXIII.

LXXXIII, capitula 348. Joannes denique titulos XVIII. capitula 232. Sic Apocalypſin in λόγους XXIV, capitula 72. dividit Andreas Cæſareenſis. Sic latini in Bibliis ſuis ante verſiculorum rationem receptam capita ſingula deviſerunt per litteras A. B. C. &c. quarum notationem etiam ſequuntur antiquiores editiones Concordantiarum.

Denique fuit diſtinctio librorum ſacrorum in στίχους, quæ in diverſis codicibus perquam exſtitit diverſa, ut patet ex antiquis στιχομετρίαις, qualem habes ad calcem Chronographiæ Nicephori CPol. editionis Scaligeri, & in Operibus poſthumis Petri Pithoei, adjuncta verſione latina Anaſtaſii Bibliothecarii, unde recudi eam curavit in Criticis ſacris Anglis Joannes Pearſonus, Jacobus Goar ad calcem Syncelli & Fabrottus ad calcem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anaſtaſii. Alias στιχομετρίας & indiculos librorum ſacrorum è MSS. codicibus vulgaverunt Cotelerius ad Patres Apoſtolicos T. 1. pag. 117. Jo. Morinus in Exerc. Bibl. Richardus Simon lib. 1. Hiſt. Crit. cap. ultimo: Joſephus Maria Thomaſius ſive Carus, & Laurentius Alexander Zaccagnius. Ceterum de tota illa ratione στίχων apud veteres conſulendi præter jam laudatos Salmaſius in prolegomenis ad Solinum, Dan. Heinſius in Ariſtarcho ſacro cap. XIII. Jo. Crojus Obſ. in N. T. cap. X. ſeq. Balthaſar Stolbergius Exerc. VII. & XI. earum quæ libro de ſolœciſmis & barbariſmis Novi Teſt. dictioni falſo imputatis ſubjiciuntur, Joannes Henricus Majus in examine Hiſt. Crit. N. T. cap. XXXIII. Jo. Georgius Pritius introductione in N. T. cap. XXIV. ſeq. & Humfredus Hody de Bibliorum textibus originalibus IV. 4. p. 644. ſeq. Ut autem de proportione στίχων ad κεφάλαια & τίτλους aliquomodo conſtet, quatuor Evangeliſtæ v. g. diviſi erant in majores ſectiones CCXVII. capitula minora MCLXII. ut computant etiam Epiphanius & Cæſarius, ſed στίχους ſive verſiculos 9900. Hodiernum librorum N. T. in verſus diſtinctionem jam ſupra p. 189. notavi nos debere Roberto Stephano. Quemadmodū & hoc jam obſervatum à multis eſt, diſtinctionem illam tam capitum quam verſuum quali hodie utimur, licet ad loca evolvenda utiliſſimam & propterea aliquomodo neceſſariam, non tamen ſemper ita eſſe comparatam, ut lectori ad ſenſum ſacrorum ſcriptorum rectius intelligendum ſit ſubſidio, atque ubi vel argumentum vel ſententia deſinit, jubeat paulisper veluti ſubſiſtere, ſed non raro divellat conjungenda, & quæ divelli oportebat conjungat.

XXII.

XXII. *De ſtylo Novi Teſtamenti & lingua Helleniſtica.*

Quoniam ſancti homines DEI ſcripſerunt impulſu SPIRITUS SANCTI τὸ πῶς καὶ τί illis ſuggerente, hic afflatus divinus ita moderatus eſt naturalem vel ſtudio acquiſitam quæ in ipſis erat ſcribendi facultatem, ut procul ab omni errore, ſalutaria humano generi traderent: linguæ vero illorum idioma neutiquam immutavit, ſed quemadmodum voluit DEUS voluntatem ſuam nobis exponi linguæ hominum, ita non magis captavit Hebraiſmos quam Græciſmos, ſed uſus eſt ſcribentium conſvetudine loquendi, quæ in diverſis etiam ejusdem linguæ non plane eadem fuit. Hebraiſmi vero qui in libris Novi Teſt. obvii ſunt, partim ab uſu verſionis LXX. Interpretum, partim à ſcribentium conſvetudine profluxere, qui Hebræo Chaldaico generi loquendi adſveti, etiam cum græce ſcriberent ducebant aliquem idiomatis illius colorem. Si tamen probe advertas, pauciores in Novi fœderis libris deprehendas Hebraiſmos quam volunt præclari viri, ſoloeciſmos vero nullos. Ac ne barbariſmos quidem, cum nusquam promittant Apoſtoli Attice ſcribere, & tam ſit Hebræis barbarus Atticiſmus, quam Hebraiſmus Athenienſibus. Qui porro novum veluti linguæ genus effinxerunt viri doctiſſimi quod vocarunt Helleniſticum, mimium dixere illi quidem & minus commode uſi ſunt vocabulo: quocunque tamen nomine appelles, certum eſt ſingularem quendam & ab aliis ſcriptoribus Græcis differentem non linguam nec dialectum, ſed colorem dictionis Græcæ ſtylique in libris Novi fœderis exſtare, cui nihil usquam ſimilius aut propius eo nomine accedens reperitur, quam Græca LXX. Interpretum verſio Veteris Teſtamenti. Hanc igitur diligenter qui evolvet, non male tempus ſuum collocaverit ad ſcripta Apoſtolica familiarius intelligenda. Qui vero eruditorum hominum varias de ſtylo librorum ſacrorum diſceptationes & in his obſervationes quoque variasneutiquam contemnendas cognoſcere deſideraverit, ab eo conſuli poterunt hæc ſcripta:

Diſſertationum Philologicarum de Stylo N. T. Syntagma à Jacobo Rhenferdo V. C. collectum addita ipſius diſſ. de ſæculo futuro. In iſto habes 1) Rev. D. *Jo. Olearii* diſſ. inauguralem de ſtylo N. T. Lipſiæ A. 1668. 4. editam atq; in de ſæpius recuſam: 2) *Jo. Henrici Bæcleri*

Bæcleri diſſ. ejusd. argumenti vulgatam Argentorat. 1642. 3) *Sebaſt. Pfochenii* diatriben de linguæ Græcæ N. T. puritate Amſt. 1629. 8. atque inde ſæpius excuſam. 4) Jo. Cocceji ſtricturas eousque ineditas pro Pfochenio adverſus Gatakerum. 5) *Balth. Bebelii* Exerc. de phraſi N. T. Witeb. 1659. 6) *Moſis Solani* diſſ. ſub Rhenferdii præſidio contra Pfochenium habita. 7) *Martini Petri Cheitomæi* Græcobarbara N. T. quæ Orienti originem debent. Amſt. 1649. 12. 8) *Jo. Henrici Hottingeri* de uſu ſcriptorum Hebraicorum in N. T. 9) *Jo. Leusdenii* diſſ. X. ſeq. Philologi Hebræo Græc. in quibus ſuccincte agitur de dialectis & XXXI. generibus Hebraiſmorum N. T. è *Caſp. Wyſſii* dialectologia ſacra, Tiguri 1650. 8. & *Jo. Vorſtii* libris duobus de Hebraiſmis o) N. T. Lugd. Bat. 1648. 10.) Jo. Vorſtii de Adagiis N. T. 11.) *A. Kesleri* Superintend. Eisfeldenſis de dictorum V. T. allegatione in Novo. 12) De ſtylo ſacrarum litterarum & præſertim N. T. Græci, nec non de Helleniſtis & Helleniſtica dialecto doctiſſimorum quorundam tam veteris quam recentioris ævi ſcriptorum ſententiæ, à *Joachimo Jungio* p) collectæ & editæ Hamb. 1639. 4. occaſione litis quæ ipſi cum nonnullis interceſſit, de qua vide ſi placet Jo. Molleri V. C. Iſagogen in Hiſt. Cherſonneſi Cimbricæ p. 586. ſeq.

Syntagma diſſertationum de ſtylo N. T. Græco, quas collegit *Taco Hajo van den Honert* Eccleſiæ Amſtel. Paſtor, Amſt. 1702. 4. In hoc exhibentur 1) *H. Stephani* diſſertatio hujus argumenti quam editioni N. T. A. 1576. præfixit, pollicitus librum integrum de puritate dictionis N. T. quæ non vidit lucem. 2) *Theod. Bezæ* de dono linguarū & Apoſtolico ſermone diſſ. è commentario ad Act. X. 46. & fragmentum Epiſtolæ ad Eliſabetham Reg. commentario in N. T. præfixæ. 3.) *G. Paſoris* Ideam dialectorum N. T. 4) *Jo. Georgii*

o) Nimis à Vorſtio Hebraiſmos multiplicari, monuit ipſum Reineſius Epiſtola ad eum XIV.

p) Huic collectioni *Jacobus Groſſius* Paſtor Hamb. ad S. Catharinæ oppoſuit triadem propoſitionum Theologicarum, ſtylum N. T. Græcum à barbaris criminationibus vindicantium & ſententiam Criticorum qui Helleniſmum propugnant nihil illius rectitudini derogare oſtendentium. Jenæ 1640. 12. Groſſio *Daniel Wulferus* Norimbergenſis oppoſuit Innocentiam Helleniſtarum vindicatam (ſine auctoris & loci notatione) in 12. Reſpondit Groſſius in obſervationibus pro triade propoſitionum Apologeticis. Cumque *Jo. Muſæus*, Theologus poſtea celeberrimus A. 1641. edidiſſet disquiſitionem de ſtylo N. T. in qua Groſſii trias propoſitionum & obſervationum Apologeticarum modeſte examinatur, reſpondit Groſſius in tertia defenſione, & vindiciis disquiſitionis Muſæanæ A. 1642. editis, in defenſione quarta.

Digitized by Google

Straube disp. philologicam de emphasi Græcæ linguæ N.T. 5) *Honerti* ipsius Epistolam ad Abrahamum Boddens de styli N. T. puritate.

Elia Benoist Delfensis Ecclesiæ V.D. Ministri adversus Honerti Epistolam amica Expostulatio. Delfis 1703. 4. Honerti responsio &c.

Matthias Flacius parte II. Clavis S. Scripturæ tractatu V.

Salomo Glassius in philologia sacra lib. I. tractatu III. &c.

Jo. Henricus Majus in Examine Hist. Criticæ N. T. cap. *XXVI.* & *XXVII.*

Claudii Salmasii de Hellenistica Commentarius, controversiam de lingua Hellenistica decidens & plenissime pertractans Originem & dialectos Græcæ linguæ. Lugd. Bat. 1643. 8.

Dan. Heinsii Exercitatio de lingua Hellenistica & q) Hellenistis. Lugd. Bat. 1643. 8.

Claud. Salmasii funus r) linguæ Hellenisticæ, sive confutatio Exercitationis de Hellenistis & lingua Hellenistica. *Cui libet exequias ire Hellenisticæ, i, licet. Ecce illa jam effertur.*

Ejus-

q) De Hellenistis Actor. VI. 1. IX. 29. & XI. 20. memoratis, septem sentias eruditorum reperio, è quibus per placet mihi *prima* Lud. Cappelli Opp. posthum. p. 394. cui Hellenistæ sunt Ethnici. *Secunda* est Is. Vossii c. ult. de Sibyllinis, atq; intelligit Judæos Ethnicorum Romanorum partes secutos, aut qui in eorum stipendio vixerunt. *Tertia* Erasmi, qui nomen Hellenistarum factionem etiam innuere existimat, non tantum nationem aut linguam. *Quarta* Petri de Marca VI. de concordia Sacerdotii & Imperii c. 1. p. 59. è cujus sententia Hellenistæ sunt Judæi dispersionis secundæ in provinciis Græcorum sive gentilium dispersi. *Quinta* Jo. Lightfooti, qui Hellenistas fuisse existimavit Judæos habitantes in gentibus neque gnaros Linguæ Hebraicæ, sed quamvis aliam illius in qua versarentur gentis linguam solitos loqui. *Sexta* Hellenistas accipit de proselytis justitiæ è Græcis. Ita Joach. Camerarius, Beza, Salmasius, Crojus, Pearsonius lectionibus ad Acta Apostol. p. 52. seq Matthæus Cottierius, Gvil. Caveus, & Sam. Basnage ad A. C. 35. n. 7. *Septima* denique Hellenistas contendit fuisse Judæos Græcienses ἑλληνιστὶ διαλεγομένους (ita Syrus, Chrysost. Theophylact Oecumen. & in versione Græcobarbara Maximus Margunius) verbis Græcis, phrasibus uti solitos Hebraicis & extra Judæam habitantes. Ita Josephus Scaliger ad Eusebii num. 1734. Dan. Heinsius in Exerc. ad N. T. & in aliis quæ memoravi scriptis, Drusius, Hugo Grotius, Hammondus, Rich. Simon, Coccejus præf. ad Cod. Sanhedrin, Jo. Seldenus, Dionys. Petavius, Constantinus l'Empereur, Barthol. Maierus in Philologia sacra aliique.

s) Hugo Grotius Epistola 694. notat ex ipsius Salmasii concessis facile posse componi librum de lingua Hellenistica rediviva. Confer Rich. Simonis Hist. Criticam N. T. cap. 17. seq. & novas observationes cap. 5.

Ejusdem ossilegium Helleniſticæ, ſive appendix ad confutationem Exercitationis de Helleniſtica. ibid. 1643. 8.

Martini Schoockii de Helleniſtis & lingua Helleniſtica diſſ. ad Heinſium & Salmaſium. Ultraj. 8.

Jo. Crojus in Obſervationibus ad N. T. contra Heinſium cap. *XXX--XXXIV.* Genev. 1645. 4.

Dan. Heinſius ia Apologia adverſus Crojum. 12.

M. Jacobi Bohlii juſta & moderata abſentiæ ab exſequiis & juſtis funebribus funeri linguæ Helleniſticæ paratis excuſatio & venia. Regiomont. 1647. 4.

Matthæi Cotterii de Helleniſtis & lingua Helleniſtica exercitationes ſecundariæ Argentorat. 1646. forma minore.

Tho. Gatakeri de ſtylo N. T. adverſus Pfochenium. Lond. 1648. 4. & una cum ejus Cinno, Adverſariis & aliis Operibus Criticis, Trajecti ad Rhen. 1698. fol.

Horatii Vitringæ Campegii F. animadverſionum ad Jo. Vorſtium de Hebraſmis N. T. ſpecimen. Ad calcem obſervationem Miſcellanearum Lamberti Bos. Franeqv. 1707. 8.

Rob. Boyle de ſtylo ſacræ Scripturæ. Oxon. 1665. Genev. &c. 4.

Balthaſaris Stolbergii Prof. Witebergenſis liber de ſolœciſmis & barbariſmis Græcæ novi fœderis dictioni falſo tributis, ut & de Ciliciſmis aliisque à D. Paulo nove uſurpatis, cum Exercitationibus XII. Philologicis. Witeb. 1685. 4. præmiſſa præfatione C. S. Schurzfleiſchii.

Pauli Antonii de N. T. Philoſophiſmis ſive dictionibus Philoſophicis Exercitatio. Lipſ. 1686. 4.

Nic. Aagardi Prof. Eloquentiæ Sorani de ſtylo N. T. diſſ. Soræ 1655. 4.

Hæc de Novi fœderis libris dicta ſufficiant, quibus tunc demum recte & ſalutariter utemur, non quando iſta de quibus hactenus diſſerui, quantumvis ſubtiliter diſcuſſerimus, aut totum etiam ſacrum Codicem teneamus ad ungvem, ſed quando illis tanquam voce (quæ profecto eſt) divina, ad fidem, atque amorem DEi hominumque patiemur nos adduci, ut per fidem vita beata ac ſempiterna in nomine JESU CHRISTI perfrui poſſimus.

Digitized by Google

CAPUT VI.

DE FLAVIO JOSEPHO.

Josephi nomen, ætas, vita. 1. *Libri de bello Judaico. Josepus, Hegesippus. Judæi barbari à Josepho dicti. Josephus hebraicæ linguæ non ignarus.* 2. *Antiquitatum Judaicarum libri.* 3. *Num scripti primum Hebraicè. ibid. Quanta fide dignus Josephus.* 4. *Ejus de CHRISTO testimonium.* 5. *Libri duo contra Apionem.* 6. *De Maccabæis.* 7. *Scripta deperdita.* 8. *Josephi lectione Comes quidam ab irreligiositate conversus.* 9. *Josephi editiones Græcæ.* 10. *Latinæ.* 11. *Græcolatinæ.* 12. *Versiones in linguas vernaculas.* 13. *Editiones promissæ.* 14. *De Josepho pseudoGorionide.* 15. *Ejus editiones.* 16. *Alii Josephi qui Hebraice scripsere.* 17. *Alii quidam scriptores de rebus Judæorum.* 18. *Index scriptorum à Josepho allegatorum.* 19.

1.

JOSEPHUS prænomen *Flavii* a) accepit à Flavio Vespasiano manumissore ac Patrono suo, à quo etiam civitate Romana donatus est, gente Judæus, filius Matthatiæ, sive Matthiæ potius, è genere b) sacerdotali & regio Asmonæorum, natus Hierosolymis anno primo Caji Caligulæ Cæsaris, qui fuit post natum CHRISTUM trigesimus septimus. In litteris una cum fratre germano Matthia institutus ita profecit, ut quatuordecim annorum cum esset jam à sacerdotibus & primoribus civitatis quærendo de lege c) exerceretur, & anno ætatis sexto decimo trium apud Judæos sectarum placita cognoscere inciperet. Hinc *Banuni* eremitæ

a) Flavius vocatur non tantum in editionibus & codicibus MSS sed etiam apud Clementem 1. Strom p. 341. Origenem, Minucium Felicem, Photium aliosque conf Tillemont. T. 1. Hist. des Empereurs p. 967. De Matthiæ nomine vide, si placet Vales. ad Euseb. p. 47.

b) Genus suum ipse recenset Josephus in vita, è publicis tabulis (δημοσίαις δέλτοις) p. 988 Conf. de his Clarisf. Parizonium in triade diss. 1. Tales fuere δημόσιαι κύρβεις, è quibus genus suum refert Synes. Epist. 57.

c) Ita accipio verba Josephi: συνιόντων ἀεὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς πόλεως πρώτων ὑπὲρ ἑνὸς παρ' ἐμοῦ περὶ τῶν νομίμων ἀκριβέστερον δὲ γνῶναι. confer, quæ de JESU duodecenni Luc. II. 46.

Digitized by Google

mitæ ſe addixit, ejusque auſterum vivendi genus per triennium imitatus rediit Hieroſolymam & vitam civilem ac Phariſæorum hæreſin amplexus eſt, quam teſtatur leges patrias d) diligentius reliquis coluiſſe, & vitæ inſtituto proxime ad Græcorum Stoïcos e) acceſſiſſe. Anno ætatis viceſimo ſexto CHRISTI LXIII. f) Romam acceſſit, & per mimum quendam Judæum Neroni carum inſinuans ſe in favorem Poppeæ libertatem impetravit amicis quibusdam ſuis, quos Felix procurator captivos illuc miſerat. Reverſus domum omnia tumultu plena reperit, & fruſtra civibus ſuis graves injurias ulciſci cupientibus & qualicunque ſucceſſu elatis ſuaſit, ut pacem cum Romanis colerent. Miſſus deinde anno ætatis triceſimo, CHRISTI LXVII. cum poteſtate in Galilæam, ut rebus turbidis proſpiceret, utriusq; Galilææ rector (II. 25. de bello Judaico pag. 822.) multa fortiter & prudenter geſſit, ducis functus munere, è multis periculis feliciter evaſit, adverſus æmulos, inimicos & perfidos magna moderatione uſus eſt. Inter alia Judæos nolentes ferre inter ſe, niſi qui circumcidi ſe paterentur, prohibuit, profeſſus g) *oportere ſuo quemque conſilio Deum colere, non ab aliis coactum.* Tandem capta à Veſpaſiano Jotapata anno eodem LXVII. Neronis XIII. Kalendis Julii poſt aliquot dies, quibus delituerat, vivus venit in Victoris h) poteſtatem, ab eoque cum mox ipſi & Tito filio præſagiſſet imperium i) in vinculis habitus eſt, donec biennio interjecto eventus veritatem vaticinii comprobaſſet. Tum enim à Veſpaſiano ſolutus, catenæque ejus ſecuri confractæ k) ut mos erat facere in illis, qui præter fas vincti fuerant. Ex Alexandria profectus Tito adfuit in obſidione Hieroſolymæ l) Anno Chriſti *LXX*, ætatis Joſephi *XXXIII*, ubi ſingula diligenter annotavit, & poſtea Romæ otium nactus græcæ linguæ dedit operam m) & ad concinnandam hiſtoriam animum appulit. Veſpaſiani, Titi & Domitiani gratiam conſtanter expertus non obſtantibus invido-

d) Joſephus in vita. p. 1023.
e) Id. p. 999.
f) Male in Clariſſ. Cavei Hiſt. litteraria excuſum 93.
g) pag. 1007. οὐκ εἶασε βιάζεσθαι, φάσκων δεῖν ἕκαστον ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν τὸν Θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ κατὰ βίας.
h) Joſephus III. de bello Judaico c. 14. (in Græco 24. ſeq.)
i) ibid. p. 584. (in Græco c. 27) Sueton. Veſpaſ. c. 5 Xiphilinus p. 803. Svid. in Ἰώσηπος. De hoc vaticinio Joſephi lectu digna & erudita exſtat Gotfridi Olearii diſſertatio edita Lipſiæ A. 1699. qua hoc totum callidæ prudentiæ tribuit.
l) Lib. I. contra Apion. p. 1037.
m) XX. ult. Antiqu.

vidorum accuſationibus. n) Vixit ultra quartum decimum Domitiani annum, in quo Antiquitatum libri deſinunt: fuit autem ille ætatis Joſephi LVI. CHRISTI XCIII. Et poſt hoc opus etiamnū compoſuit libros contra Apionem. Forte tamen haud diu ſuperfuit Patrono ſuo Epaphrodito, cujus caſum, (interfectus hic eſt Anno Chriſti XCV, à Domitiano) in ipſius etiam Joſephi perniciem ab inimicis verſum ſuſpicatur H. Dodvvellus diſſ. 6. ad Irenæum p. 468.

II. Scripſit ΙΟΥΔΑΪΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ o) περὶ ἁλώσεως *De bello Judaico & everſa Hieroſolyma libros VII.* quod opus ante libros viginti Antiquitatum compoſitum eſt imperante adhuc Veſpaſiano, & in illis ſubinde allegatur. Compoſitum eſt à Joſepho Hebræo patria lingua p) primum, in civium ſuorum uſus, deinde Græce oblatum Veſpaſiano, non certe ante annum ejus ſeptimum, q) CHRISTI *LXXV.* Magna fide verſatum ſe in hac Hiſtoria, cui ipſe interfuit, deſcribenda teſtatur Joſephus tum alibi tum in vita ſua p. 1026. ubi *Juſti* commentariis de eodem argumento compoſitis fidem detrahit, ſuum autem opus demonſtrat

n) In vita p. 1031. 1032.

o) Euſebius III. 9. Hiſt. Eccleſ. ἱστορίαν ἣ κατ' αὐτὸν Ἰουδαϊκὸν πολέμου vocat, atq; ita Joſephus ipſe, non uno in loco & Steph. in Φασαηλίς. Iſidorus Peluſ. IV. Ep. 75. Ἰωσήπου (ἀνδρὸς Ἰουδαίου μὲν, Φιλαληθοῦς δὲ) περὶ τῆς ἁλώσεως ἱστορίαν. In Codice Bodlejano: περὶ ἁλώσεως Ἰουδαίας καὶ τῆς μεγάλης πόλεως.

p) Joſephus procemio: Προὐθέμην ἐγὼ τοῖς κατὰ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν Ἑλλάδι γλώσσῃ μεταβαλὼν, ἃ τοῖς ἄνω βαρβάροις τῇ πατρίῳ συνταξας, ἀνέπεμψα πρότερον, ἀφηγήσασθαι. Quinam ſint illi οἱ ἄνω βάρβαροι docet idem paucis interjectis, Πάρθους μὲν γὰρ Βαβυλωνίους, Ἀράβων τε τοὺς πορφυρωτάτω γ τὸ ὑπὲρ Εὐφράτην ἐμοὶ φύλον ἡμῖν, Ἀδιαβηνούς τε γνῶναι διὰ τῆς ἐμῆς ἐπιμελείας ἀκριβῶς &c. Nec mirum Judæos à Judæo homine barbaros appellari, cum Chriſtiani etiam hoc nomine appellent quandoq; Chriſtianos diverſa lingua utentes. Vide Cotelerium ad homiliam IV. Clementin. T. 1. Patrū Apoſtol. p. 563. Quænam vero ſit lingua Joſephi patria, non æque perſpicuo teſtimonio ejꝰ conſtat. Itaq; alii Syro-Chaldaice Joſephum priꝰ libros de bello Judaico ſcripſiſſe affirmant. Vid. Sam. Basnagii Exerc. ad Baronium p. 398. ubi Joſephum Hebraice calluiſſe negat, quod mihi de Judæo legis ſtudioſiſſimo, & qui ex Hebraicis libris Antiquitates Hebraicas condidit, nullo modo credibile videtur, licet puro Hebraiſmo uſum in ſcribenda hiſtoria nolim contendere. Argumentis pleriſque, quibus Hebraiſmi imperitum nonnulli audacter faciunt ob violentiores aliquas Hebraicorum nominum interpretationes (quas è Joſepho collegit Jo. Marcianæus T. 2. Hieronymi p. 170-175.) reſpondit Iſ. Voſſius libro de LXX. Interpretibus. Conſer. Pauli Pezronii antiquitatem temporum reſtitutam p. 49. & Humfredum Hody de Bibliis Original. p. 223. ſq.

q) Tillemont. Hiſt. des Empereurs T. 1. p. 971. edit. Bruxell.

ſtrat & Tito Imp. probatum fuiſſe, qui illud ſubſcripto manu ſua decreto r) jusſerit vulgari, & Regi Agrippæ, qui *LXII.* ſcriptis ad Joſephum epiſtolis ſuam illi benevolentiam teſtatam fecerit. In libro 1. contra Apionem pag. 1037. non tantum Veſpaſiano ac Tito, Regique Agrippæ, ſed Julio Archelao quoque & Herodi & aliis à ſe monſtratam refert, fideique tuliſſe teſtimonium. Statua donatum in urbe Roma narrat Euſebius III. 9. Hiſt. Eccleſ. Hieronymus c. 13. Catalogi: *Joſephus Romam veniens ſeptem libros Judaicæ captivitatis Imperatoribus Patri filioque obtulit, qui & Bibliothecæ publicæ traditi ſunt, & ob ingenii gloriam ſtatuam quoque meruit Romæ.* Latine transtulit *Rufinus* Aquilejenſis, cujus verſio exſtat, quemadmodum & altera liberior audaciorque *Ambroſii* ſive alterius, neſcio cujus, quæ ambulat ſub nomine *Hegeſippi.* Nam Benedictini quidem in præclara ſua Ambroſii operum editione affirmant illam ſe prætermiſiſſe, quod in ea nihil Ambroſiani ſtyli atque ingenii eſſe cenſerent: quod viſum etiam Latino Latinio eſt in Epiſt. ad Maſium T. 2. lucubration. p. 119. Quanquam Johannes Frid. Gronovius in Monobiblo Obſervat. ſacrarum c. 1. & 21. variis argumentis probat vel Ambroſium vel Ambroſii æqualem auctorem eſſe, cui accedit, quod Jo. Mabillonius in Codice antiquiſſimo Bibl. Ambroſianæ reperit tributum Ambroſio Epiſcopo T. 1. Muſei Italici p. 14. *Hegeſippi* vero nomen ex Joſepi ſive Joſippi nomine corruptum notavit Iſ. Voſſius in appendice de *LXX.* Interpretibus p. 127. Frequens autem latinis ſcriptoribus antiquis Joſepum potius dicere, quam Joſephum: vide Valeſium ad Euſeb. p. 19. perinde, ut Græcis Ἰώσηπον, licet in quibusdam etiam occurrit Ἰώσηφον ut apud Pſeud Ariſteam inter *LXX.* interpretum nomina, & 1. Maccab. V. 18. (ad quem locum, ſi placet, vide notas Johannis Druſii) & in Svida, atque alibi paſſim. Porro libros de bello Judaico cum laude memorat Photius codice *XLVII.* Hieronymus Epiſt. *XXII.* ad Euſtochiū de cuſtodia Virginitatis: *tales Joſephus Græcus Livius in ſecunda Judaicæ captivitatis hiſtoria Eſſenos refert.*

III. ΙΟΥΔΑΪΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ * *Antiquitatum Judaicarum libri XX.* inſcripti *Epaphrodito* s) quem ſub extremum alloquitur & κράτιστον

r) Ita intelligenda verba: ὥστε χαράξας τῇ ἑαυτῆ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι προσέταξεν. Neq; aliud ſonant latina Rufini interpretis, nec Nicephori II. 28. Hiſt. Ut fallantur, qui ſibi perſuaſerunt Titum manu ſua libros Joſephi deſcripſiſſe. Confer laudatam G. Olearii diatribam §. 1. & Tillemontium p. 972.

* Juſtinus Martyr cohortat. ad Græcos p. 19. ὁ γὰρ Ἰώσηπος τὸ ἀρχαῖον καὶ τὸ παλαιὸν τῆς ἱστορίας καὶ διὰ τῆς ἐπιγραφῆς τῶν βιβλίων σημῆναι βουλόμενος, ἀρχόμενος τῆς ἱστορίας οὕτω γέγραφε. Φλαβίου Ἰωσήπου ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας.

s) Videtur intelligi *Epaphroditus* libertus Neronis, quem memorat Arrianus libro primo Epictetearum diſſ. c. 1. & 26. Interfectum à Domitiano (anno CHRISTI 95.) tradidit

πεσον appellat, & in proœmio ingenti mactat encomio. Clauſulæ autem loco Joſephus operi Antiquitatum *vitam ſuam* ſubjunxit t) licet in editionibus vita Joſephi ab Antiquitatibus divulſa legatur, poſt libros de bello Judaico. Titulum Ἀρχαιολογίας & librorum numerum videtur mutuatus à Dionyſio Halicarnaſſenſi, de cujus viginti libris Ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς dixi libri III. cap. *XXXII.* Perducit autem Joſephus hiſtoriam ab origine mundi, usque ad duodecimum Neronis annum, quo rebellare Judæi adverſos Romanos cœperunt: & finem operi impoſuiſſe ſe teſtatur anno tertio decimo Domitiani, qui fuit CHRISTI XCIII. ætatis Joſephi LVI. In MSS. Codicibus ſinguli libri præmiſſum habent numerum annorum, quorum hiſtoriam complectuntur.

Liber *I.* annos 3833 - - - - - -	A. Mundi	3833
(Iſ. Voſſius p. 154. de *LXX.* interpretibus 3733)		
Geſnerus in Bibl. p. 243. b. male 1833.		
Liber *II* annos 220		4053
III 2 (Geſnerus perperam 52)		4055
IV. 38		4093
V. 476		4569
VI. 32		4601
VII. 40		4641
VIII. 163		4804
IX. 177 menſes 7 (Geſnerus 157)		4981
X. 182 menſes 6. dies 10. (Geſn. 82)		5164
XI. 253 menſes 5. (Geſn. 243)		5417
XII. 170		5587
XIII. 82		5669
XIV. 32		5701
XV. 18		5719
XVI. 12		5731
XVII. 14		5745
XVIII. 32		5777
XIX. 3 menſes 6. dies 19		5781
XX. 22	Summa annorum	5803

In

dit Dio lib. 67. p. 766. Conf Jo. Pearſonii Opera poſthuma p. 172. Alius Epaphroditus Chæronenſis Grammaticus librorum helluo, quorum ultra 30000. collegerat, clarus circa eadem tempora & ſub Nerva Imp. hydrope exſtinctus, de quo Svidas.

t) Clariſſime hoc teſtatur Joſephus XX. 9. p. 703. & p. 1032. Conf. Rev. Thomæ Ittigii prolegomena ad Joſephum b. 3. Valeſ. ad Euſebii III. 10. Hiſt. Eccleſ. & Tillemont. Hiſtoria Imperatorum T. 1. p. 978. Le Moyne ad Varia ſacra. p. 339.

Digitized by Google

In libris ipſis Joſephi paſſim tempora ſupputantur, & numeri annorum traduntur; ſed ita fere, ut nec inter ſe ſatis, nec cum Græca LXX. Interpretum verſione, nec cum externis ſcriptoribus conveniant, ut pluribus exemplis nuper admodum oſtendit Petrus Brinch Danus in Chronologiæ Joſephi examine, edito Hafniæ A. 1701. 4. & Fridericus Spanhemi⁹ in Chronologia ſacra parte 2. c. 3. T. 1. Opp. p. 151. ſeq. Non dubium eſt in multis depravatos codices eſſe in culpa, ut If. Voſſio, Bonjourio aliisq; obſervatum, in nonnullis forte Joſephi quoq; negligentiam. Capitum diſtinctio in Græcis alia, alia eſt in latinis: & in latinis quoque ipſis editionibus varia ac diverſa, nulla à Joſepho: incertum itidem, num ipſe ſit indicis ante ſingulos libros præmiſſi auctor, an alius aliquis junior. Ceterum MStorum Joſephi Codicum in Antiquitatum libris tanta eſt diſcrepantia, ut Emericus Bigotius non dubitaverit, Joſephum binas illius operis editiones adornaſſe. Ita enim ille in litteris u) datis Rhotomago 21. Febr. 1669. *Libros decem priores Antiquitatum contuli cum MSto codice præſtantiſſimo Bibliothecæ Regiæ, cujus meminit in exercitationibus adverſus Baronium Caſaubonus. Poſteriorum decem librorum nullum potui reperire MStum codicem bonæ notæ, univerſi enim, quos inſpexi, ita differunt ab impreſſis, ut conferri plane non poſſint. Jampridem credidi, atq; etiam nunc mihi perſuadeo Joſephum duplici vice antiquitates ſuas vulgaſſe. Prima editio continebat contextum primum decem librorum, qualis exſtat in impreſſis, poſteriorum autem qualis occurrit in Codicibus MSS. quos conſului. In ſecunda editione priores decem libri ita legebantur, ut occurrunt in MSto Regio, poſteriores vero quales ſunt in editis. Nec leviter hoc, quod conjicio de duabus editionibus confirmatur à Joſepho ipſo affirmante, quod ſcripta ſua* x) *Græcis emendanda permiſerit.* Etiam Hebraice Antiquitatum libros primum ſcripſiſſe legas in Bibliotheca Sixti Senenſis lib. IV. p. 273. ſed hoc recte refellit Rev. Thomas Ittigius in eruditis ad Joſephum prolegomenis, confutata etiam alterius viri docti opinione, qui Antiquitates Hebraice primum ſtante adhuc templo ſcriptas colligebat è loco libri VII. c. 11. p. 249. quo affirmat Joſephus ſortitionem familiarum ſacerdotalium obtinere ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. Longe minus probanda audaciſſima Jo. Harduini y) conjectura, qui Joſephi

u) Latina feci ex Gallicis, quæ leguntur ad calcem Epiſtolarum Reineſii ad Boſium. p. 381.

x) l. 1. contra Apionem p. 1037.

y) Vignolius Marvillius T. 1. Miſcell. Hiſtor. & litterar. p. 78. *Mr. l'Abbé de la Chambre ſur ce que le Pere Hardouin pretendoit, que le Joſephe tel que nous l'avons aujourdhui eſt un ouvrage de quelques Moines du treizieme Siecle: nous le verrons, me diſoit il, quand il nous aura prouvé que les Jeſuites ſont les auteurs des lettres provinciales.*

pta, qualia hodie habemus non antiquo illi scriptori nobilissimo Judæo, sed nescio, quibus impostoribus tertii decimi à CHRISTO nato sæculi tribuit. De Hebraica Josephi versione, quæ dicitur servari in Bibl. Vaticana, dixi nonnihil infra §. V. nota b. uti de Josepho Gorionide §. XV. hujus capitis.

IV. Fidem Josephi plerique veteres & recentes celebrant, quibus velut proprio nomine appellatur Φιλαλήθης. Theodorus Meliteniota in proœmio Astronomiæ: καὶ μέντοι καὶ Ἰώσηπος Φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορίων ἀρχαιολογίας συγγράφεται. Svidas: Ἰώσηπος Ἰουδαῖος Φιλαλήθης λέγων ἀεὶ ἃ ἐπορόμην &c. Isidorus Pelusiota IV. Epist. 75. Ἰώσηπε ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ μοι, Φιλαλήθης ἦ. Sozomenus Historiæ libro & capite primo Ἰώσηπος - - ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τῆς ἀεὶ θεοῦ ἀληθείας. Jornandes de rebus Geticis c. 4. *Josephus quoque Annalium relator verissimus, dum ubique veritatis conservat regulam, & origines causarum à principio revolvit.* Josepho Scaligero *diligentissimus & Φιλαληθέστατος omnium scriptorum* præf. ad opus de emendatione temporum. Sane Josephus ipse optime intellexit nihil in Historico magis esse necessarium, quam studium veritatis. Τῷ γὰρ ἱστορίαν ἀναγράφοντι τὸ μὲν ἀληθεύειν ἀναγκαῖον. p. 1024. vitæ suæ. Testatus etiam est, se ea, quæ de gentis suæ antiquitatibus tradit, non aliunde quam ex sacris libris Moysis ac Prophetarum & ex Hebraicis litteris diligenter transtulisse. Μέλλων γὰρ πραγματεύεσθαι ἅπασαν τὴν παρ' ἡμῖν ἀρχαιολογίαν καὶ τὴν διάταξιν ἣν πολιτεύματος ἐκ τῶν ἑβραϊκῶν μεθερμηνευομένην γραμμάτων p. 1. proœm. & p. 3. Τὰ μὲν οὖν ἀκριβῆ τῶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς θεσπίων ὁ λόγος ἐξ ἴσου τὴν ἰδίαν τάξιν σημαινέτω, τὸ δὲ διὰ πάντων ποιήσων τῆς πραγματείας ἐπηγγειλάμην, ἐδὲν παραθεὶς ἐξ οὗ ἂν παραλιπών. p. 4. Ταῦτα δ' ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις εὗρον ἀναγεγραμμένα, ἔχει δὲ ὕτως. & lib. X. cap. 11. pag. 349. clarissime ait se tantum Metaphrastem agere librorum sacrorum, neque addere illis quippiam de suo, nec detrahere: ἐγὼ γὰρ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἱστορίας πρὸς τοὺς ἐπιζητήσοντάς τι τῶν πραγμάτων ἢ μεμψομένους ἡτραλισάμην μόνοντε μεταφράζειν τὰς ἑβραίων βίβλους εἰς τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν, ἐγὼ τοίνυν δηλώσειν μήτι προστεθείς τι τοῖς πράγμασιν αὐτὸς ἴδιον, μήτ' ἀφαιρεῖν ὑπεσχημένος. At si quis Josephi Antiquitates cum sacris litteris non indiligenter conferat, magna passim & hinc inde vix ferenda libertate vel negligentia usum deprehendet, nam non modo omittit complura & adjungit vel secus interpretatur, deteritq; narrando, (miracula præcipue, quo fidem apud Ethnicos invenirent: Conf. Jo. Gregorii diss. Anglice editam de LXX. Interpretibus p. 33. seq.) sed & aliter non pauca commemorat, ut adversa fronte cum Moy-

Moyſe ac Prophetis in narratione rerum quarundam concurrat. Hoc non Jacobo Saliano tantum in Annalibus V. T. qui Joſepho iniquorem (fateor) aliquando ſe præbet, & Antonio Poſſevino in Apparatu ſacro, ſed innumeris præterea aliis viris doctis obſervatum, è quibus Jacobus Uſſerius in Epiſtola ad Lud. Cappellum p. 42. *De ipſo quoque Joſepho*, inquit, *non eſt prætereundum, quod ex ſacris Hebræorum literis Origines ſuas tranſlaturum ſe eſt pollicitus, neque ſubtrahendo quicquam neque addendo, id eum pari fide non præſtitiſſe. Eodem conſilio, quo Perſis nuper Hieronymus Xaverius Jeſuita interpolatam à ſe Evangelicam dedit Hiſtoriam, etiam Græcis ille rerum in V. Teſtamento geſtarum transmiſit memoriam: nonnulla, quæ erant in Canone, ſupprimens, alia (ut quum Salomoni verbi gratia pro XL. regni annis 2) LXXX. tribuit, & in numero talentorum argenti ad templi uſum à Davide relicto 1. Chron. XXII. 14. Centum millia pro mille millibus ſubſtituit) immutans, atque ex ſcriptis Apocryphis non pauca adjiciens, uti in ejus de Moyſe trienni, de eodem juvene cum Æthiopibus bellum gerente, de Tharbi regis Æthiopum filia connubium ejus expetente & aliis ejusdem farinæ narrationibus licet perſpicere.* Plura exempla Hiſtoriarum ſacrarum à Joſepho non optima fide relatarum collegit nuper Clariſſimus Vir Antonius Vandalen libro adverſus hiſtoriam Ariſteæ cap. X. & XI. & pag. 500. tum in libro de origine ac progreſſu idololatriæ c. VII. Petrus Baylius Tomo primo dictionarii, ubi de Abimelecho agit: *Il y a long temps que je fuis indigné contre Joſephe & contre ceux qui l' épargnent ſur ce ſujet. Un homme qui faiſoit profeſſion ouverte du Judaiſme dont la foi étoit fondée ſur la divinité de l' Ecriture, oſe raconter les choſes autrement qu'il ne les lit dans la Geneſe, il change, il ajoute, il ſuprione des circumſtances, en un mot il ſe met en oppoſition avec Moiſe de telle ſorte, qu'il fait que l'un de deux ſoit un faux Hiſtorien. Cela eſt-il ſuffrable, & n'en faut il pas conclure ou qu'il ne ſ' eſt gueres ſoucié de ſcandaliſer ſa nation, ou qu'il à cru que le ſentiment particulier qu'il avoit ſur la fallibilité* a) *& par conſequent ſur la non-inſpiration de Moiſe étoit commun parmi les Juifs? Je croy, que tous les anciens*

2) Similia librariis forte rectius imputantur, quam Joſepho.

a) Hoc nullo pacto veriſimile eſt de Joſepho, & perſpicuis ejus teſtimoniis revincitur. Potius dixerim Joſephum Phariſæum non putaſſe contradicere ſe ſacris ſcriptoribus, cum maxime eos interpolavit ſecundum traditiones gentis ſuæ, vel etiam pugnantia ſcripſit. Quot ſunt inter Chriſtianos, qui libros ſacros tractando ſecundum ſuas opiniones præconceptas idem fecerunt, faciuntque, nec tamen de Sacrorum ſcriptorum Θεοπνευσίᾳ dubitant. Neque Petrum Comeſtorem auctorem hiſtoriæ Scholaſticæ, nec Xaverium Evangeliorum interpolatorem crediderim de fide divinorum ſcriptorum dubitaſſe, aut ex ſuis hiſcè ſcriptis de illa ſententia poſſe convinci, qui tamen neutiquam ſunt Joſepho in referenda Hiſtoria ſacra accuratiores.

Hiſtoriens ont pris la méme licence à l' égard des vieux memoires qu'ils conſultoient. Ils y ont conſu des ſupplémens, & n'y trouvans pas les faits developpez & embellis à leur fantaſie, ils les ont étendus & habillez comme il leur a plu, & aujourdhui nous prenons cela pour hiſtoire. Cotelerius in Chryſoſt. ad Danielem p. 225. *Idem Joſephus in fine libri decimi refert hoc viſum (Dan. VIII.) ſed confuſe ac, uti ſolet, parum accurate.* Sunt & alia, quæ in Joſepho reprehendunt viri docti, nam in his etiam, quæ ex Ethnicis ſcriptoribus produxit teſtimoniis fidem ejus deſiderant, ut Antonius Vandalen lib. de Ariſtea pag. 211. præterea multorum parachroniſmorum reum & in narratione rerum ſuæ ætatis vel affectu vel errore abreptum arguunt. Vide Petri Poſſini diſſ. de genere Herodis p. 34. ſeq. Harduinum Chronolog. V. T. p. 259. Papebrochii apparatum ad propylæum Actis Sanctorum Maji præmiſſum p. 18. Jobo Ludolfo commentar. ad Hiſtoriam Æthiop. p. 230. Joſephus dicitur *Antiquitatum Judaicarum fabulator ſæpius quam hiſtoricus.* Etiam Richardus Simonius Tomo 3. Epiſt. ſelectarum Epiſtola octava notat Joſephum non dubitaſſe Judæorum ſubinde *Agadoth* ſive fabuloſas narrationes, v. g. de Moyſis victoria ab Æthiopibus reportata hiſtoriæ ſuæ adſpergere. Adde eundem Simonium T. 2. Epiſt. 1. p. 6. ſeq. Alii hallucinationes in Joſepho caſtigant Geographicas, ut Bochartus T. 1. Opp. pag. 1197. ſequ. Errores quosdam morales & Theologicos notat Rev. Ittigius in laudatis prolegomenis c. 5. ſeq. Hiſtoricos alios errores Petrus Brinch in Hiſtoriæ Joſephi examine, Hafniæ 1701. 4.

V. Utcunque autem iſta ſe habeant, nihilominus in rebus, quæ circa ipſius tempora atque jam inde geſta ſunt, ubi Hiſtoria Biblica deſinit, & univerſe de rebus gentis ſuæ, ne de aliis in præſenti dicam, plurima annotavit ſcitu digniſſima: & quis cordatus propter ætatem, eruditionem, judiciumque non libenter ei plus quam multorum Rabbinorum teſtimoniis tribueret? Errores autem, ut non admiſit nullos (homo enim fuit) attamen tot tantique illi non ſunt, ut velut inteſtabilis, propterea de ponte ſit dejiciendus. *Nullam occaſionem* (verba Caſauboni ſunt Exerc. XII. num. 2.) *prætermittit Baronius ſive juſtam ſive injuſtam detrahendi Joſepho, hiſtorico nobiliſſimo, quicquid ingrati Joſephomaſtiges muginentur. - - Si omnes Joſephi errores hallucinationes aut ablepſiæ (de iis non loquor, in quibus diſcedit à Bibliis, in quo excuſari non poteſt) in unam ſummam contrahantur, vix centeſimaea pars fuerit culparum ab uno Euſebio admiſſarum ſive in Chronico ſive in alia ſcripta. Cur igitur tanta cura & tanta cum iniquitate Joſepho inſultabimus? cujus libros niſi providentia Dei ſingularis ad noſtra ſervaſſet tempora, in quantu rerum Judaicarum tene-*

bris

bris hodie verſaemur? Quot fabulas, quot mendacia jubar Hiſtoriæ Joſephi diſcutit? Evangelicam quoque & Apoſtolicam Hiſtoriam Joſephus confirmat in multis, etiamſi vel maxime ponamus dubitandum eſſe de γνησιότητι locorum de CHRISTO Servatore b) lib. XVIII. Antiq. cap. 4.

b) Hoc Joſephi loco non utuntur Juſtinus, Tertullianus, Chryſoſtomus; aliiq; complures, quando contra Judæos diſputant. Non produxit Origenes alia Joſephi laudata in libris contra Celſum. Ne Photius quidem tanto junior meminit, in cujus Bibl. Antiquitates Joſephi bis recenſentur cod. 76. & 238. Ante Euſebium tamen lib. I. c. 11. Hiſt. Eccleſ. & lib. 3. demonſtrat. c. 5. allegaverit illum Macarius quidam cubiculi imperatorii præfectus, ſiquidem genuinus ſit hujus ad Diocletinum ſermo, qui refertur in Actis Sanctorum Maji T. 5. p. 149. Locum Macarii à Clariſſ. Viro W. E. Tenzelio primum in dialogismenſtruis Germanice editis A. 1697. pag. 556. obſervatum hic adſcribere integrum non dubitavi: Ἰώσηπος ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεὺς, γενόμενος καὶ ἱερῶν μετ' ἀληθείας τὰ κατὰ Ἰουδαίους μαρτυρεῖ τὸν χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν γεγονότα ἐνανθρωπήσαντα τε καὶ σαρωθέντα καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθέντα, ἃ τὰ συγγράμματα ἐν τῇ δημοσίᾳ ἀπόκειται βιβλιοθήκῃ. λέγει δὲ ὅτως. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν Ἰησοῦς σοφὸς ἀνὴρ εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ ἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοῦ ἐπήγετο. Ὁ χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σαυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, καὶ ὑπὲρ νῦν τὸ χριστιανὸν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἐπέλιπε φῦλον. Ταῦτα δὲν τῷ τῶν Ἑβραίων γράμματι πάλαι ταῖς ἑαυτῶν βίβλοις ἐγχαράξαντος περὶ τοῦ θεσπότου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, ποῖα ἄρα ἀπολογιὰ τοῖς ἀπίστοις ὑπολειφθήσεται; Sed merito exiſtimandum hæc Acta martyrii Macariani, ſi non longe poſt Diocletianum plane conficta, ſaltem interpolata atque locum Joſephi inſertum à recentiore manu eſſe. Poſt Euſebium laudatur Joſephi teſtimonium ab Iſidoro Peluſ. IV. Epiſt. 225. Sozomeno lib. 1. Hiſt. c. 1. Sophronio interprete Catalogi Hieronymiani, Georgio Hamartolo, Cedreno, Zonara & Glyca, quem ſub Theodori Metochitæ nomine Meurſius edidit, in Chronicis: Svida in Ἰώσηπος & Nicephoro lib. 1. Hiſt. Eccleſ. c. 39. è quibus varias lectiones notavit *Jo. Andreas Boſius* in Exercitatione ad Periocham Joſephi de JESU CHRISTO c. 2. (Jenæ 1673. 4.) Latine præter Joſephi interpretem Caſſiodori æqualem & Hegeſippum lib. 2. de excidio Hieroſol. c. 12. atque in anacephalæoſi p. 685. citat Hieronymus Catalogo ſcriptorum Eccleſ. c. 13. & Joh. Sarisberienſis lib. 2. Policratici c. 9. ac Chronographi & Hiſtorici recentiores bene multi, Haymo lib. 1. c. 13. Hiſt. Eccleſiaſt. Anonymus Bambergenſis MS. in Academia Jenenſi & Boſio inſpectus, Cunradus Urſpergenſis, Freculfus, Albertus Stadenſis &c. His teſtimoniis accedit conſenſus, non modo editorum codicum, ſed etiam manu exaratorum græcorum latinorumque, quos evolverunt Boſius, Bigotius & *Lambecius*, quem vide in Epiſtola ad Auguſtum Luneburgenſium Ducem de VII. MSS. codicibus Joſephi, qui exſtant in Bibl. Cæſarea (editam Vindobonæ A. 1666 4.) & libro VIII. Comment. de eadem Bibl. p. 3. ſeqq. Sed & in *Hebraica* Joſephi verſione fuiſſe

pag. 621. de Johanne Baptiſta c) lib. XVIII. c. 7. p. 626. De Jacobo lib. XX. c. 8. & quæ de dirutis propter Jacobi necem injuſtã Hieroſolymis de Joanne Baptiſta Propheta & de Chriſto cum ſacerdotibus adolente in templo ex iisdem Joſephi libris laudant Origenes I. contra Celſum p. 35. lib. 2. p. 69. & in Matthæi XIII. p. 223. Euſebius II. 23. Hiſt. Hieronymus Catalogo Script. Eccleſ. c. 2. & 13. Svidas Ἰώσηπος & Ἰησοῦς, hodie vero in Joſephi libris non d) reperiuntur.

VI. ΠΕΡΙ

ſuiſſe iſtud teſtimonium in pervetuſto codice MS. Vaticanæ Bibl. ſed abraſum à Judæis teſtatur Baronius ad A. Chriſti XXXIV. num 226. quod licet aliena fide narratum Caſaubono videtur p. 677. Exerc. tamen confirmatur ab Huetio demonſtrat. Evangel propoſ. 3. §. 13 & Theophilo Comite de Windiſchgrætz, qui codicem illum Romæ ſibi demonſtratum Wagenſeilio affirmavit, ut legas in *Chriſtoph. Arnoldi* collectione Epiſtolarum de teſtimonio Joſephi p. 249. ſeq. (Norimb. 1661. 12.) Cui addendum, quod ex inedito Gyraldi Cambrenſis libro de inſtitutione principis affert præſtantiſſimns Caveus: *Robertus* (Canutus qui circa A. C. 1170. claruit) *Prior ſ. Fridiswida apud Oxoniam Hebraice doctus in duobus exemplaribus Joſephi Hebraice ſcriptis invenit teſtimonium de Chriſto in alia nuper eraſum, quod & Judæis Oxonia degentibus oſtenſum fuit.* Omitto quæ contra Tanaq. Fabrum (lib. 1. epiſt 45.) pro fide hujus loci diſputant H. Valeſius p. 16. & 20. ad Euſeb. Huetius propoſit. 3. §. 11. ſeqq. Antonis Pagi ad A. C. XXXII. num. 15. Gvil. Bonjour dialogo tertio triduanæ de Canone ſacrorum librorum concertationis (Rom. 1704. 4.) Caveus parte 2. Hiſt. literariæ ad A. C. 67. Franciſcus de Roye, & quem amicitiæ cauſa nomino Conr. Daniel Frick Ulmenſis ὁ μακαρίτης ſingulari diſſ Lipſ. 1698. 4. Natalis Alex. Tom. 6. Hiſt. Eccleſ. V. T. diſſ. 10. Eſtrangius in prolegom. ad Anglicã Joſephi verſionem, & noviſſime Cherubinus de S. Joſepho Carmelita, T 3. Bibliothecæ Crit. S. diſſ. 1. parte 3. & Carolus Daubuſius libris duobus de hoc teſtimonio editis Lond. 1706. 8. Nec Lambecii probo ſententiam, qui verba hujus teſtimonii ita explicat, ut in ignominiã CHRISTI ſcripta ſint à Joſepho: nec illis aſſentior, qui plane intruſũ eſſe ajunt à Chriſtianis, cum mihi non videatur Joſephus potuiſſe mentionem CHRISTI Chriſtianorumq; in hiſtoria illius ætatis prorſus prætermittere, ſed interpolatum ſuſpicior cum viris doctiſſimis Stephano Lemoyne notis ad varia ſacra p. 931. Clariſſ. Wagenſeilio IV. peræ libr. juvenil. p. 189. & Rev. Ittigio Prolegom. ad Joſephum. Paravit de hoc argumento peculiarem exercitationem quoque Fridericus Spanhemius fil. ſed quia imperfecta ab auctore relicta eſt, lucem non vidit, ſed in tomo ſecundo ejus operum deſideratur.

c) Chryſoſtomus in Johannis c. 1 homil. 12. p. 82. Καὶ γὰρ καὶ ὁ Ἰώσηπος τῇ τότε (Ἰωάννῃ) τελευτῇ τὸν πόλεμον λογίζεται, δι' αὐτόντε δείκνυσι μηδὲ πόλιν εἶναι τὴν ποτὲ Μητρόπολιν οὖσαν, καὶ μακρὰς συνείρει περὶ αὐτῆς λόγους ἐγκωμίων. Herodis exercitum deletum, non Hieroſolymam ob Joannis cædem everſam ſcribit illo loco Joſephus.

d) Huetius propoſ. 3. §. 10. contendit illa à Judæis fuiſſe eraſa, at Blondellus lib 1. de Sibyllis c. 7. eadem à Chriſtianis in libros Joſephi inſerta. Neutrum crediderim. Sed videmus paſſim ab iis, qui ſcriptores laudant, ſententias illorum malo exemplo mutari & interpolari. Etiam Oroſius VII. 6. ex Joſepho refert expulſos Roma à Claudio Imp.

Digitized by Google

VI. ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΟΤΗΤΟΣ ΙΟΥΔΑΙΩΝ *de Antiquitate gentis Judaicæ libri II.* adverſus Manethonem e) Apollonium Molonem, Lyſimachum, Poſidonium & alios, Apionem f) præcipue, qui nationi Judæorum detraxerat libro tertio & quarto rerum Ægyptiacarum. Singulari præterea ſcripto Judæis Apionem inſultaſſe affirmant Juſtinus Martyr, Clemens, Julius Africanus, Euſebius & Hieronymus cujus hæc ſunt verba c. 13. de ſcriptoribus Eccleſ. *Scripſit & Joſephus duos* περὶ τῆς ἀρχαιότητος *adverſum Apionem Grammaticum Alexandrinum, qui ſub Caligula legatus miſſus ex parte gentilium contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Judaicæ continentem ſcripſerat.* At hujus non meminit Joſephus, qui hos quoque binos libros Epaphrodito ſuo κρατίστῳ & πρωτίστῳ inſcripſit, unde ante annum Chriſti XCV. editos fuiſſe oportet, quo Epaphroditum Domitianus interfecit. Sed & Apio ipſe, ut Manetho & reliqui jam mortuus erat, cum Joſephus eum confutaret, ut conſtat è lib. 2. pag. 1071. Laudat Hieronymus his verbis Epiſt. 84. ad Magnum Oratorem: *Joſephus antiquitatem approbans Judaici populi, duos libros ſcripſit contra Apionem Alexandrinum Grammaticum, & tanta ſæcularium profert teſtimonia, ut mihi miraculum ſubeat quomodo vir Hebræus & ab infantia ſacris litteris eruditus cunctam Græcorum Bibliothecam evolverit.* In libro ſecundo p. 1064. ſeq. eſt magna in græcis lacuna, quam forte ſupplere aliquando dabitur alicui è MSto codice.

VII. ΕΙΣ ΜΑΚΚΑΒΑΙΟΥΣ ΛΟΓΟΣ ἢ περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ ſermo diſertiſſimus *de Imperio rationis, in laudem ſeptem Maccabæorum* qui

Imp. univerſos Chriſtianos, quod in editis fruſtra quæres. Sed & Iſ. Voſſius libro de LXX. interpretibus hinc inde quædam profert è Syncello vel è codicibus Joſephi MSS. quæ in editis haud exſtant.

e) In editionibus quibusdam ut latina Pariſ. 1514. fol. minore per Albertum Goullet Prof. Theol. emendata, liber prior inſcribitur *de Antiquitate contra Manethonem Ægyptium*, liber poſterior *de antiquitate contra Apionem & fautores*. Labbeus p. 271. Bibl. novæ MSS. teſtatur in codice MS. 349. Regis Chriſtianiſſimi exſtare *Joſephum contra Manethonem & alios Stoicos* (Chæremonem puta) *latine*. Sane magna pars libri prioris occupatur in confutandis iis, quæ Manetho de Judæis tradiderat. Vide pag. 1039. ſeq. 1042. & 1052. ſeq. & ſub initium libri ſecundi ait ſe reſpondiſſe priore libro Manethoni, Chæremoni, & aliis quibusdam. Auctor autem ipſe in titulo libri nullum nomen adverſarii poſuerat, ſed tantum inſcripſerat περὶ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀρχαιότητος, ut ab Origine, Euſebio, & aliis veteribus allegatur.

f) De Appione iſto Pliſtonice Poſidonii fil. Oaſitano, qui ob civitatis jus acceptum malebat audire Alexandrinus, conſuli poterunt Cotelerius ad Patres Apoſtolicos T. 1. pag.

qui una cum patre Eleazaro & matre g) ſub perſecutione Antiochi Epiphanis Martyrium pro lege alacriter ſubierunt, Joſepho noſtro diſerte tribuitur ab Euſebio III. 10. Hiſt. Eccleſ. πέπνηται ἢ ᾧ ἄλλο ἐκ ἀμφὶς αὐτὸ δόγμα τῷ αὐδρὶ περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ ὃ τινες Μακκαβαϊκὸν ἐπιγράφουσι. Hieron. *Alius quoque liber ejus qui inſcribitur* περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ (*de potentia rationis*, vertit Honorius Auguſtod. lib. 1. de luminaribus Eccleſiæ c. 13.) *valde elegans habetur, in quo & Maccabæorum digeſta ſunt martyria.* Idem lib. 2. adverſus Pelagianos: *Unde & Joſephus Maccabæorum ſcriptor Hiſtoriæ, frangi & regi dicit perturbationes animi, non eradicari.* Photius è Philoſtorgii lib. I Hiſt. eccleſ. poſt enumeratos tres Maccabæorum libros: τὸ μέντοι τέταρτον ὡσὶ Ἰωσήπου γεγράφθαι καὶ αὐτὸς συνομολογῶν οὐκ ἰσοφίαν μᾶλλον ἢ ἐγκώμιον εἶναι φησὶ τὸ περὶ τὸν Ἐλεάζαρον καὶ τοὺς ἑπτὰ παῖδας τοὺς Μακκαβαίους διηγούμενον. Laudat hunc librum etiam Nazianzenus Orat. XXXII. ſed Joſephi nomen reticet. Ita & Syncellus pag. 293. & 279. ὡς ἐν πέμπτῃ βίβλῳ τῶν μακκαβαϊκῶν. Idem pag. 24. laudat Joſephum ἐν τοῖς Μακκαβαϊκοῖς: confer græcum Scholion in margine p. 273. Hugo Grotius vero ad Lucæ XVI. 19. præſentis libri auctorem vocat Joſephum, ſed ab eo, de quo in præſenti agimus, diverſum. *Joſephum virum ſane diſertum quisquis ille fuit, Hiſtoriarum enim ſcriptorem hunc eſſe non puto.* MSti codices hujus libri plurimum inter ſe differunt, ut patet, ſi conferantur latina *Eraſmi* paraphraſis, in qua liber dedicatur neſcio cui *Polybio Megalopolitano*, & nomina matris martyrumque referuntur, multaque aliter ſe habent, quam in Græcis editis, tum MStus codex Bibliothecæ Paulinæ, ex quo novam editionem hujus libri moliebatur Boſius ὁ μακαρίτης ut ipſe affirmat in diſſ. de νεωτερικαῖς Παθουσίαις pag. 9. & ex quo varias lectiones à Nobiliſſ. cive meo Jo. Frid. Fellero excerptæ leguntur

pag. 592. Voſſius de Hiſt. Græcis, Meurſius in Bibl. Græca, Bælius tomo 1. Dictionarii & Tillemontius Hiſt. Imperatorum T. 1. p. 775. ſeq.

g) In Eraſmi verſione & in Menologiis 1. Auguſt. mater hæc vocatur Salomone, Genebrardo Salome, Gorionidi Anna. Confer Frontonem Ducæum ad Chryſoſt. T. 1. p. 91. Eosdem martyres celebrant auctor libri ſecundi Maccabæorum ſive Epitomator Jaſonis Cyrenæi c. 6 & 7. & ex antiquis Eccleſiæ doctoribus Greg. Nazianzenus, Jo. Chryſoſtomus, Auguſtinus, Gaudentius Brixienſis, Leo Magnus, Maximus Taurinenſis, Euſebius Emiſenus, & Poëtæ Victorinus, Prudentius &c. Vide Baronium ad Martyrolog. Calendis Auguſti, & Bibliothecam Concionatorium Combefiſii. Ceterum ſimilem narrationem de ſeptem filiis & matre martyrium libenter paſſis ut idololatriam effugerent, referunt Judæi in libro Chorban Beth Hammikdaſch, qui latine verſus prodiit Helmſtadii 1664. 4.

guntur ad calcem editionis Joſephi Lipſienſis. Tum codex MStus Bibliothecæ Cæſareæ, de quo Lambecius lib. V. commentar. p. 104. & Rev. Ittigius in prolegom. ad Joſephum b. 3. b.

VIII. Scripta Joſephi deperdita præter libros de bello Judaico patria lingua compoſitos nulla certo licet deſignare, quanquam Hieronymus præf. ad lib. XI. commentar. in Eſaiam refert Joſephum inter eos, qui de LXX. hebdomadibus diſputarunt, & Joſephus ipſe h) promittit ſe dicturum de gẽſtis Monobazi Adiabenæ Regis, tum in proœmio Antiquitatum & lib. XX. c. 9. pollicetur, ſe hoc opere abſoluto allegoricam theoriam legum Judaicarum & rationes i) dogmatum ſingulari ſcripto in quatuor libros tributo perſecuturum. Nemo autem eſt è veteribus, qui hoc Joſephum feciſſe aut illa Joſephi ſcripta legiſſe ſe teſtetur. Liber vero adverſus Græcos & ſingillatim Platonem ſcriptus περὶ τοῦ παντός ſive περὶ τῆς τοῦ Παντὸς αἰτίας, ſive ut in alio περὶ τοῦ παντὸς οὐσίας, quem in duo λογίδια diſtinctum legit Photius cod. XLVIII, Arnoldus Peraxylus præf. in Joſephum edere promiſit; tandem fragmentum ejus Græce à Max. Margunio acceptum edidit Dav. Hœſchelius notis ad Photium: Joſephum non agnoſcit auctorem, ſed vel *Cajum* presbyterum, circa Annum CHRISTI 210. clarum, qui è Joſepho, Juſtino, Irenæo illud ſcriptum collegit, ut ſuſpicatur Dodvvellus diſſ. 6. in Irenæũ p. 464. ſq. vel *Hippolytum* Portuenſem, ſub cujus nomine fragmentum illud Græce & latine cum verſione ſua recudi curavit Steph. le Moyne T. 1. Var. Sacrorum pag. 53. & ad calcem Joſephi ſui repoſuerunt Lipſienſes. Confer Rev. Ittigii erudita prolegomena ſub extremum.

h) Lib. XX. c. 2. p. 689. ἀλλὰ Μονόβαζος μὲν ὁ Βασιλεὺς ὅσα κατὰ τὸν τῆς ζωῆς χρόνον ἔπραξεν, ὕστερον ἐπαγγελλόμεν. Sed nihil de hoc in ſequentibus capitibus ultimi hujus libri de Monobazo legitur.

i) Joſephus proœm. p. 4. Τοῖς μέντοι βουλομένοις καὶ τὰς αἰτίας ἑκάστων σκοπεῖν πολλὴ γένοιτ' ἂν ἡ θεωρία καὶ λίαν φιλόσοφος, ἣν ἐγὼ νῦν ὑπερβαλλόμαι. Θεὸς δὲ δώσων ἡμῖν χρόνον, πειράσομαι μετὰ ταύτην γράψαι τὴν πραγματείαν. Lib. XX. c. 9. p. 703. Προῃρημαι δὲ συγγράψαι καὶ τὰς ἡμετέρας δόξας τῶν Ἰουδαίων ἐν τέσσαρσι βιβλίοις περὶ Θεοῦ καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν νόμων διὰ τί κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεσιν ἡμῖν ποιεῖν, τὰ δὲ κεκώλυται. Quanquam vero non adeo multum referre putabant doctiſſimus Cunæus III. 1. de Rep. Hebr. & J. H. Bœclerus exerc. ad lib. 1. cap. 1. Joſephi, quod hoc opus vel in herba perierit, vel ad nos non pervenerit, haud dubie tamen inter quasdam vanas frigidasque ingenii Judaici argutationes complura egregia nos docuiſſet, quæ forte nemo eſt hodie Judæorum Chriſtianorumque, qui docere nos poſſit.

IX. In vita Comitis de Santena, qui poſtea religioſus Abbatiæ Trappenſis (de la Trappe) fuit & ſub nomine Palæmonis innotuit, memoratur, quod lectione Joſephi primum fuerit commotus ad Majeſtatem Dei conſiderandam & fidem habendam ſacris litteris. Edita eſt illa vita Gallice Pariſ. 1695. 12. quam recenſent Ephemerides Pariſienſes illius anni Ephemeride 31. p. 547.

X. *Editio Joſephi Græca.*

Baſileæ A. 1544. fol. typis perquam nitidis ex officina Hieron. Frobenii & Nic. Epiſcopii curante *Arnoldo Peraxylo Arlenio*, qui hanc editionem Diego Hurtado Mendozæ dicavit, & præter MStos codices è Mendozæ Bibl. & aliorum amicorum beneficio acceptos teſtatur ſe adhibuiſſe Epitomen Antiquitatum Joſephi neſcio quo ſcriptam auctore. *Poſterior pars*, inquit, *ἀρχαιολογίας ita multis mendis confuſa & incuria quadam librarii vel imperitiæ deformata erat, ut ad veram præſtruendam lectionem nullum laborem ſufficere experti fuiſſemus, niſi Epitomen, quam ante annos aliquot Romæ mecum comportaveram adhibuiſſemus, è cujus collatione multa ſuæ dignitati reddita, nonnulla, quæ prætermiſſa fuerant, reſtituta, beneficio inprimis ac opera Sigismundi Gelenii. In bello Judaico ac reliquis minus negotii habuimus, propterea quod & noſtra exemplaria accuratius erant deſcripta, & alia inſuper nobis ſuppeditata à præſtantiſſimis doctiſſimiſq; viris Joanne Croto ac Petro Gillio.* Pro prima editione græca Joſephi *Aldina*, quæ in Chriſtophori Arnoldi præfat. ad teſtimonium Flavianum memoratur, legendum eſt *Arnoldina*, ut optime obſervatum Rev. Ittigio in prolegom. ad Joſephum, cujus induſtriæ ſingulari in recenſendis Joſephi editionibus multum debere me fateor.

XI. *Editiones Latinæ.*

Antiquitates è veteri verſione (quæ Rufinio vulgo k) tribuitur) antiquiſſima editio ſine loci & temporis nota in fol.

Libri

k) Rufino etiam abſcribit Codex antiquiſſimus Mediolanenſis in Bibl. Ambroſiana, de quo Erycius Puteanus IV. 41. Epiſt. Jo. Mabillonius T. 1. Itiner. Italici p. 12. Gvil. Burnetus Epiſt. 2. Itineris Ital. pag. 229. edit. Germanicæ, J. H. Hottingerus Bibl. Quadripart. p. 33. & G. Hieron. Welſchius in Epiſtola ad Boſium, poſt Reineſianas pag. 470.

Libri VII. Hiſtoriarum de bello Judaico è Rufini verſione per Platinam caſtigati fol.

Antiquitates impreſſæ per Lud. Cendratam, Veronæ 1480. fol.

Antiquitatum & de bello Judaico libri ac de Antiquitate Judæorum Venet. 1486. 1499. (quam Geſnerus perperam in Bibl. pro prima edit. venditat) & 1502. cum argumentis copioſis quæ (in libros de Bello Judaico quidem) compoſuit Magiſter Franciſcus Macærata Ord. minorum.

Mediolani 1513. fol.

Pariſ. 1514. fol. cum Roberti Goullet tetramono ſive Harmonia Joſephi, ſacræ Scripturæ, Hiſtoriæ ſcholaſticæ & Hegeſippi.

Ibid. 1519. ex Jo. Parvi officina.

Coloniæ 1524. ex emendatione Godofr. Hittorpii, addito libro de Maccabæis ex Eraſmi recognitione, qui in prioribus editionibus deſideratur. Eodem anno Joſephum poſt Colonienſem editionem ſed hinc inde emendatiorem edidit Frobenius Baſil. 1524. fol.

Lugduni 1527. 8. apud Gryphium.

Iterum Coloniæ 1534. cum Beroſo, Megaſthene &c. Annii Viterbienſis.

Ex emendatione Sigiſm. Gelenii Baſil. 1534. (in qua edit. Geſnerus argumenta libris ſingulis in Græco præmiſſa convertit, & libros de bello Judaico cum duobus MSS. contulit) ib. 1540. fol. & Lugd. 1539. & 1546. 8. apud Seb. Gryphium. Ex verſione *Sigismundi* l) *Gelenii*, qui Antiquitatum libros & vitam Joſephi (quæ in prioribus editionibus deeſt) transtulit, verſionem antiquam librorum de bello Judaico & contra Apionem emendavit, ſervata in libro de Maccabæis paraphraſi Eraſmi.

Baſil. apud Froben. 1548. fol. & 1554. fol. 1559. & 1567. in qua editione diverſa ab ea, quam adornavit Eraſmus, occurrit interpretatio libri de Maccabæis quæ incipit: *Diſputaturus de re ad Philoſophiæ rationem maxime pertinente.*

Lugd. 1555. 12. Baſil. 1582. Colon. 1593. Genev. 1595. & minori forma 1611. duobus Volum.

Francof. 1580. 1587-1617. 8. addita Chronologia per Sigismund. Feyerabend.

l) Hæc Gelenii verſio paſſim adhuc indiget emendatione, ut multi viri docti jam animadverterunt. Nemo tamen fuit hactenus, qui illam è voto Guil. Henrici Vorſtii in notis ad R. Davidis Ganzii Chronologiam p. 290. ad limam revocaret.

Digitized by Google

Joſephi vita latine primum translata *à Godfr. Tilemanno* Cartuſiæ Pariſienſis monacho Pariſ. 1548. 8. Licet enim Antiquitatibus ab Auctore ſubjuncta fuerit, tamen veterem illius interpretationem nusquam reperire ſe potuiſſe teſtatur Bigotius. Præter Tilemannum transtulit etiam *Sigism. Geleniu*s, & eodem anno 1548. edidit, ut jam dixi.

Solam antiquam verſionem libri de Maccabæis referre genium Rufini, opinatus eſt Emericus Bigotius in Epiſtola, quæ legitur inter Reineſianas ad Boſium datas p. 382. Illam antiquam verſionem interpolavit Eraſmus nullo Græco uſus codice.

Belli Judaici compendium è Joſepho collectum à Georgio Wicelio. Colon. 1552.

Nic. Aſclepii Barbati periochæ & argumenta Antiquitatum & librorum de bello Judaico, tetraſtichis comprehenſa Colon. 1564. 8. cum Barthol. Steni hiſtoria Ducum, Judicum, Regumque populi Iſraelitici.

E Joſepho ſupplementum Hiſtoriæ Biblicæ ab Esdra ad Maccabæos latine vertit & Bibliis ſuis inſeruit *Seb. Caſtellio* Baſil. 1551. 1573.

Latini Latinii ad quædam Joſephi loca obſervationes leguntur in ejus Bibl. ſacroprofana p. 188. ſeq.

XII. *Græcolatinæ.*

1. Genevæ 1611. fol. in qua Antiquitatum libri & vita Joſephi cum Gelenii verſione exhibentur, libri de bello Judaico cum Rufini, & libri, qui contra Apionem vulgo inſcribuntur, cum verſione antiqua, quæ & ipſa Rufino vulgo tribuitur, per Gelenium emendata, tum liber de Maccabæis cum paraphraſi Eraſmi. Collati etiam ſunt in hujus editionis ornamentum MSti Codices Palatini, ſed jam longius operæ proceſſerant cum Marquardo Frehero proxeneta Codices illi à Jano Grutero ad Petrum Riverium typographum transmitterentur, qui pollicitus quidem eſt ſe virorum quorundam doctorum notas & Varias lectiones ejus qui MSta illa Palatina excuſſit ſtudio collectas peculiari volumine editurum, ſed id neutiquam præſtitit.

2. Genevæ 1635. fol. editio jam memorata ad verbum recuſa eſt nullo augmento, nec melius, ſi non deterius, quod chartam, litteras & emendationem ſpectat. Hanc omnium quotquot fuerunt inquinatiſſimam vocare non dubitat Tan. Faber ad Luciani Timonem T. 1. pag. 1053.

3. Lipſiæ

3. Lipſiæ 1691. fol. (quæ editio urbis Coloniæ nomen falſo habet prænotatum) ita repræſentat editionem Genevenſem, ut paginæ ejus ſervatæ ſint, ſed errores multi caſtigati præcipue in libris de bello Judaico, deinde præter laudata Doctoris quondam mei Venerandi Thomæ Ittigii de Joſephi ſcriptis & editionibus prolegomena copioſa, acceſſit Appendix, in qua lectori exhibentur Ariſteæ liber de LXX. Interpretibus cum verſione Matthiæ Garbitii, & variis lect. meisque ad Joſephi XII. cap. 2. quo ſummam libri Ariſteæ refert, brevibus notis. Librorum de bello Judaico & libri de Maccabæis Variæ lectiones è codice Græco MS. non contemnendæ notæ, qui ſervatur Lipſiæ in Bibl. Paulina, à Nobiliſſ. amico & cive meo Jo. Friderico Fellero collectæ. Libelli de Maccabæis verſio latina auctore m) Franciſco Combefis cum ejusdem animadverſionibus Ac denique fragmentum ex libro *περὶ πατρὸς* (ſub Joſephi nomine ab Hœſchelio in notis ad Photium vulgatum) cum verſione latina Stephani le Moyne.

4. Oxoniæ è theatro Sheldoniano 1700. fol. editio nitida, caſtigatiſſima, eruditiſſimis ſtipata notis, ſed eheu mutila, & infelicibus cauſis in medio curſu intercepta. In libris Antiquitatum non proceſſum eſt ultra caput 1. libri quinti, ita ut poſtrema ſit pagina 352. Textum græcum comitatur verſio latina vetus, quæ exhibetur non ſub nomine Rufini, ſed n) *Epiphanii Scholaſtici*. Græca & latina collata ſunt cum Codi-

 cibus

m) Combefiſius librum de Maccabæis cum verſione ſua & notis excudi fecit in Auctario noviſſimo Bibl. Patrum Pariſ. 1672. fol. Ediderat etiam hunc librū MSti codicis ope auctiorem & emendatiorem cum verſione ſua & notis Joannes Lloydius Oxon. 1590. Adjunctus præterea eſt quibusdam Græcorum Bibliorum editionibus, ut Argentinenſi 1526. Baſileenſi 1540. apud Hervag. & 1550. ap. Nicolaum Brylingerum, Francofortenſi 1582. apud Wechelum, & Græcolatinæ Baſil. 1582. ex officina Brylingeriana, in qua edita eſt verſio, quæ incipit: *Studioſiſſimum ſapientiæ ſermonem declaraturus*

n) Ex conjectura hoc nomen eſt appoſitum, quia Caſſiodorus Epiphanio iſto uſus eſt ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam Tripartitam concinnandam, ut teſtatur c. 17. divin. lect. & eodem capite refert, ſe Joſephi quoque Antiquitates curaſſe transferri. Quia vero hoc factū ait ab amicis ſuis, nec Epiphanio nominatim tribuit hanc verſionem, hinc colligere licet Epiphanium, ſi in illa elaboravit, certe non ſolum eam concinnaſſe. Verba Caſſiodori hæc ſunt: Ut eſt Joſephus pæne ſecundus Livius in libris antiquitatum Judaicarum late diffuſus, quem Pater Hieronymus ſcribens ad Lucium, Bæticum propter magnitudinem prolixi operis à ſe perhibet nō potuiſſe transferri. Hunc tamen ab amicis noſtris, quoniam eſt ſubtilis nimis & multiplex magno, labore in libris viginti duobus (libris duobus contra Apionem Antiquitatum operi, adjunctis) converti fecimus in latinum. Qui etiam & alios ſeptem libros captivitatis Judaicæ mirabili nitore conſcripſit, quam translationem alii Hieronymo, alii, deputant Rufino: quæ dum talibus viris adſcribitur, omnino dictionis eximia merita declarantur.

cibus quamplurimis MSS. quæ exſtant in Bibliothecis Angliæ, Galliæ, Italiæ, Germaniæ. Variæ lectiones ſummo ſtudio adnotatæ adjunctis animadverſionibus reconditæ eruditionis è ſcriptoribus Talmudicis & aliis omne genus editis & ineditis: Patricii Junii, Caſauboni, Lightforti, Sam. Petiti, Jo. Andreæ Boſii emendationibus & collectaneis, auctore *Eduardo Bernhardo* viro cum pauciſſimis comparando ob doctrinam incomparabilem & honeſtiſſimos mores. In libris de bello Judaico, qui cum verſione veteri ſub nomine incerto Rufini Aquilejenſis exhibentur, perventum eſt usque ad libri ſecundi caput quartum decimum, additis variis lectionibus & notis ſuccinctis atque eruditis, cura *Henrici Aldrich* viri præſtantiſſimi.

XIII. *Joſephus in linguas vernaculas translatus.*

Anglicè Tho. Lodge interprete Oxon.

Ex Gallica Arnaldi Andillii Oxon. 1676. & 1701. neſcio quo interprete.

Ex verſione præſtantiſſima Eſtrangii, à Jo. Hudſono collata cum Græco. Oxon. 1702. fol.

Belgicè Dordraci 1652. fol. Lugd. Bat. 1607. fol.

Lamberto van der Bos interprete. Amſt. 1687. fol. cum Hegeſippo translato à Simone de Vries.

Gallicè Pariſ. 1492. fol. teſte Beughemio, & 1516. fol. tum Franciſco Burgundo interprete Lugduni & Pariſ. 1573. 8. duobus Vol. atque ex Joannis Frerii la Valle emendatione Pariſ. 1570. cum latina verſione ad latus juncta, & ſubjecto Gorionidis compendio, quod è latino Dav. Kyberi adornavit Franciſcus Belleforeſtus.

Libri de bello Judaico per Nic. de Herberay Dn. des Eſſars Pariſ. 1557.

Gilb. Genebrardo interprete. Pariſ. 1578. fol. 1588. 8. 1604. 8. Rothomagi 1556. fol.

Ex verſione Arnoldi o) d'Andylli Pariſ. 1667. 1669. fol. 2. Vol. Bruxellis 1676. 8. quinq; Vol. & Amſt. 1681. fol. atq; inde ſæpius.

Antonium quoque Fayum Gallicum Joſephi interpretem memorat Boſius.

Germa-

o) Gelenium ſæpius quam Græca conſuluiſſe & hujus non raro hallucinationes reddere, vel obſcura loca plane omittere interpretem hunc alioqui elegantiſſimum notat Jo. Andr Boſius in diſſ. de teſtimonio Joſephi de CHRISTO edit. 2. pag. 12. Confer librum Gallicum Sentimens de quelques Theol. de Hollande ſur l'Hiſtoire Critique de Richard Simon lettre 4. & p. 430.

Germanicè per Caſp. Hedionem. Argent. 1535. fol.
Libri de bello Judaico, ſeorſim. Francof. 1552. fol.
Joſephus integer Conrado Lauterbachio interprete. Argentorat. 1574, 1595. 1611 & Francof. 1676. 4.
Cura Jo. Sprengenii & Zach. Munzeri. Francof. 1581. fol.
Sed & Michael Adam Judæus ad CHRISTUM converſus civis Tigurin⁹ ſex libros Joſephi de bello Judaico capitibus 97. diſtinctos Germanice vertit & characteribus Hebraicis deſcriptos edidit Conſtantiæ A. 1545. teſte Geſnero in appendice Bibliothecæ Tiguri 1546. Bibl. Bodlej. p. 365. Sed hæc Gorionidem exprmit translatio.
Hiſpanicè Antiquitates, vita Joſephi & liber de Maccabæis ex latino incerto interprete Antvverp. 1554. fol.
Libri de bello Judaico poſt veterem minus probatam verſionem, interprete Jo. Martino Cordero Valentino Antvverp. 1557. 8. Madrit. 1616.
Italicè, Antiquitates Petro Lauro Mutinenſi interprete Venet. 1544. 8. 1549. 8.
Joſephi opera ex verſione Franciſci Baldelli Cortonenſis Venet. 1581, 4. duobus Vol.

XIV. *Editiones Joſephi promiſſæ.*

Bonaventuræ Cornelii Bertrami c. 3. lucubrat. Franckenthalenſ.
Joſephi Scaligeri Epiſt. 355. Confer Caſaub. Epiſt. 469. edit. Grævii & Gvidonis Patini Epiſt. 67. edit. primæ. Joſephi Codex græcus notatus paſſim manu Scaligeri, exſtat in Bibl. celeberrima C. S. Schurzfleiſchii Witebergæ.
Iſ. Caſauboni Epiſt. 717. *Ego ſi junior eſſem, & alibi viverem, auderem promittere non pœnitendam editionem illius maximi ſcriptoris. Videbis in hoc opere* (contra Baron.) *multa loca emendata.*
Petri Cunæi præf. ad lib. 3. de rep. Hebr. Conf. Buchneri lib. 1. Epiſt. 176.
Sam. Petiti, qui non modo Gorionidem cum nova verſione notisque ſuis edere conſtituerat, ſed & Græci Joſephi illuſtrationem interpretationemq; in ſe receperat, quam in rem Peireſcius ipſi ab Holſtenio trium MSS. Vaticanorum perluſtrationem impetravit. (Vide Gaſſendū vita Peireſcii p. 195.) aliiq; docti viri, ut fit, ſymbolas ad eum miſerunt, Claudio Sarravio Petavianū illi codicem conciliante: (Sarrav. Epiſt. p. 20. ſeq. edit. primæ) & Hugone Grotio omnes polli-

pollicente ſuppetias (Epiſt. 1564. Confer Riveti Epiſt. ad Voſſium inter Voſſianas 362.) At enim morte interveniente pro inchoatis haberi noluit, quæ non abſolviſſet, tametſi Sam. Sorbierius ſororis ejus filius in quadam præfat. animadverſiones illas, qualescunque etiam editurum ſe pollicitus eſt, quod ipſum non præſtitit. Notæ Petiti imperfectæ Oxoniam miſſæ ſunt ad Ed. Bernhardum. vid. præfat. ad Sorberiana.

Alexandri Mori. Conſule Scheferi Epiſtolam (poſt Reineſianas ad Boſium ſcriptas) p. 461. & Wagenſeilii pag. 477. Neque enim dubito ibi pro Mornæo teponendum eſſe Morum.

Gerh. Jo. Voſſii. Noldius præf. hiſt. Idumææ.

Jo. Cocceji ibid.

Chriſtiani Schotani (qui in Bibliotheca hiſtoriæ ſacræ V. T. ſive commentario vægrandi ad Severum Sulpitium, Joſephi quædam illuſtravit) ibid.

Chriſtiani Noldii, cujus Hiſtoria Idumæa ſive liber de vita & geſtis Herodum Franequeræ 1660. 12. edit⁹ notas in quædã Joſephi loca conti-
„net, & in præfat. Liceat enim & recte hic ſperare, inquit, ut etiam-
„ſi nec Scaliger nec Voſſi⁹ nec Petitus litterarũ lumina editionem
„Joſephi emendatã abſolverint, ſed morte præventi rem reliquerint infectam, ſuccedant aliunde Coccejus aut Schotanus, viri linguas apprime docti, & in Antiquitate ſacra profanaque verſatiſſimi, qui Remp. litterariam iſto ornent beneficio. Noſtri humeri debiliores ſunt, quanquã animus non deeſſet, ſi Deus & boni media ſuppeditarent, ut & fontes corrigerentur, & nova verſio librorum maxime ἀλώπεκος concinnaretur, quos Gelenius negle-
„xit, & notæ vindiciæque neceſſariæ adſpergerentur.

Jo. Henrici Bæcleri, cujus exercitatio in prima capita libri primi Antiquitatum inter varias ejus diſſertationes plus ſimplici vice exculas exſtat. Confer Wagenſeilii Epiſt. ad Chriſtophor. Arnoldum, in teſtimonio Flaviano. p. 252.

Emerici Bigotii. Patinus Epiſt. 67. edit. primæ.

Tan. Fabri, qui in notis ad Luciani Timonem T. 1. p. 1053. poſtquam locum Joſephi emendaſſet, *atque utinam*, inquit, *præſtantibus ingeniis luberet aliquando tanti ſcriptoris emendationem ſuscipere, ſymbolam certe daremus quadragintos amplius locos ex ingenio emendatos conferre poſſemus. Plura facere eſſet ſane perfacile, ſed doctioribus & qui Lutetiæ vitam agerent, & codicibus Regiæ Bibl. frui poſſent. Nobis non licet eſſe tam beatis.*

Jo.

Digitized by Google

Jo. Andræ Bosii, qui apparatu insigni instructus ad Josephum edendum accessit, ut patet ex ejus exercitatione de testimonio Josephi de CHRISTO, & MStos Codices ex Bibl. Lipsiensi, Portensi, Schleusingensi, Norimbergensi, Cæsarea præcipue, tum varias lectiones è Parisiensi codice & duobus Florentinis à Bigotio excerptas impetravit. Vide Epistolas Reinesii Bosiique mutuas passim, Gudianas p. 43. Rev. Ittigii prolegomena a. 6. & Lambecii Epistolam ad Augustum glorioſæ memoriæ Ducem Luneburgensem de septem codicibus MSS. Bibl. Vindobonensis ad Bosium mittendis. Vindob. 1666. 4. Jam tamen A. 1678. 14. August. Christianus Daumius scripsit ad Joach. Fellerum in hæc verba: *Mitterem Bosii literas olim ad me datas, unde clare editio Josephi illa ejus videbatur, ut Augusti Ajax, in spongiam incubuisse. Verba ejus ad Heinsium mittere memini. Volebat enim observata illa sua in disputationum formam redigere.* Collectanea Bosiana ab hæredibus Oxoniam missa sunt, quibus Ed. Bernhardus in suis ad Josephum notis usum se subinde testatur.

Stephani le Moyne. Vid. Wagenseilii præfat. ad tela ignea Satanæ pag. 69. Vitam Lightfotii, operibus ejus præmissam *** 4. b. Lemonium ipsum prolegomenis ad varia sacra & Epistolas ejus ad Bosium Reinesianis subjectas p. 433. seq.

Hodie nobilissimi scriptoris editionem moliri dicuntur Parisiis eruditissimus vir *Jo. Boivinius*, Lugduni Batavorum celeberrimus *Jac. Gronovius*, & Oxoniæ vir egregius *Joannes Hudsonus*.

XV. *De Josepho Pseudo-Gorionide.*

Reliquum est, ut nonnihil etiam dicam de Josepho Hebraico, qui in Juchasin vocatur Josephus ben Matthatiæ sacerdos ben Gorion, ut unum sit familiæ nomen, alterum patris. At Josephus noster Matthiæ filius II. 25. de bello Judaico p. 822. diserte distinguit se à Josepho Filio Γορίωνος * & à tertio Josepho filio Simonis. Equidem Judæis liber Hebraicus, qui sub isto nomine stylo facili & eleganti scriptus exstat, pro vero Flavii Josephi ac genuino fœtu habetur, & primus ejus meminit Abraham Levita ben Dior (qui scripsit Anno CHRISTI 1160.) notante Joanne Morino. Magnis eum elogiis mactarunt R. David Ganz. p. 95. edit. Vorstii, R. Abraham Conat Curator editionis CPolitanæ, ejusq; probator

* Gorionis mortem commemorat Josephus libro V. de bello Judaico c. 1. p. 885.

Digitized by Google

R. Tam: laudat & David Kimchi ad Haggæi 2. Zach. 11. & in libro radicum in ספר, quibus assentitur Munsterus in præf. Ex ipsis vero Judæis graviter in eum invehitur R. Abarbanel ** in Majene Hajeschua p 65. plurimaq; aliena à veritate scripsisse contendit præ metu & adulandi Romanis studio. Ceterum eruditis hodie Christianis plerisque dubium non est Josephum huncce Hebraicum ex Græco vel potius latina Josephi Græci versione esse expressum vel excerptum potius, nec Josephum ipsum auctorem sed longe recentiorem aliquem esse, qui pro lubitu digessit, addidit (v. g. fabulas de Alexandro M. è pseudo Callisthene) interpolavit, omisit, ut ipsi videbatur. Vid. Jo. Morini Exercitat. Bibl. pap. 235. seq. Drusium lib. 1. de tribus sectis Hebræorum cap. 8. Jo. Rainoldum T. 1. prælect. de Apocryphis pag. 1242. seq. Scaligerum elencho trihæresii cap. 4. seq. Bartoloccium T. 3. bibl. Rabbinicæ pag. 799. & Jacobum Basnage in Hist. Judæorum Gallice nuper edita lib. VII. cap. 6. T. 5. pag. 1540. seq. Jo. Picus Mirandulanus in Epist. pag. 261. Opp. *Quod petis de Josepho, scias justum Josephum apud Hebræos non reperiri, sed Josephi Epitoma i. e. breviarium quoddam, in quo & multa sunt commentitia, & quæ de decem tribubus ibi leguntur, quæ post Babylonicam captivitatem post liminio non redierunt: ea esse notha & adulterina, ex Hebræis mihi plures confessi sunt.* Munsterus quoque & Breithauptius qui Gorionidem latine verterunt & pro genuino audent venditare, tamen eum valde interpolatum à recentioribus Judæis haud diffitentur. Vide Nobiliss. Breithauptii præfat. & notas p. 222. 309. &c.

XVI. *Editiones Josephi Gorionidis.*

Hebraicæ

Constantinopolitanæ A. M. 5250. (CHRISTI 1490.) & A. M. 5270. (CHRISTI, 1510.) Veneta A. M. 5304. (CHRISTI 1544.) Cracovienſis A. M. 5355. (CHRISTI 1595.)

Francofurtensis Ao. 1690. 12. Venetæ vestigiis insistens.

Hebraico-latinæ Seb. Munsteri cum ejus latina versione separatim excusa & notis Basil. 1541 fol. Hæc editio nec admodum emendata nec integra est, incipit enim à folio editionis Venetæ septimo & desinit pagina posteriore folii XCII. cum editio Veneta constet foliis CLV. Integriorem Hebraico-latinum Gorionidem ex Veneta &

** Vide Acta eruditor. T. 2. supplementi p. 300. Non assentior Josepho de Voisin qui p. 202. ad Raym. Martini pugionem, Ganzium & Abarbanelem de græco Josepho loqui existimant.

Digitized by Google

& quæ eam ſequitur Francofurtenſi editione typis nitidis cum perſpicua verſione latina dedit Nobiliſſ. *Jo. Fridericus Breithauptius* Conſiliarius Saxonicus Gothæ 1707. 4. libris ſex Gorionidis diviſis in capita minora & additis per ſingulas paginas brevibus notis, quibus non modo CPolitanam & Munſterianam editionem ſed & Joſephum Græcum & Hegeſippum latinum contulit, pollicitus notas alias prolixiores. Aliam editionem Hebræolatinam Gorionidis proxime in Anglia exſpectamus à Clariſſ. *Gagnerio*. Idem Munſterus Wormatiæ A. 1529. edidit cum verſione ſua compendium Gorionidis *** à Judæo neſcio quo recentiore concinnatum, ad cujus differentiam liber totus Gorionidis vocatur *liber Gorionida longus*, obſervante Scaligero. Idem compendium *Sebaſtianus Lepuſculus* vulgavit Baſileæ 1559. latine è Munſteri verſione.

Arabicè Gorionides exſtat in Polyglottis Londinenſibus ſub titulo ſecundi cujusdam libri Maccabæorum. Vide V. C. Antonii Vandale librum de Ariſtea p. 136.

Gallica verſio Epitomes Davidis Kiberi, per *Franciſcum Belleforeſtum* concinnata in antiquis Gallicis Joſephi editionibus legitur. *Kiberi* editio latina lucem vidit Argentor. 1550. 8.

Germanica verſio.

Michaelis Adami Judæi ad Chriſtum converſi prodiit Tiguri 1546. litteris Hebraicis.

Alia interpretatio litteris itidem Hebraicis excuſa Pragæ, tum Amſtelod. 1661. cum commentario.

Georgii Wolfii verſio characterе etiam Germanico expreſſa Francof. 1613. tantummodo Compendium Gorionidis exhibet, quod à Munſtero & Lepuſculo editum retuli.

De Verſione Hebraica Joſephi quam in Bibl. Vaticana MStam haberi teſtatus eſt Baronius dixi ſupra §. V. nota b. Quod vero in Siphte Jeſchinim p. 66. legas Flavii Joſephi antiquitates bellumque Judaicum Hebraice converſa exſtare, ſed tantum MSta: hoc in Actis Erud. anni 1690. p. 302. non alio argumento niti creditur, quam quod R. Azarias in Meor Enajim Joſephi Teſtimoniis plus ſimplici vice eſt uſus, qui tamen ut latinæ linguæ non imperitus fuit, latinam Joſephi verſionem evolvere potuit.

*** In hoc compendio alia quædam etiam addita eſſe, quæ in Gorionide non exſtant, obſervat Jo. Morinus p. 313, exerc. Bibl.

Digitized by Google

XVII. *Alii Joſephi, qui græce ſcripſerunt.*

Joſephus Alexandrinæ Eccleſiæ Archidiaconus, cujus Oratio brevis panegyrica ad Synodum CPol. in qua vicarium Michaelis Patriarchæ geſſit habita A. C. 869. exſtat T. VIII. Concil. p. 114.

Joſephus Arimathæus, ſub cujus nomine confictæ jam pridem Epiſtolæ, de quibus Rev. Tho. Ittigius in Exerc. de patribus Apoſtolicis p. 24. ſeq.

Joſephus Bryennius circa A. 1420. clarus. De cujus ſcriptis adverſus Latinos, aliisque multa Allatius, de libris Eccleſiaſticis Græcorum p. 136. 143. 237. ſeq. 311. 339. ſqq. & in aliis ſuis operibus. Vide utramque partem ſive potius appendicem utramque Hiſt. litterariæ eruditiſſimi Cavei.

Joſephi Cretenſis florilegium ſive hortum ſententiarum MS. poſſidet Bibliotheca publica Auguſtæ Vindelicorum. Vide Reiſeri & μακαρίτε Catalogum pag. 40.

Joſephus CPolitanus Patriarcha latinis cedere coactus & in Florentino Concilio A. 1439. mortuus. Vide Warthoni appendicem ad præſtantiſſimi Cavei hiſt. litterariam Ao. 1416. ubi ſcripta ejus recenſentur.

Joſephus Geneſius ad Conſtantinum Porphyrogenetum medio ſæculi decimi Græce ſcripſit vitas Imperatorum Byzantinorum, Leonis Armenii, Mich. Balbi, Theophili Michaelis filii, Michaelis Theophili filii & Baſilii Macedonis. Codex Græcus MS. ſervatur Lipſiæ in Bibl. Paulina, cujus editionem moliti præclari viri Jo. Andreas Boſius & Chriſtianus Wagnerus ambo Lipſienſes, eruditiſſimi ambo & vita longiore digniſſimi. Vide Caveum parte ſecunda Hiſt. litterariæ.

Joſephi Hymnographi qui ſæculo IX. floruit & ſub Ignatio Patriarcha CPolitano Scevophylax fuit, Mariale è Græcis MSS. collectum latine redditum & notis illuſtratum ab Hippolyto Marraccio lucem vidit Romæ 1662. 8.

Joſephus Hypomneſtici auctor, Joſepho Tiberienſi [a], de quo infra, junior circa A. C. 420. claruit, ut parte ſecunda Hiſtoriæ litterariæ variis argumentis colligit Caveus, qui de hoc ſcriptore agit diligentiſſime, & parte 1. ad A. C. 668. refert Theodorum Cantuarien-

rienſem jam tum illo libro Bibliothecam ſuam inſtruxiſſe. Opus ipſum hactenus ineditum & in quinque libros diviſum varias res ſacras tractat & dubia circa ſacras litteras reſolvit. Plurima è Flavio Joſepho repetit, usque adeo, ut Joſephi nomen inde ſcriptori hæſiſſe idem Caveus ſuspicetur. Ex codice MS. Cantabrigienſi apographum hujus libri habuit Tho. Galeus, qui ex illo quædam affert in notis ad Jamblichum de Myſteriis Ægyptiorum p. 215. Allegatur enim à Patricio Junio in notis ad Epiſt. Clementis Romani, ab Iſ. Voſſio contra Rich. Simonem, à Cangio, Seldeno, Cotelerio, denique à Clariſſ. Godfrido Olearío in acutis ad Matthæum obſervationibus.

Joſephus Methonenſis Epiſcopus Latinis favens claruit circa A.C. 1440. & Apologiam ſcripſit pro Synodo Florentina adverſus Marcum Epheſinum. Exſtat ad calcem Synodi Florentinæ Rom. 1557. 4. & T. 13. Concil. p. 677. Græce & lat.

Joſephi Metropolitæ Gani Epiſtola, qua Joannem Calecam Patriarcham accuſat apud Annam Imperatricem A. C. 1346. habetur MSta in Bibl. Vindobonenſi.

Joſephi Rhacondytæ Epitome Rhetorices MSta exſtat in eadem Bibl. Vindobonenſi.

Joſephus Studita Theodori frater Theſſalonicenſis Archi-Epiſc. & quod imaginum cauſa exilium ſubiiſſet Confeſſor dictus, circa A. C. 809. Ejus Oratio in exaltationem Crucis apud Gretſerū T. 2. de Cruce p. 1200. Epiſtola ad Simeonem Monachum apud Baron. ad A. C. 808. num. 22.

Joſephus Tiberienſis ex Judæo Chriſtianus, laudatus Epiphanio hæreſi XXX. num. 4. ſeq qui ab eo hospitio exceptum ſe teſtatur. Hunc Iſ. Voſſius exiſtimavit eſſe auctorem Hypomneſtici, de quo antea dixi, ſed refragante, ut jam notatum à me eſt, doctiſſimo Caveo.

Denique in Johannis Nicæni Epiſtola de feſto die natali apud Combefiſium in Hiſtoria Monothelitarum pag. 302. memoratur Julius Romanus Epiſcopus reperiſſe *σύγγραμμά τι Ἰωσήπου ἐν χρονογράφῳ συγγεγραφὸν παρ' αὐτοῦ*, in quo ſcriptum fuerit, quod menſe ſeptimo in ſolennitate Tabernaculorum ac die expiationis apparuerit Dei Angelus ſacerdosque mutus manſerit, usque dum Elizabet ejus uxor in ſenectute concepit.

XVIII. *Scriptores quidam veteres deperditi de rebus Judæorum.*

Alexander Polyhiſtor ἐν τῇ περὶ Ἰουδαίων συντάξει. Euſeb. IX. 17. præparat. Evangelicæ. Eadem eſt ἡ Ἀλεξάνδρου τοῦ Πολυίστορος γραφὴ p. 426. ubi miror eruditum interpretem, qui vertit: *Atque hæc omnia ex Alexandri Polyhiſtoris Annalibus.* Vide & p. 454.

Antonius Julianus. Minucius Felix c. 36. *Scripta eorum relege, vel ſi Romanis magis gaudes, ut tranſeamus veteres, Flavii Joſephi vel Antonini Juliani de Judæis require.*

Apion Pliſtonices de quo ſupra hoc capite §. VI. p. 239.

Apollonius Molo. Infra in *Melo.*

Ariſtæus ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων. Euſeb. IX. 25. præparat. Idem cujus βιβλίον περὶ τῆς ἑρμηνείας τῶν Ἰουδαίων νόμων laudat c. 38. & quod etiamnum habemus, ut dixi lib. III. c. XI.

Artabanus ἐν τοῖς Ἰουδαϊκοῖς. Euſeb. IX. 18. præparat. & 23. & 27.

Cleodemus Malchus. Vide Joſephum p. 24.

Eupolemus ἔν τινι περὶ τῆς Ἠλίου προφητείας. id. IX. 30.

Ezechiel ὁ τῶν Ἰουδαϊκῶν τραγῳδιῶν ποιητὴς de quo vide ſi juvat quæ dixi lib. II. cap. 19.

Hecatæus ἐν βιβλίον ἔγραψε περὶ ἡμῶν inquit Joſephus Judæus I. contra Apion. p. 1050.

Juſtus Tiberienſis, Piſti Nobilis filius, Flavii Joſephi æqualis ſcripſit περὶ Ἰουδαίων βασιλέων τῶν ἐν τοῖς γράμμασιν à Moyſe usq; ad Agrippam Regem ultimũ. Laërt. II. 41. Vide Phot. Cod. XXXV. Etiam ſeparatim, ut videtur *de bello Judaico.* Steph. in Τιβεριάς, Joſephus p. 1000. ubi ait hunc Juſtum fere cauſam everſæ Reip. Judaicæ cum fratre ſuo fuiſſe, neque ejus hiſtoriam mereri fidem. Confer Voſſium II. 8. de Hiſt. Græc.

Melo. ὁ τῷ συστενὴν τὴν πρὸς Ἰουδαίων γράψας Μήλων. Apud Euſeb. IX. 19. præparat. ſed legendum Μόλων, ut intelligatur Apollonius Molo de quo Joſephus. Idq; miror Vigero erudito Euſebii interpreti non ſuboluiſſe.

Philo Poëta ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τοῦ Ἱεροσολύμων. Euſeb. IX. 20. de præparat. Liber decimus quartus ejusdem operis allegatur c. 24. Ex eodem opere proferuntur nonnulla c. 37.

Theodotus Phœnicius Poëta ἐν τῷ περὶ Ἰουδαίων. Euſeb. IX. 22. præparat. Dixi de hoc lib. II. cap. 19.

XIX.

XIX. INDEX SCRIPTORUM A JOSEPHO

allegatorum ad paginas editionum Græco-latinarum Genevenſium & Lipſienſis.

ACuſilaus Argivus pag. 11. 1034.
Agatharchides Cnidius Hiſtoricus 388. 1050.
Alexander Polyhiſtor. 24.
Anaxagoras Clazomenius 1079.
Andreas
Antiochus 1035.
Apion Grammaticus 1060. ſeq.
Apollodorus 1065.
Apollonius Molo. 1065. 1077. 1079. 1080.
Ariphanes Hiſtoricus. 1051. male Ariſtophanes apud Euſeb. IX. 42 præparat.
Ariſtæus de LXX. Interpret. 389. ſeq.
Ariſtoteles 1048.
Beroſus Chaldæus 10. 11, 16. 349. 1043.
Cadmus Mileſius 1034.
Callias 1035.
Caſtor Chronographus res Judaicas attigit 1035. 1065.
Chæremon Hiſtor. 1057.
Choerilus Poëta 1047.
Clearchus Peripateticus 1047.
Cleodemus Malchus Propheta ἱερῶν τε τῶν Ἰουδαίων. p. 24.
Conon Hiſtor. 1051. male Comon apud Euſeb. p. 458. præparat.
Demetrius Phalereus 1053.
Diagoras Melius 1079.
Dioclis Perſica Hiſt. 350.
Diodotus. Vide Tryphon.
Dius Hiſtor. Phœnic. 268. 1042.
Ephorus Hiſtor. 11. 268. 1042.
Evhemerus 1051.
Eupolemus 1051.
Hecatæus Abderita 11. 16. 391. 1048. ejus liber de Judæis. 1050.
Hellanicus 11. 1034.
Hermippus Hiſtor. 1046.
Hermogenes 1051.
Herodotus 269. 279. 1035. 1047.
Heſiodus 11. 1034.
Heſtiæus 11. 12.
Hieronymus Ægyptius ὁ τὴν ἀρχαιολογίαν Φοινικικὴν συγγραψάμενος 10. 11. ὁ τὴν περὶ τῶν Διαδόχων (Ἀλεξάνδρου) συγγραφὴν 1050. Judæorum ne meminit quidem. id.
Homerus 1034.
Iſidorus.
Juſtus Tiberienſis de bello Jud. 1001. 1024. de eo 1000. 1005. 1012. 1020. 1028. ſeq.
T. Livius 474.
Lyſimachus 1058. 1077.

Mal-

Malchus. Vide ſupra in Cleodemus.
Manetho Ægyptius Hiſtor. 11. 1039.
Megaſthenes Hiſtor. 350. 1045.
Menander Epheſius ὁ μεταφράσας ἀπὸ τῆς Φοινίκων Διαλέκτου τὰ Τυρίων ἀρχεῖα εἰς τὴν Ἑλληνικὴν Φωνήν. 267. 286. Idem reſpicitur pag. 258. ubi Τυρίων Βιβλία laudantur. γέγραφε δὲ ἔτι καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστου βασιλέως πράξεις καὶ τῆς Ἕλλησιν καὶ βαρβάροις γενομένας ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ἀναγραφείων γραμμάτων ἀναδόσεως τὴν ἱστορίαν μαθεῖν. 1042.
Menedemus Philoſ. 396.
Meſſala 493.
Mnaſeas Damaſcenus 10. 1051.
Mochus 11.
Molo 1077. Vide ſupra Apollonius.
Nicolaus Damaſcenus 11. 469. 474. 478. 550. 1061. 1065. libro IV. p. 16. libro XCVI. p. 10.
Pherecydes Syrius 1034.
Philiſtus 1035.
Philo ὁ περὶ Βύβλου 1071.
Philoſtratus de Phœnicibus & Indis 350. 1045.
Polybius Megalopolitanus 399. 419. 1065. 1084.
Polycrates 1051.
Poſidonius 1065.
Protagoras 1079.
Pythagoras 1034. 1046.
Sibylla 12.
Strabo Cappadox 51. 453. 456. 471. 474. 478. 481. 1065.
Thales 1034.
Theodotus 1051.
Theophilus 1051.
Theophraſtus 1046.
Theopompus 397. non eſt auctor τριπλικοῦ 1051.
Thucydides 1035.
Timæus 1034.
Timagenes Hiſtor. 456 458. 1065.
ὁ τὸν Τριπλικὸν γράψας 1051.
Τυρίων βιβλία. ſupra in Menander.
Zopyrion 1051.

CAPUT VII.
DE EPICTETO Philoſopho.

Epicteti ætas & vita. 1. *Num aliquid ſcripſerit & de Enchiridio quod ex ejus dictis ſcripto conſignavit Arrianus.* 2. *Enchiridii editiones.* 3. *cum commentario Simplicii.* 4. *cum Arriani IV. libris Epicteteorum diſſertationum.* 5. *cum paraphraſi antiqua Græca Chriſtiani Scriptoris.* 6. *Arabica editio nulla.* 7. *Verſiones vernaculæ.* 8. *Editiones promiſſæ.* 9. *Dicta Epicteti quæ in Arriani IV. libris & in Enchiridio non leguntur.* 10.

EPI-

1.

EPICTETUS Hierapolitanus, Phryx, Epaphroditi, a) qui libertus & cubicularius Neronis Imperatoris fuit, ſervus. b) Hic fracto (heri ſui juſſu) crure c) clau-

a) Svidas: Ἐπίκτητος ἱεραπόλεως τῆς Φρυγίας Φιλόσοφος, δοῦλος δὲ Ἐπαφροδίτου τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως Νήρωνος. Neronis libertus vocatur ille Epaphroditus apud Tacitum l. 15. c. 55. Annal. & apud Arrianum in Epicteteis l. 1. c. 1. Mentio ejusdem lib. 1. cap. 19. & 26. Neque alius videtur, cui Flavius Joſephus libros ſuos inſcripſit, ut ſentit etiam Tillemontius in hiſtoria Imperatorum T. 2. p. 471. At enim quod Abrahamo Berkelio præf. in Epictetum & Guil. Saldeno in Otiis Theolog. p. 43. in mentem venit, eundem Epaphroditum celebrari à Paulo Apoſtolo, procul eſt à veritate repulſum. Quomodo enim miniſter Imperatoris Ethnici, isque ut variis argumentis conſtat ambitioſus, adulator, crudelis, timidus, eſſet vel eſſe poſſet Apoſtolus Philippenſium, Pauli frater, συνεργὸς, συστρατιώτης, λειτουργὸς τῆς χρείας αὐτοῦ & dilectus σύνδουλος, qui ſe à Paulo ad Philippenſes Evangelii cauſa mitti pateretur Philip. II. 25. & Coloſſ. I. 7. Non magis exploratum eſt, quod ſententiæ illi ſuperſtruitur, Epictetum ex Pauli ore frequenter pependiſſe, animumque ejus *cæleſti & matutino Chriſtianæ religionis rore quodammodo fuiſſe adſperſum.* Nihil ſane Epicteti fertur, quod non à Stoico Philoſopho proficiſci potuerit, nonnulla, quæ haud potuere proficiſci à Chriſtiano: ut de Chriſtianiſmo ejus vel ad Chriſtianiſmum propenſione vaniſſima ſit ſuſpicio, licet S. Auguſtinus Epicteti virtute captus optavit eum inter æternæ vitæ conſortes eſſe adſciti. Neſcio etiam unde hauſerit Lud. Morerius, quod Epaphroditum Epicteti Dominum, affirmat fuiſſe præfectum prætorianorum militum (Capitaine des Gardes de Neron.) Nihil ejusmodi tradit Svidas, qui ait fuiſſe τῶν σωματοφυλάκων Neronis, ex cubicularii aliquem, non ἔπαρχον. Eundem nempe Epaphroditum, qui Neroni à libellis fuit, eumque in adipiſcenda morte adjuvit, & ideo à Domitiano eſt interfectus teſte Svetonio Neron. c. 49. & Domit. c. 14. Plinio Panegyr. c. 53. Xiphilino p. 766.

b) Notum diſtichon quod Epicteto ipſi auctori tribuit Gellius lib. 2. cap. 18. Δοῦλος Ἐπίκτητος γενόμην καὶ σῶμα ἀνάπηρος, καὶ πενίην Ἰρὸς, καὶ Φίλος ἀθανάτοις. Hoc Epicteti eſſe negant Salmaſius ad Simplic. & interpres Gellii Antonius Thyſius: citra cauſam quidem, meo judicio, nam particulam poſteriorem capitis Gelliani ab aliquo ſciolo adtextam haud eſſe, locuples auctor eſt Macrobius, qui illam una cum præcedentibus ex Gellio deſcripſit, & verſus duos itidem Epicteti auctoris nomine exhibuit lib. I Saturnal. cap. 11. Iidem verſiculi aſſeruntur etiam à Joanne Chryſoſtomo. Ceterum in Anthologia Maximi Planudis lib. 3. p. 427. idem diſtichon perperam refertur ad Leonidem, Poëtam Epicteto antiquiorem, ut eidem Salmaſio obſervatum. Ex variis illius Metaphraſibus latinis unam adſcribam hanc Jacobi Tollii c. 25. fortuitorum p. 220.

Natus Epictetus claudo cum corpore ſervus,
Iro pauperior Diis in amore fui.

Ver-

Digitized by Google

c) claudus, cum fortiter illud tuliſſet, d) Philoſophiæ à Domino ſuo datus e) omnem vitam in paupertate duxit, ita ut ejus caſa ſive domuncula Romæ nullis unquam clauſtris eguerit, vacua rebus omnibus, lectum præter & culcitam quibus indormiret. f) Philoſophus Stoicorum vel maximus g) ac propter integritatem vitæ alienam à fuco & arrogantia h) ſapientiamque ſingularem paucis comparandus. Magnam ætatis partem ſolus ſine ſervo exegit, ſero tandem muliercula nutrice i) adſcita puero, quem ab amico quodam ſuo propter inopiam exponendum, ipſe ſusceptum educavit. Sub Domitiano circa A.C. 94. pulſis Roma & Italia per SCtum k) Philoſophis deceſſit Nicopolin l) ibique ſub Trajano (cujus mentio lib. 4. c. 5.) durante bello adverſus Ge-

Verba poſtrema eleganter illuſtrat & cum Pſal. XL. ult. confert in ſua Epicteti editione Mericus Caſauborus. c) Celſus apud Origenem lib. 7. p. 368. & Cæſarius dialogo 4. licet à teneris claudiiſſe Epictetum tradit & Simplicius ad Enchirid. p. 102. & ex defluxione pedum debilitatum refert Svidas. Nonnus vero ad Nazianzenum in vectiva in Julianum affirmat Epicteti crus à Tyranno quodam vinculis atq; catenis conſtrictum claudicaſſe. Porro claudicantis *σκέλους* Epictetei mentio non uno in loco, ut apud Simplicium p. 128. Nazianzenum Epiſt. 64. ad Philagrium & Orat. in Julianum p. 37. edit. Montacutii d) Celſus apud Origenem lib. 7. p. 386. *Ἐπίκτητ@- ℈ δεσπότ@- σκελλῶντ@- αὐτῦ τὸ σκέλ@-, ὑπομειδιῶν ἀνεκτῶς ἔλεγε, κατάσεις. Καὶ καταξαντ@-, μὴ ἔλεγον ὅτι κατάξει; Epictetus, cum herus torqueret crus, ſubridens imperterrite, perfringes, inquit. Cumque ille fregiſſet, nonne prædicebam, inquit, quod perfringes.* e) Idem Origenes lib. 3 pag 144. f) Simplicius p. 102. g) Elogium petitum ex Gellio lib. 1. cap. 2. Quanquam Epictetum Cynicum vocat Eraſmus in Apophthegmatis p. 910. forte quod familiaris ei fuerit Demonax Cynicus, ut teſtatur Lucianus T. 1. p. 858. qui hujus reſponſum Epicteto cœlibi illum ad uxorem ducendam hortanti redditum refert in Demonacte T. 1. pag. 870. vel quod Cynici & Stoici in pluribus congruerent, quorum hæreſes tunica tantum diſtare dixit Juvenalis XIII. 122. vel quod Epictetus quædam diceret interdum apertius & *κυνικώτερον*, ut eſt apud Gellium lib. 17. c 19. & quod Diogenem ac Demetrium Cynicos valde probaret, quorum dicta plus ſimplici vice laudavit. h) Vir Rev. Joannes Franciſcus Buddeus Dialogo de moribus Philoſophorum, Jenæ A. 1695. 12. edito, in quo nullis facile parcit, p. 103. fatetur, ſi quis unquam Philoſophus fuit, cujus accurate cum doctrina & verbis vita moresque conſpirarunt, Epictetum hanc promereri laudem, certe prope ab iſta gloria, quæ ſumma utique eſt & excellens, eum abfuiſſe plane judicat atque contendit. Vide & Mottani Vayeri diſſ. de libertate T. 2. Opp. p. 348. ubi inter alia teſtatur Carolum Borromæum nullius magis libri lectione captum quam diſſertationum Epicteti. i) Simplicius pag. 272. *Καὶ ὁ θαυμασὸς ὅτ@- Ἐπίκτητ@- μόν@- τὸν πολὺν χρόνον διατελέσας, ὀψέ ποτε γυναῖκα προσελάβετο παιδίῳ τροφὸν ἅμα ἐκτίθεσθαι μέλλον ὑπό τιν@- τῶν αὐτῦ φίλων διὰ πενίαν, αὐτὸς λαβὼν ἀνεθρέψατο.* k) Vide quæ notant viri docti ad Svetonium in Domitiano c. 10. l) Gellius lib. 15. cap. 11. & intellige Nicopolin apud Actium, conditam ab Auguſto Imp. hodie

Getas ſive Dacos (lib. 2. c. 22.) & pace deinde compoſita, quam Imperatori gratatur lib. 3. c. 13. & 22. illas diſſertationes habuit, quas in litteras deinde ipſo defuncto retulit Arrianus m) teſtatus tantam fuiſſe dictis ejus vim, tantam efficaciam, ut auditores ſuos quocunque vellet promoveret n) quamobrem homines, qui illis non afficiuntur, Simplicio viſi ſunt vix ac ne vix quidem apud inferos corrigi poſſe & emendari. o) Origenis certe judicio, ipſum Platonem antecelluit Epictetus, p) cujus ſimplex & ponderoſum dicendi genus non tantum doctos ducit movetq;, ſed & indoctos. Galenum quoq; reliquis Philoſophandi rationibus univerſis Epicteteam prætuliſſe, diſertius conſtaret nobis, ſiquidem ætatem tuliſſet ejus liber q) pro Epicteto ad Favorinum. Summa familiaritate fuiſſe Adriano Imperatori, à Spartianor) traditur, quod ſi verum eſt, nec de exiguo tempore, quo Adrianus in Græciam excurrit, intelligendum, Romam iterū Nicopoli reverſum eſſe oportuerit, non ut videbatur viris incomparabilis doctrinæ s) Nicopoli ad mortem usque perſeveraſſe. Oratorie etiam magis quam vere ſcriptum eſſe à Themiſtio t) exiſtimo, quod Epicteto, (niſi poſt obitum fortaſſis) plurimum tribuerint duo Antonini: neq; aſſentio Svidæ u) affirmanti,

die *Prevezæ* ſive *Priviſo*. m) Salmaſius ad Simplic. *Et profecto omnes Epicteti ſermones & diſſertationes quas ſcripto mandavit Arrianus, quaque hodie extant, Nicopoli habita ſunt. Quod pluribus teſtimoniis ex ipſis illis diſſertationibus poſſit probari, ſi quis in dubium hoc vocaret. Ibi ſe habitare clare dicit lib. 2. cap. 6.* Confer lib. 1. c. 19. & 25. & lib. 4. c. 1. ubi refert vocem Nicopolitarum. Romæ ſe tum non fuiſſe docet lib. 1. c. 10. n) Arrianus, præf. Epicteteæar. diſſ. ἀλλ' ἐκεῖνο ἴσασιν οἱ ἐντυγχάνοντες, ὅτι αὐτὸς ἐποίει ἔλεγεν λόγους τοιούτους, ἀνάγκη ἦν τοῦτο πάσχειν τὸν ἀκροώμενον αὐτῶν, ὅσπερ ἐκεῖνος αὐτὸν παθεῖν ἠβούλετο. o) Simplicius præf. ad comment. in Enchirid. Καὶ εἴτις ὑπὸ τούτων μὴ πάσχοι τῶν λόγων, ὑπὸ μόνων ἂν τῶν ἐν ᾅδου δικαστηρίων ὑπευθυνοίη. Dixi hac de re in oratione de Eloquentia Epicteti, quam habui in Gymnaſio Hamburgenſi cum Profeſſionem Publicam Eloquentiæ & Philoſophiæ Moralis DEO propitio auſpicarer 3. Cal. Julii A. C. 1699. p) Origenes lib. 6. contra Celſum ſub init. q) Galenus libro de ſcriptis ſuis T. 4. Opp. edit. Baſileenſis p. 376 v. 43. memorat περὶ τῆς ἀρίστης διδασκαλίας πρὸς Φαβωρῖνον, ὑπὲρ Ἐπικτήτου πρὸς Φαβωρῖνον ἔτι. Ab hoc Favorino auditum Epictetum, docet nos Gellius Favorini auditor l. 17. c. 19. r) Spartianus in Adriano c. 16. s) Salmaſio ad Simpl. & H. Dodwello de ætate peripli Ponti Evx. p. 116. t) Themiſtius Oratione 5. ad Jovinianum Imp. p. 63. edit. Harduini: οὕτω καὶ οἱ πατέρες τῆς σῆς βασιλείας τοὺς προγόνους τούτους τῆς τύχης (Petav. τέχνης) προεῖγον, τὸν Ἄρειον ἐκεῖνον ὁ Σεβαστός, ὁ Τιβέριος τὸν Θρασύλλον, Τραϊανὸς ὁ μέγας Δίωνα τὸν χρυσῆν τὴν γλῶτταν, τὸν Ἐπίκτητον τὼ δύο Ἀντωνίνω. Sub Antonino Pio Epictetum etiam refert Syncellus p. 311. u) Svidæ fidem denegat Salma-

Epictetum vivendo attigisse Marci Antonini imperium. Nam ut sæculi ferme spatium inter Neronis & Marci Antonini ætatem intercedens, prætream, Marc⁹ Junium Rusticum Epicteti discipulum audivit, ex cujus domo Epicteti commentarios utendos sibi concessos refert in parte beneficii. x) De vita Epicteti & morte quæ cõmentatus fuerat Arrianus, y) hodie non exstant. Quanta exstiterit Philosophi illius admiratio, conjecturam facies vel ex eo, quod Lucianus z) adversus indoctum multos coëmentem libros narrat non defuisse, qui demortui Epicteti lucernam fictilem pretio ter mille drachmarum, sive trecentis scutatis sibi comparavit, perridicule sperans quod ad illam lucubranti sibi, sapientia Epicteti per somnum sese oblatura esset, futuro mox simili admirandi illius senis.

II. Sī

Salmasius, Kusterus & Gatakerus ad Antonin. Themistio etiam Jonsius de scriptoribus Hist. Philos. p. 243. & Henricus Dodwellus p. 88. & p. 114. diss. de ætate Peripli Ponti Euxini in tomo I. Geographorum minorum Clariss. Jo. Hudsonii. Scio in diversa abire Menagium in limine notarum ad Laërtium, & Jo. Harduinum notis ad Themistium, sed cum neuter satisfaciat objectionibus per viros doctos motis, fas erit ab illorum sententia discedere, præcipue cum Themistium fallere potuerit memoria, Svidas fortasse deceptus sit vel ex Themistii loco, vel quod animadvertisset in M. Antonini libris subinde ac dicta Epicteti provocari ut lib. 4. c. 41. lib. XI. c. 34. & 36. & 37. Anbiguus super Svidæ fide hæsit etiam Lipsius lib. 1. manuductionis ad Philosophiam Stoicam diss. 19. Ceterum perspicue hallucinatus est vir doctus Mericus Casaubonus, qui in sua M. Antonini editione existimavit, Theosebium, de quo agit Svidas in Ἐπίκτητος, non alium esse quam M Antoninum Imperatorem. Ut enim alia argumenta, quæ huic opponi opinioni possunt, in præsenti omittam, rem plane conficiunt excerpta Photii ex vita Isidori scripta à Damascio p. 551. 552. edit. Hœschelii, ex qua Svidas integrum locum depromsit, & ex qua constat fuisse quendam Philosophum Theosebii nomine Isidori æqualem, Marco autem Antonino longe juniorem, & Platonis præcipue studiosum, quanquam Epicteteа etiam dogmata imbutum & præ se ferentem. x) M. Antoninus l. 1. c. 7. Παρὰ Ῥυσίκου, τὸ ἐντυχεῖν τοῖς Ἐπικτητείοις ὑπομνήμασιν, ὧν αὐτὸς μετέδωκεν. Epicteti ut jam defuncti meminit præter Antoninum lib. 7. c. 19. etiam Gellius lib. 2. c. 18. lib. 17. c. 19. quamvis *venerandum senem* vocat lib. 1. c. 2. quod facit etiam Lucianus, itidem de mortuo Epicteto agens in loco mox afferendo. y) Incertum an singulari opere, ut putat Vir Cl. Henricus Dodwellus: an in dissertationum Epictetearum libris deperditis, de quibus dicetur paulo post. En Simplicii verba præf. commentar. in Enchirid. περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς γέγραφεν, ὁ τοὺς Ἐπικτήτου διατριβὰς ἐν πολυσίχοις διατάξας βιβλίοις. z) Lucianus T. 2. p. 386. καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτὸς ἐγένετό τις καὶ ἔτι ἔστιν, οἶμαι, ὃς τὸν Ἐπικτήτου λύχνον τοῦ Στωικοῦ κεκτημένος ὄντα τρισχιλίων δραχμῶν ὠνήσατο. Ἠλίθιος γάρ, οἶμαι, κἀκεῖνος εἰ τῶν νυκτῶν ὑπ' ἐκείνῳ τῷ λύχνῳ ἀναγινώσκοι, αὐτίκα μάλα καὶ τὴν Ἐπικτήτου σοφίαν ὤνατο ἐπίστασθαι καὶ ὅμοιος ἔσεσθαι τῷ θαυμαστῷ ἐκείνῳ γενέσθαι.

II. Si Svidam audimus, multa ab Epicteto ſcripta ſunt. Perinde, ni fallor, atque à Pythagora & Soctate. Nam & ex illorum diſſertationibus multa litteris conſignavere diſcipuli: licet ab ipſis Magiſtris nulla fere ſcripta fuiſſe relicta editaque in vulgus, præſtantiſſimi quique auctores conſentiunt. Nihil quidem celebrius eſt *Enchridio* ſive *manuali* a) Epicteti, quo Aphoriſmi præcipui doctrinæ Stoicæ moralis, velut κεφάλαια βοηθήματα b) animo & memoria inſcribenda continentur. Sed & hoc Simplicius c) teſtatur ex Epicteti dogmatibus collectum fuiſſe ab Arriano, præfixa illi Epiſtola dedicatoria ad Meſſalinum d) quæ jam diu eſt quod intercidit.

a) Simplicius præf. Ἐγχειρίδιον δὲ αὐτὸ ἐπιγέγραπται, διὰ τὸ πρόχειρον ἀεὶ αὐτὸ δεῖν καὶ ἕτοιμον εἶναι τοῖς βουλομένοις εὖ ζῆν. Καὶ γὰρ τὸ στρατιωτικὸν ἐγχειρίδιον ξίφος ἐστί, πρόχειρον ἀεὶ τοῖς χρωμένοις ὀφεῖλον εἶναι. (Ita Eraſmus libellum Chriſtiana præcepta complexum inſcripſit enchiridion militis Chriſtiani.) Addam & hæc Euſtathii ad Odyſſeæ ω. p. 833. Ἐγχειρίδιον οὐ μόνον τὸ ξιφίδιον καὶ τὸ μαχαίριον, ἀλλ' ὡς ὁ Ἀθήναιος δηλοῖ, καὶ τὸ τῆς θαλασσίας κώπης κράτημα. Etiam pro ſudario ſive orario, quod manibus tenetur, vocabulum ἐγχειρίδιον occurrit in vita S. Stephani Junioris T. 1. Analect. Græc. p. 510. 520, & apud alios, quorum loca notavit Cangius in gloſſario.

b) Vide Gatakerum ad M. Antonini lib. 3. c. 13.

c) Simplicius præf. Τὸ δὲ βιβλίον τοῦτο τὸ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον ἐπιγεγραμμένον καὶ τοῦτο αὐτὸς συνέταξεν ὁ Ἀρριανὸς, τὰ καιριώτατα καὶ ἀναγκαιότατα ἐν Φιλοσοφίᾳ καὶ κινητικώτατα τῶν ψυχῶν ἐπιλεξάμενος ἐκ τῶν Ἐπικτήτου λόγων, ὡς αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς Μεσσαλῖνον Ἐπιστολῇ ἔγραψεν ὁ Ἀρριανὸς, ᾧ καὶ τὸ σύνταγμα προσεφώνησεν, ὡς ἑαυτῷ μὲν φιλτάτῳ, μάλιστα δὲ τὸν Ἐπίκτητον τεθαυμακότι. Addit Simplicius, quod lectio utriusque operis verum eſſe teſtatur, pleraque enchiridii capita iisdem verbis occurrere ſparſim in diſſertationibus ejusdem Arriani Epicteti: Τὰ δὲ αὐτὰ σχεδὸν καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὀνομάτων σποράδην ἐν τοῖς Ἀρριανοῦ περὶ τῶν Ἐπικτήτου διατριβῶν γραφομένοις εὑρίσκεται. d) Salmaſio videtur hic eſſe Valerius Meſſalinus qui COS. fuit cum M. Valerio Largo A. U. C. 900. Antonini Pii. 10. Porro Epicteti enchridion hoc triſticho commendatur lib. 1. Anthologiæ p. 170.

Μῆτιν Ἐπικτήτοιο τεῦ ἐνὶ κάτθεο θυμῷ
Ὄφρα κεν εἰσαφίκοιο καὶ ὠρανίης κενεῶνας
ψυχὴν ὑψικέλευθον ἐλαφρίζων ἀπὸ γαίης.

Ad idem reſpicit Procopius Epiſt. 45. Μέμνησο τοίνυν ὡς Ἐπικτήτῳ δοκεῖ ὡς ὑποκριτὴς εἰδράματος ἃ ἂν θέλῃ ὁ ποιητής. Vide Enchiridion c. 23.

Digitized by Google

In Stobæi Florilegio frequenter luudatur Epicteti Enchridion, licet ex illo producta loca quædam vel plane non leguntur in libello, qualis hodie exstat & qualis à Simplicio exponitur, vel aliter scripta habentur. Unde Salmasio aliquando in mentem venit suspicari, duas editiones enchridii diversas ab Arriano factas esse, quarum in aliam Simplicius, in aliam Stobæus inciderit. Utcunque ista se habent, editiones & interpretationes libelli eximii sunt propemodum innumerabiles, ex quibus hæ mihi innotuerunt:

III. *Editiones Enchiridii Epicteti latinæ.*

Angeli Politiani versio seorsim excusa Argent. 1520. 4. & in ejus operibus junctim editis ab Aldo Venetiis, Parisiis ab Ascensio A. 1519. fol. & à Gryphio Lugduni 1537. 8. Tomo secundo p. 195.

Editiones Enchiridii Epicteti Græcæ.

Ex *Jacobi Tusani* castigatione Paris. 1552. 4. Hac priorem *Gregorii Haloandri* editionem memorat Vincentius Obsopœus notis in Anthologiam lib. 1. pag. 70. & lib. 3. sub extrem. Ἐγχειρίδιον, inquit, *plenum energiæ paucis ab hinc annis à Gregorio Haloandro felicis memoriæ Græce, tandem cum apud Noricos ageret, editum, quem haut dubiè Venetiis cum magna juris civilis jactura Italica sorbitio perdidit & exstinxit. Pro! nefandum flagitium, & tibi, o Venetiæ, perpetuo pudendum, quod tantum virum tam crudeliter devoraveris.*

Editiones Enchiridii Epicteti Græco-latinæ.

Cum explanatione *Thomæ Naogeorgii.* Argent. 1554. 8.

Antvverpiæ A. 1578. ap. Plantinum.

A. 1634. Lugd. Bat. ex officina Jo. Maire, cum notis Jo. Dan. Snecani, forma minore. Hæc editio frequentissime repetita est in Belgio & Germania, habens additam tabulam Cebetis & narrationem Eris Pamphylii ex decimo Platonis de Rep. & Hipparchi Pythagoræi fragmentum ex Stobæi serm. 106. Notas ex Wolfio fere universas transscriptas monet Mericus Causabonus ad Epictetum p. 71. easdemque castigat p. 15. & 45. ad Antoninum. Isaacus Vossius in Epist. ad Salmasium

sium 23. Jan. 1634. *Prodiit aliquando Epictetus apud Lamerium cum notulis ejus in quem morientis Scaligeri anima transmigrasse jactatur. Certe ne Scaliger tale quid unquam somniaverit, ac hic ibi scripsit. Nihil praestitit, quod non è trivio possint Magistelli. Unus tantum est locus, cujus vulgatam sollicitat lectionem.* c.XVII. Καὶ οὐχ οὕτως ἔχει αὐτῷ καλῶς, ἵνα ἐπ' ἐκείνῳ ᾖ τὸ σὺ ταραχθῆναι. Non ita ei bene est, ut tuarum perturbationum ille habeat potestatem. *Ille legit ἔχῳ vel ἔῃ, cum vulgata lectio Crotone sanior sit.*

Paris. 1653. cum versione latina Wolfii accuratius & fidelius examinata, ut promittit titulus, sed ut res loquitur, depravata. Vide Merici Casauboni notas pag. 77. edit. Lond.

IV. *Editiones cum commentario Simplicii.*

Graece Venet. 1528. 4. quæ editio cum MS. codice optimæ notæ à viro docto collata exstat in Bibl. Joannea Hamburgensi. *Latine* ex Versione *Angeli Caninii* Venet. fol. 1546. & ex versione Hieron. Wolfii Basil. 1560. 8. *Graece & latine* cum commentario Simplicii latine tantum addito ex versione Hier. Wolfii, & Arriani libris IV. Græce & latine cum ejusd. Wolfii interpretatione. Colon. 1595. 8. ex officina Birckmanniana. Græce & latine Enchridion pariter Simpliciique commentarius emendatior ex codice Franciſci Nansii, cum Wolfii interpretatione editus est Lugd. Bat. 1640. 4. curante Dan. Heinsio. Huic editioni deinde inchoatus Salmasii in Simplicium commentarius subjunctus à Typographo fuit, unde illa editio modo Salmasiana modo Heinsiana ab eruditis viris appellatur. Græce & latine editio Simplicii Heinsiana recusa Lond. 1670. 8. Salmasius à Stephano Joanne Stephanio acceperat Simplicium Meursii manu ad MStum codicem diligenter emendatum, ut ex ejus epistola ad Vossium docet Colomesius p. 193. Galliæ Orientalis. *Hæschelius* quoque meliorem dare Simplicium fuit molitus, teste Andrea Schotto lib. 2. Obs. Humanar. c. 9 ut omittam *Gesnerum*, qui in Bibl. cum memorasset editionem Venetam Anni 1528. (perperam in Gesnero & ejus epitomatoribus excusum est A. 1538.) addit: *Sed multa in illa editione corrupta sunt & non pauca desiderantur, quæ ego Bononiæ & Venetiis ad Politiani & alterius cujusdam docti exemplaria castigavi & explevi in meo codice, qui fortasse aliquando committetur prælo.* *Anglice* Epicteti Enchiridion cum Simplicii commentariis vertit V. C. Georg. Stanhope. Lond. 1704. 8.

V. *Edi-*

Digitized by Google

V. *Editiones cum ſubjunctis libris Epicteteorum diſſertationum Arriani.*

Græce Venet. 1535. 8. ex Bibl. Georgii à Silva Epiſcopi Vaurenſis.

Latinè ex verſione *Hieron. Wolfii* Baſil. 1560. 8.

In Pandectis Brandenburgicis legas Arriani diſſertationes Epicteteas latine translatas à Barthol. Facio & Angelo Politiano. Sed error eſt, inde ortus, quod Politianus Enchiridion, Facius Arriani libros de rebus Alexandri latine vertit.

Græce & latine cum notis *Jacobi Schegkii* Medici & Philoſophi Tubigenſis, licet in Enchridio ipſo ſervata eſt Politiani verſio Baſil. 1554. 4. Salmanticæ 1555. 8. Lugd. 1660. 8.

Cum interpretatione & notis *Hieron. Wolfii* Genev. 1595. 8. apud Euſtachium Vignon. & Coloniæ eodem anno & forma, tum Cantabrig. 1655. 8. Lond. 1670. 8.

Gallice ex verſione Joannis de S. Franciſco Pariſ. 1630. 8.

Iſaacus Caſaubonus Epiſt. 9. ad Thuanum ſcripta Genevæ 6. Cal. Nov. 1593. *Eſt in manibus etiam Arriani Epictetus, liber ut noſti aureolus, quem Jacobus Schegkius magni apud ſuos nominis homo ſic latinũ fecit, quaſi juraſſet omnia non vertere ſed pervertere.* Epiſtola 13. ad Rich. Thomſonum data ibid. Calend. Maji 1594. *Ego nunc Arriani diſſertationes publice expono, cujus aurei libri neque Schegkius neque Wolfius umbram viderunt. O Philoſophum! o dignum excellenti tuo ingenio campum, quare ſi me audis, rape mihi hanc palmam dum adhuc in medio eſt poſita &c.* Vide eundem Epiſt. 21 23. &c. Andreas Schottus lib. 5. Obſ. Humanar. c. 22. inſignem trajectionem indicans & hiatum lib. 3. c. 26. Arriani explens, teſtatur ſe adjutum Regis Chriſtianiſſimi membranis, *quas inſpexit diligenter in ſua interpretatione religioſus vir Nicolaus, Nicolai Gullonii, Regii Profeſſoris F. & cum Alberto Miræo V. C. communicavit.* Poſui & ipſe nonnihil temporis in elegantiſſimo hoc opere caſtigando & illuſtrando, Salmaſii quoque emendationes quasdam & alius viri docti collationes nactus. Itaque ſpero me longe meliores Arriani pariter libros redditurum & Epicteti enchiridion locis quibusdam illuſtraturum, eſſe ſive in nova quod malim Aniani editione, ſive in lectionibus ad Arrianum Epicteteis.

IV. *Edi-*

VI. *Editiones cum Paraphrasi Græca Christiani scriptoris.*

Londini A. 1659. 8. Mericus Casaubonus Epicteti enchiridion Græce & latine vulgavit cum notis suis pereruditis & Wolfii Versione: Subjuncta Paraphrasi Græca eousque inedita, auctore Christiano aliquo asceta quinti ut videtur à CHRISTO nato sæculi. Idem Casaubonus paraphrasi huic versionem latinam & notas addidit, & Cebetis tabulam Græco-latinam adnexuit. In paraphrasi miror à Christiano homine omissum caput 44. quo Epictetus suadet jusjurandum recusandum, si fieri potest, omnino, sin minus, saltem quantum fieri potest.

A. 1670. Lugduni Batav. 8. Abraham Berkelius Græce & latine edidit Enchiridion cum Wolfii versione & notis integris tum ejusdem Wolfii, tum Merici Casauboni, suisq; & selectis Snecani. Paraphrasin Enchiridii cum ejusdem Casauboni versione & notis, tabulam Cebetis cum versione Wolfii & notis Variorum: Commentitiam *altercationem* d) sive interrogationes Hadriani Imp. & responsiones & *Epicteti* græce latine, disputationem Pipini cum Albino latine, *Nicarii* interrogationes & responsiones, *Carphilidis* item, & responsa virorum sapientum Alexandro reddita Græce & latine.

A. 1683. Delphis Batavor. 8. repetita editio Berkeliana augmenti loco exhibet Jacobi Gronovii notas sive castigationes ad Paraphrasin Græcam Enchiridii, ex codice MS. Mediceo.

Eodem Anno 1683. Amstelodami 8. Nicolaus Blancardus enchiridion & paraphrasin cum versionibus notisque Wolfii & Merici Casauboni & suis animadversionibus perpaucis prelo subjecit, adjunctis sententiis & dictis Epicteti collectis ex Stobæo, Gellio, & M. Antonino. In eodem volumine habetur Politiani versio Enchiridii, dicata Laurentio Medices & Apologia Epicteti ad Bartholomæum Scalam. Tum Arriani Tactica, Peripli & de Venatione liber, de quibus infra suo loco.

A. 1700. Paris. 12. Gallice Enchiridion & Paraphrasin Græcam vertit Michael Mourgues Soc. JEsu.

Non prætereundum etiam, quod Epicteti Enchiridion à *S. Nilomonacho* contractum & ad sensus Christianos interpolatum Græce & lati-

d) De Gallica versione hujus scripti à Jo. Corrasio Paris. 1558. 8. edita vide Verdierii Bibl. Gallicam p. 681. seq.

Digitized by Google

latine editum eſt inter varia Nili opuſcula à Joſepho Maria Suareſio Romæ 1673. fol. latine à B. Theoph. Spizelio poſt tractatum de pio litterati hominis ſeceſſu: Gallice à *Michaele Mourgues*, ut paulo poſt dicam.

VII. *Arabica editio Epicteti nulla.*

Falluntur Joannes Hallervordus in Bibliotheca Curioſa p. 56. & Martinus Lipenius in Bibl. Philoſophica p. 442. affirmantes Enchiridion Epicteti Arabice editum eſſe ex Bibliotheca Jo. Elichmanni. Nam Cebetis tabulam & aurea Pythagoræ Carmina, non Enchiridion Epicteti ex Bibliotheca Elichmanniana Arabice edidit Salmaſius Lugd. Bat. 1640. 8.

VIII. *Verſiones Enchiridii Gallicæ, Hiſpanicæ, Anglicæ, Italicæ, Belgicæ, Germanicæ.*

Gallice per *Antonium du Moulin.* Lugd. 1544. 16.

1. Interprete *Joanne de S. Franciſco:* les Propos d'Epictete recueillis par Arrian &c. Pariſ. 1630. 8.

2. Interprete *Guilelmo du Vair*, parte quarta opuſculorum, poſt alias editiones vulgatorum Rothomagi A. 1636. 8. Laudat hanc verſionem Mericus Caſaubonus in notis p. 68. 70. 81. ſeq.

3. Interprete *Ægidio Boileavio* qui vitam Epicteti eleganter ſcriptam præfixit, Cebetisque tabulam ſubjunxit. Rothomagi 1667. quæ tertia eſt editio. Vide librum Bælii cui titulus: reponſe aux queſtions d'un Provincial. T. 1. p. 129. ſeq.

4. Cum obſervationibus moralibus & Chriſtianis auctore *Coquelino* Academiæ Pariſ. Cancellario Pariſ. 1688. 12.

5. Ex verſione Abbatis *Bellegardei*, una cum Altercatione Adriani & Epicteti, ac Cebetis tabula Gallice reddita, ſub titulo: les *Caracteres d'Epictete.* Trivultii 1700. 12.

6. Enchiridion Gallice vertit & per ſingula capita doctrinam moralem Stoicam & Chriſtianam inter ſe contulit additis obſervationibus *Michael Mourgues* Soc. JEſu, ſub titulo *Parallele de la* e) *Morale Chretienne avec celle des anciens Philoſophes.* Pariſ. 1702. 12. Paraphraſin Chriſtiani ſcriptoris, cujus illa ſolum loca retulit quibus ab Epicteti verbis auctor

e) Vide ſi placet Memorias Trivultinas de Artibus & ſcientiis A. 1704. I. p. 92. ſeq.

auctor recedit, putat esse factam in usum Anachoretarum, (qui vocati sunt Hesychastæ) f) ante annos ad minimum mille & ducentos.

Hispanice Franciscus de Quevedo T. 2. Opp. p. 518. seq. enchiridion elegantissima Metaphrasi poetica expressit.

Anglice Enchiridion cum Simplicii commentario, per G. Stanhope, præmissa vita Epicteti ex Gallico Ægidii Boileau. Lond. 1700. 8. edit. 2.

Germanice per Brigittam Tott. Hafniæ 1661. 12.

IX. *Editiones promissæ.*

David Hœschelius ad Jungermannum 7. Cal. Sept. 1608. *Animus erat dare Epicteteas, Enchiridio cum tribus MSS. codicibus, Simplicio cum duobus collatis, emendata hinc inde ab ipsomet Wolfio, interpretatione notisque auctioribus. Sed idem cogitare* Heinsium *ex D. Bongarsii litteris intellexi, ut jam totus hæream. Exspecto tamen responsum, si dignabitur dare, illustris Scaligeri.*

Idem Joanni Meursio 5. Kal. Nov. 1614. *Salutem plurimam adscribo etiam Clarissimo Domino Heinsio, cui ex litteris Fed. Morelli Professoris Regii hæc ad me, ni molestum, significa, & quidem ipsa ejus verba:* Audio etiam penes Dan. Heinsium Clarissimum Doctissimumque virum esse MS. Epictetum, qui Josephi Scaligeri & μακαρίτου fuerat, emendatiorem amplioremque. Ego humanitate illius viri cum singulari eruditione juncta plane perspecta, non dubito, quin tibi publico bono peculium istud conferat vel ultro. *Hæc ille, qui etiam ad Arrianum nonnullas emendationes sponte misit.* Claudius Salmasius præf. ad Simplicium: Ipsum Epicteti Enchiridion, quod sempex nobis in deliciis fuit, cum scriptis Codd. comparavimus, & viginti aliquot locos in tantulo opere non dum intellectos ceteris interpretibus explicavimus, multosque alios, parum hactenenus explicatos elucidavimus.

X. *De Epicteti dictis quæ in Arriani quatuor libris & in Enchiridio non leguntur.*

Gellius lib. 1. cap. 2. ex libro primo Epicteti dissertationum digestarum ab Arriano profert locum, qui iisdem verbis legitur in Arriani lib. 2. c. 19. unde recentiores Gellii editiones pro primo secundum reponunt, jubente id Lipsio lib. 2. cap. 3. elector. Sed & idem Gellius lib. 17. cap. 19. libros Arriani de Epicteti dissertationibus memorat & ex

f) De Hesychastis illis Cangius in glossario Græco.

iis quædam profert, quæ in Arriani opere, quale supereſt, fruſtra quæſieris. Et lib. 19. c. 1. laudat librum Epicteti Philoſophi quintum Διαλέξεων, quas ab Arriano digeſtas congruere ſcriptis Zenonis & Chryſippi non dubitat. Neque ῥῆσις bene longa quam ibidem profert Gellius, in Arriani quatuor libris qui exſtant legitur. Itaque quintus Arriani liber intercidiſſe videtur Gatakero ad Antonini lib. 8. c. 49. Salmaſio, aliisque, recte ſane, cum Photius cod. 58. teſtetur ab Arriano ſcriptos libros octo Epicteti Διατριβῶν, & ejusdem ὁμιλιῶν libros duodecim. In Stobæo, qui ſubinde Arrianum laudat, ſæpius Epictetum, multa leguntur Epicteti dicta quæ in Arriani libris editis fruſtra quæras. Forte etiam aliis collectionibus dictorum Epicteti uſus eſt, certe *Rufum* ex dictis Epicteti de amicitia allegat ſerm. 19. 20. & 106. Muſoniumne Rufum? quem Stoicorum placita ſectatum ſcribit Tacitus lib. 3. Hiſt. cap. 81. Epicteteа ὑπομνήματα *Junio Ruſtico* auctore collecta legiſſe ſe teſtatur Marcus Antoninus, ut ſupra ex ejus lib. 1. cap. 7. monui. Celeberrimum tamen & pluribus lectum fuit opus Arriani, quod laudat etiam Arnobius in extremo libri 2. *Cum de animarum agitur ſalute aut de reſpectu noſtri; aliquid & ſine ratione faciendum eſt, ut Epictetum dixiſſe approbat Arrianus.* In Bibl. Imperatoris MStæ exſtant ſententiæ Democriti, Epicteti & aliorum veterum Philoſophorum γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου καὶ ἑτέρων σοφῶν. Vide Neſſelium parte 3. p. 41. Sententias CXVI. Epicteti Philoſophi eximii & *viri* (ut habet titulus) *prorſus boni*, è Joannis Stobæi, Antonii & Maximi collectaneis excerpſit & ſeorſim latine edidit *Henricus Ernſtius* Hafniæ 1629. 12. Summam Philoſophiæ Epicteteæ duobus verbis, *ἀνέχου καὶ ἀπέχου ſuſtine & abſtine* circumſcribit Gellius lib. 17. c. 19. Porro Epicurum Philoſophum Laërtius lib. 10. c. 6. teſtatur ab Epicteto dictum κιναιδολόγον & pluribus convitiis laceratum, quorum cum aliquammulta in Arriani libris occurrant, illud tamen κιναιδολόγου non exſtat. Epicteti *Epiſtolæ* Græcas cum expoſitione Simplicii in Bibl. Medicea occurrere affirmavit Geſnerus. Idem poſt ipſum tradunt Epitomatores, & Jacobus Gaddius parum accuratus ſcriptor T. 1. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis p. 168. Nemo tamen fuit hactenus qui Epiſtolas illas in lucem proferret, neque memorantur in Catalogo Bibl. Mediceæ vel qualem vulgavit H. Ernſtius ex titulis pluteorum utcunque compoſitum, vel qualem majore aliquantum ſtudio concinnavit adhuc ineditum Wilhelmus Langius Danus. In notis Menagii ad Laërtium lib. X. ſect. 7. legas Epictetum ἐν τῇ πρὸς τὰς ἐν Μυτιλήνῃ Φιλοσόφους Ἐπιστολῇ citari à Sexto Empirico in libris contra Mathematicos. Sed Epicteti nomen ibi male exculum eſt pro Epicuro.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VIII.

DE FLAVIO ARRIANO.

Arriani ætas & vita, atque alii novem hoc nomine. 1. *Ejus ſcriptorum editorum & perditorum Catalogus, illorumque quæ exſtant editiones, cum variis obſervationibus, per numeros ſeptendecim.* 2.

1.

EPicteto non incommode jungetur diſcipulus a) ejus celeberrimus, FLAVIUS b) ARRIANUS, c) Nicomedien-

a) Ἀρριανὸς ἐκ τῶν ὁμιλητῶν Ἐπικτήτου. Phot. cod. 58.

b) Flavii prænomen ei tribuitur in Dionis loco infra adducendo.

c) Alii ab hoc, & ante noſtrum fuere 1) *Arrianus* cujus librum de meteoris memorat Joannes Philoponus in Ariſtotelis Meteorologica: Ἀρριανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ μετεώρων ὡς Ἐρατοσθένης ὁ Κυρηναῖος ἰσχυρίζεται, εἴκοσι καὶ πέντε μυριάδας σταδίων ἔχειν τὴν περίμετρον τὸ μεγίστου τῆς γῆς κύκλου. Idem fuit auctor libelli quo probavit *Cometas* nihil neque boni neq; mali portendere, teſte Agatharchide Cnidio apud Photium cod. 150. p. 549. edit. Hœſchelii. Ut adeo falſus ſit Poſſetinus, qui eũ Arriano noſtro Nicomedienſi adſcribit in Bibl. ſelecta parte 2. p. 356. 2) *Arrianus* Ἐποποιός cujus Metaphraſin græcam Georgicon Virgilii, libros XXIV. Alexandreidos & Poëmata in Regem Attalum Pergamenum laudat Svidas. Hujus & noſtri ſcripta confundit Jo. Meurſius in Bibl. Græca. Liber primus Ἡρακλείας Arriani allegatur ab Athenæo lib. 3. p. 82. ſed legendum Rhiani, ut conſtat è Svida Ῥιανὸς & Etymologico M. in ἀσέλληνα. Ita apud eundem Athenæum lib. XI. pag. 499. Rhiani laudantur Epigrammata, etſi & ibi codices quidam habent Arriani, uti etiam apud Svetonium in Tiberio cap. 70. & Euſtathium ad Dionyſium 414. & 525. 3) *Cœlius Arrianus Medicus*, qui ab aliis dicitur Cœlius Aurelianus, Galeno antiquior, de quo dictum à me eſt in Bibl. lat. 4) *Arrianus Maturius* Altinatium præſtantiſſimus, de quo Plinius lib. 3. Epiſt. 2. & ad quem aliquot ejus exſtant Epiſtolæ. Hunc eundem cum noſtro perperam ſtatuunt Gvil. Stuckius ad periplum Ponti Euxini & G. J. Voſſius lib. 2. Hiſt. Græc. c. 11. confutati à Tillemontio T. 2. Hiſt. Imperator. p. 474. & Dodwello in diſſ. de auctore Peripli Ponti Euxini. Poſt noſtrum floruerunt 5) *Arrianus Grammaticus*, quem confabulantem inducit Athenæus l. 3. Sophiſt. p. 113. 6) *Arrianus JCtus*, ſub Alex. Severo clarus, cujus in Pandectis mentio. 7) *Arrianus Severus* præfectus ærario, ſub Antonio Pio, auctor librorum de edictis. 8) *Arrianus* Cos. ſub Gordiano Imp. A. U. C. 995. idem forte qui græce ſcripſit de Imperatoribus Maximino juniore, Gordianis, Maximo Albino, in quo-

medienſis d) Bithynus, propter eruditionem Athenienſi & Romana civitate e) donatus, dignitatibusque auctus eſt. Adriano Cæſari admiratori Epicteti charus, ab eo præfectus provinciæ armatæ, Cappadociæ f) & Xenophontis priſci non minus induſtria rerum gerendarum quam ſtudio ſapientiæ, ſcriptis & nomine ipſo g) æmulus bellavit contra Alanos & Maſſagetas, evectus etiam ad honores urbis Senatorios

quorum vitis ejus meminit Julius Capitolinus, niſi pro *Arriano* legendum *Arabianum* ut apud Livium XXVII. 6. pro C. & L. Arriano, *Arennium* legunt libri meliores. 9) *Arrianus* conſularis Liguriæ ſub Honorio Imp. memoratus in codice Theodoſ.

d) Euſebius in Chron. Olympiade 231. *Arrianus Philoſophus Nicomedienſis agnoſcitur.* Suidas: Ἀρριανὸς Νικομηδεὺς φιλόσοφος ἐπικτήτειος. In Patriæ itaque honorem Bithynica ſcripſiſſe notat Photius cod. 93. & 58.

e) Lucianus in Pſevdomante T. 1. p. 747. Καὶ Ἀρριανὸς γὰρ ὁ ἑταῖρος Ἐπικτήτου μαθητὴς ἀνὴρ Ῥωμαίων ἐν τοῖς πρώτοις, καὶ παιδείᾳ παρ' ὅλον τὸν βίον συγγενόμενος. En Romanum Arrianum, non patria ſed jure civitatis, perinde ut libro de venatione c. 1. Athenienſem ſe innuit (itidem non à loco nativitatis, ſed civitate) affirmans Xenophonti Athenienſi ſe eſſe ὁμώνυμον καὶ πόλεως τῆς αὐτῆς. Quod vero propter eruditionem hoc illi jus una cum dignitatibus contigerit, Dodwellus obſervat ex his Arriani verbis lib. 1. expedit. Alexandri p. 26. edit. Gronov. quæ ſecus intellexere Arriani interpretes Gronovius ac Vulcanius: ἐμοὶ πατρίστε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ οἵδε οἱ λόγοι εἰσίτε καὶ ἀπὸ νέου ἔτι ἐγένοντο.

f) Dio in rebus Hadriani Imp. lib. 69. pag. 794. *Confecto ad hunc modum bello Judaico* (à Barcocheba concito) *bellum Alanorum* (hi ſunt Maſſagetæ) *Pharaſmanes movit, Mediamque vexata Armenia atque Cappadocia vaſtavit. Poſt Alani, partim adducti Vologaſi muneribus, partim* Φλαβίου Ἀρριανὸν τὸν τῆς Καππαδοκίας ἄρχοντα φοβηθέντες *timore Flavii Arriani qui Cappadociæ præerat quieverunt.*

g) Νέος Ξενοφῶν dicitur Arrianus noſter Photio & Suidæ, & Arrianus ipſe ſe homonymum Xenophonti & Xenophontem vocare non dubitat c. 1. & 17. libri de venatione, qui in MSS. Xenophonti inſcribitur, & propterea diu neglectus jacuit quod in eum qui inciderent putarent, ſe non librum tunc adhuc ineditum Xenophontis junioris, ſed pridem editum priſci Xenophontis de venatione librum videre. Stylo etiam μιμητὴς ἀληθῶς Ξενοφῶντος fuit Arrianus, ut agnoſcit Photius cod. 58. quod de quibusdam ſcriptis ejus non de omnibus intelligendum. In argumentis præterea librorum Xenophontem imitatus eſt, nam ut ille ſcripſit ἀπομνημονεύματα Socratis, ita hic libros de diſſertationibus Epicteti: ut ille libros ſeptem περὶ ἀναβάσεως Κύρου, ita hic libros totidem περὶ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου: ut ille Ἑλληνικὰ ita hic Βιθυνικὰ, Παρθικὰ, Ἰνδικὰ, Ἀλανικὰ &c. ut ille Tactica librumq; de Venatione, ita & Arrianus, gloriatus ſe à teneris cum Socratico illo Xenophonte ſtudioſe incubuiſſe, ἀμφὶ ταυτὰ (ita ſcribendum, non ταῦτα) ἀπὸ νέου ἐσπουδακότα κυνηγέσια, καὶ στρατηγίαν, καὶ σοφίαν. Pariter enim ut ille ita & hic ſtrenue functus eſt officio ducis bellici. Confer Dodwelli diſſ. de ætate Peripli Euxini §. 6. pag. 112. ſeq.

rios ipſumque conſulatum h) & in patria ſacerdotio Cereris & Proſerpinæ i) functus. Attigit tempora Pii & Marci Antoninorum k), relictis poſt ſe variis ſcriptis, quæ ſecundum ordinem temporis quo elaborata videntur, maxime ex ſententia Chronologi noſtra ætate Clariſſimi Henrici Dodvvelli l) recenſebo, ita ut illis quæ interciderunt præfixum videas aſteriſcum: interim dolebis mecum præter tot Arriani monumenta periiſſe etiam hujus Philoſophi vitam, quam à Dione Caſſio compoſitam fuiſſe Svidas m) auctor eſt.

II. 1. ΔΙΑΤΡΙΒΩΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ *βιβλία ὀκτώ. Diſſertationum Epicteti libri * octo*, memorati Photio cod. 58. Hi ſunt, ni fallor, *libri de Epicteti diſſertationibus*, quos ab Arriano compoſitos affirmat Gellius lib. 1. c. 2. lib. 17. c. 19. Epicteti librum vocat Auguſtinus IX. 4. de Civitate Dei, *Ἐπικτήτου λόγους* ipſe Arrianus, & paulo poſt *ὑπομνήματα* in præfatione ad Lucium Gellium. Perſvadeo enim mihi ex his octo libris Διατριβῶν ſupereſſe hodie primores quatuor, de quorum editionibus atque interpretibus dixi capite ſuperiore.

2. * ΟΜΙΛΙΩΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ *βιβλία δώδεκα, Familiarium* n) *Epicteti ſermonum libri duodecim.* Hi ut exiſtimo, à Gellio lib. 19. cap. 1. vocantur Διαλέξεων libri, ubi ex quinto nonnulla græce producit. Ex homilia Arriani protreptica quædam proferuntur apud Stobæum ſermone 95. pag 521. qui alibi paſſim multa ex Arriani Epicteteis profert, quorum

h) Photius cod. 58. Διὰ δὲ τὸ τῆς παιδείας ἐπίσημον ἄλλας τε πολιτικὰς ἀρχὰς ἐπιτεύθη, καὶ εἰς τὸ τῶν ὑπάτων ἀνέβη τέλος. Svidas: καὶ ἀξιωμάτων μεταλαβὼν καὶ μέχρις αὐτῆς τῆς ὑπατεύσας, κατά φησιν ἑλικώνιος, διὰ τὴν τῆς παιδείας δεξιότητα. Heliconium hunc Byzantium Sophiſtam Chriſtianum Svidas alibi tellatur Chronicon contexuiſſe libris decem ab Adamo usque ad tempora magni Theodoſii. Arriani Conſulis mentio apud Galenum XI. 12. de uſu partium T. 1. edit. Baſil. p. 492.

i) Photius cod. 93. ex Arriani ipſius Bithynicis: ἐν αὐτῇ τε (Νικομηδείᾳ) γεννηθῆναι καὶ τραφῆναι καὶ παιδευθῆναι, καὶ ἱερέα τῆς Δήμητρος καὶ τῆς παιδὸς αὐτῆς εἶς καὶ τὴν πόλιν ἀναχεῖσθαι φησὶ, χρηματίσαι.

k) Idem Photius c. 58. κατὰ δὲ τὰς χρόνους Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου τοῦ πίου καὶ Μάρκου τοῦ Ἀντωνίνου ἐγνωρίζετο. Idem traditum Svidæ in Ἀρριανός.

l) In laudata diſſ. de ætate peripli maris Euxini, T. 1. Geographorum Græcorum minorum Viri Clariſſ. Jo. Hudſoni.

m) Svidas in Δίων.

n) Ita malim reddere, quàm cum Tillemontio T. 2. Hiſtoriæ Imperatorum p. 473. harangues ſive Orationes.

quorum pleraque in quatuor quos habemus dissertationum Epicteti libris non exstant. Sed de his jam in Epicteto lectorem monui.

3. * ΠΕΡῚ ΤΟΥ̃ ΒΊΟΥ ΤΟΥ̃ ΕΠΙΚΤΉΤΟΥ ΚΑῚ ΤΗ̃Σ ΑὐΤΟΥ̃ ΤΕΛΕΥΤΗ̃Σ. *De vita & morte Epicteti.* Memorat Simplicius præfat. ad Enchiridion: *περὶ μὲν δὴ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς γέγραφεν ἐν τοῖς Ἐπικτήτου Διατριβαῖς ἐν πολυστίχοις Διατάξας βιβλίοις.* Idem innuit Lucianus in pseudomante, T. 1. p. 747. Quanquam professus jam supra sum non penitus esse exploratum, de magistri sui vita & morte singularem librum Arrianus composuerit, ut opinati sunt Jonsius, Tillemontius, Dodvvellus: an id argumentum adtexuerit libris dissertationum, familiariumve Epicteti sermonum, quod utrumque opus communi Διατριβῶν nomine complecti Simplicius videtur.

4. ΕΓΧΕΙΡΊΔΙΟΝ ἘΠΙΚΤΉΤΟΥ *Manualis libellus Philosophiæ Epictetæ* cum * præfatione ad Messalinum, quæ intercidit. Vide supra in Epicteto.

5. * ΠΑΡΘΙΚᾺ ἐν βιβλίοις ἑ. *De Romanorum bellis & rebus à Trajano feliciter gestis adversus Parthos libri XVII.* Vide Photium cod. 58. Svidam in γνῶσις. Stephanum Byz. in Γάζακα ubi quintum & in Ἄτρα ubi septimum decimum hujus operis librum laudat.

6. * ΤΙΛΛΙΒΌΡΟΥ ΒΊΟΣ. *Vita Tillibori* latronis Asiæ celeberrimi. Meminit Lucianus in Pseudomante. T. 1. p. 747.

7. ἸΣΤΟΡΙΩ̃Ν ΑἈΝΑΒΆΣΕΩΣ ΑΛΕΞΆΝΔΡΟΥ *βιβλία ζ'. De expeditione Alexandri libri VII.* Attice o) scripti ad imitationem Xenophontis cujus exstant totidem libri περὶ ἀναβάσεως Κύρου. Svidas in Πίνδαρος laudat Arrianum ἐν πρώτῃ ἀναβάσει Ἀλεξάνδρου. Arrianus ipse lib. 7. p. 276. edit. Gronov. *ταῦτα ἐγὼ ἀνέγραψα, ὅτι καὶ ὑπὲρ Καλάνου ἐχρὴν εἰπεῖν ἐν τῇ περὶ Ἀλεξάνδρου ξυγγραφῇ.* Photio cod. 91. ubi hoc Arriani opus recenset, inscribuntur *τὰ κατ' Ἀλέξανδρον, ἐν λόγοις ἑπτά.* Eustathius ad Dionys. v. 976. *Καὶ εὕρηται τοιαύτη γραφὴ ὧδέ πῃ τῷ Ἰουλιανῷ καὶ*

o) Arrianus ipse in Indicis p. 334. edit. Gronov. *πάντα ταῦτα λέλεκταί μοι ἤδη ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ.* Ceterum in Veneta editione Græca & aliquot MSS. codicibus quos Vir Cl. Jacobus Gronovius evolvit, liber sextus & septimus unum librum constituunt, & Indica de quibus paulo post ago, occupant locum libri septimi. Sed hoc à Facio ac deinceps ab aliis recte est immutatum, licet Indica male habentibus pro libro octavo, cum sit singulare opus. Etiam in MSto Codice uno Mediceo quem reliquis præstantem omniq; auro omnibus numis pretiosiorem celebrat idem Gronovius, liber septimus à sexto probe est divisus, utrumque vero excipit liber singularis sub titulo *Ἀρριανῦ Ἰνδική.*

καὶ τοῦδε Ἀρριανῷ ἢ ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου. Πολλὰ δὲ τῶν αὐτηχεάφων ἔχουσιν ἅτω. Idem ad v. 1097. ὡς παρεμφαίνει Ἀρριανὸς ἐν τοῖς περὶ Ἀλεξάνδρου. Palladius de Bragmanibus p. 11. Ἀρριανὸς μέντοι ὁ μαθητὴς ὁ Φιλοσόφου καὶ δῆλος γεγενημένος διὰ εὐφυΐαν ἢ φύσεως εἰς Φιλοσοφίαν, ἐν τοῖς καιροῖς Νέρωνος καὶ Βασιλέως καὶ κολάσεως τοὺς ἀοιδίμους Ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον, τοῦτο τὸ κατ' Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἱστορήσαντος ὁ ἐκεκτήμην πονήματίον ἀπίστειλα τῇ ἀνδρείᾳ τῆς σῆς καλοκἀγαθίας, ἱστοπέξας μου τῷ ἱστορικῷ κ. τ. λ. Eodem Photio judice cap. 92. nemini eorum qui historias optime contexuerunt postponendus est, quale quid, vel amplius etiam ipse de se affirmat Arrianus, dum libro 1. de rebus Alexandri p. 13. non minus se numerari postulat τῶν πρώτων ἐν τῇ Φωνῇ ἑλλάδι quam Alexandrum Magnum τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις. Veritatis studiosum præ ceteris commendat Æneas Gazæus in Theophrasto p. 23. & Φιλαλήθης cognomentum ei tribui in libris, notat Cœlius Rhodiginus lib. 1. Antiquar. lectionum c. 22.

Græce hoc opus post editionem Venetam cui præfixa est Jo. Baptistæ Egnatii præfatio, edidit Nicolaus Gerbelius, Basileæ 1539. 8. subjuncta seorsim Barthol. Facii, de qua mox, interpretatione.

Latine vertit *Petrus Paulus Vergerius*, idque de industria inculto sermone, ut à Sigismundo Imperatore intelligi posset, quemadmodum testatur *Bartholomæus Facius* Genuensis, qui eam ut barbaram Germanis incultioribus relinquere se prædicat. Dubito an lucem viderit hæc Vergerii translatio (non minus quam altera *Nicolai Sagundini* Thaddæo Ugoleto Parmensi memorata) quia nec Bibliothecarum scriptores editam memorant, neque illam se usquam reperire potuisse testantur qui Arrianum postea edidere Vulcanius, Blancardus, Gronovius. Quæ vero à Facio Italis politioribus, ut ait, proposita est librorum Arriani translatio, Pisauri 1508. 8 & græco subjecta Basil. 1539. 8. atq; iterum separatim excusa Lugduni 1552. 12. pluribus mendis scatet, hiatibus, atque interpolationibus scriptorem deformat, ut ostensum à Vulcanio in sua ab Arrianum præfatione. Itaque hic quem dixi *Bonaventura Vulcanius* Græca editione Gerbeliana cum vetusto codice MS. quam ab H. Stephano acceperat collata, hos Arriani libros emendatius edidit & novam accuratiorem versionem suam adjunxit, Genevæ ex officina H. Stephani A. 1575. fol. Vulcanii ἔκδοσιν *Græcolatinam* recudi curavit *Nicolaus Blancardus*, qui & ipse duobus MSS. codicibus Richeliano & Gandavensi usus est & notas addidit haud plane contemnendas, neque di-

gnas ut tam inhumane acciperentur à *Jacobo Gronovio* p) in ſupplementis lacunarum in Ænea Tactico, Dione Caſſio & Arriano Lugd. Bat. 1675. 12. p. 160. ſeq. tanquam aliena & præcipue Vulcanio, Freinshemioque ſurrepta, ac nullius pretii. Nempe vir clariſſimus qui in his ſupplementis trium vel quatuor locorum Arriani, ex Mediceo MS. vidit rectiorem lectionem, ideo ſolus ſapit, reliqui volitant velut umbræ. Prodiit Blancardi editio Amſt. 1668. 8. cui etiam ſubjectus index Scriptorum ab Arriano laudatorum, qui ſunt Androſthenes Calliſtrati Cretenſis, Ariſtobulus, Ariſtus, Aſclepiades, Calliſthenes, Cimon, Cteſias, Eratoſthenes, Euripides, Herodotus, Hecatæus, Homerus, Megaſthenes, Nearchus, Oneſicritus, Ptolemæus Lagi & Xenophon. Ex his Ariſtobulus, Aſclepiades, Calliſthenes, Hecatæus Eretrienſis, Megaſthenes, & Ptolemæus Lagi ante Arrianum ſcripſerant de rebus Alexandri Magni. Nearchus & Oneſicritus navigationes juſſu Alexandri ſuſceptas ſcriptis tradiderunt, memorati Straboni, Plinio, Curtio, Plutarcho. Ex his Nearchi paraplum ab Indis in Perſicum usque ſinum, late perſequitur in Indicis (de quibus mox) Arrianus, brevius ex Juba Plinius lib. 6. cap. 23. Hiſt. Nat. Poſt Blancardum denique idem *Jacobus Gronovius* hos Arriani libros atque Indica ex MS. Peruſino & quatuor Codicibus Mediceis emendatos in capita diviſit & cum verſione Vulcanii MSto Auguſtano poſtea uſi ex ipſius avtographo recenſita & interpolata, ſuisque animadverſionibus edidit Lugd. Bat. 1704. fol. Ac Præfationem quidem & notas viri doctiſſimi ſcatere invectivis in Blancardum, Freinshemium & alios viros doctos quoscunque, & magnum aliorum contemtum ac minutiarum viciſſim venditationem ac deprædicationem ubique referre, non mirabitur qui alia illius ſcripta ſimilis farinæ omnia viderit. Ad calcem operis recuſa eſt ipſius Exercitatio de Pallacopa ſive foſſa ex Euphrate, adverſus Iſ. Voſſium.

Gallice hi Arriani libri prodierunt interprete *Claudio Witardo* Pariſ. 1581. 4. tum Nic Perroto Ablancourtio ibid. 1646. 8. præter quam editionem in pandectis Brandenburgicis memorantur aliæ tres Anni 1652. 1661. 1665.

Ita-

p) Exſtat & ejusdem Gronovii Epiſtola de Pallacopa amne (de quo Arrianus lib. 7.) ad Jo. Georg. Grævium Lugd. Bat. 1686, 8. adverſus Iſaaci Voſſii expoſitionem in appendice obſervationum ad Melam. Lond. 1646. 4. Nonnulla Arriani loca illuſtrat etiam præter Curtii interpretes, (Freinshemium præcipue) Palmerius in exercitationibus ad ſcriptores Græcos.

Italicam verſionem eorundem librorum vidi in 8.

In Hiſtoria Eccleſiaſtica Socratis lib. 3. c. 23. in latina verſione Henrici Valeſii videas memorari ſingularem librum (μονόβιβλον) quem Arrianus de Alexandri vita compoſuit. Sed in Græco eſt ὁ Ἀνδρίας, nomen corruptum & antecedentia arguunt ibi potius agi de Alexandro impoſtore cujus vitam ſcripſit Lucianus.

8. Ἡ ΙΝΔΙΚΗ ut Photius cod. 92. & Euſtathi[9] ad Iliad. δ'. p. 474. ſive ut Stephanus Byz. in Μάσταικα vocat ΙΝΔΙΚΑ, *De rebus Indicis liber unus.* Hic cum libris ſeptem de rebus Alexandri ſolitus edi, à Clariſſ. Viro ad Solœciſtam Luciani p. 104. & ab aliis quibusdam allegatus eſt pro libro octavo hiſtoriæ Alexandri, ita ut Gvilhelmus Stuckius q) putaverit Indica Arriani intercidiſſe. At licet & iſte liber res Alexandri perſequitur, tamen peculiariter ab auctore ſcriptus & publicatus eſt, ſtylo etiam peculiari, Jonica ſcilicet dialecto, cum ſeptem libri priores Atticam eloquentiam referant. Quæ utpote ſatis teſtata & ex lectione utriusque operis & Arriano r) ipſo auctore, Photioque ac Stephano Byz. certa, prolixius demonſtrare ſuperſedeo. Vide Blancardi notas pag. 507. ſeq. *Nearchi Cretenſis* s) *Paraplus* ex Arriani Indicis petitus græce & latine cum brevibus notis editus eſt in T. 1. Geographorum minorum Viri Clariſſ. Jo. Hudſoni, præfixa H. Dodvvelli diſſertatione, qua illum ſuſpectum ſibi & ſub poſtremorum Ptolemæorum tempora confictum, non ab ipſo Alexandri M. æquali Nearcho compoſitum teſtatur, argumentis neſcio an conjecturis potius ad hanc ſententiam adductus. Meminit Nearchi præter alios Philoſtratus in vita Apollonii III. 15.

9. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΡΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΝ ἐν ᾗ καὶ ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΕΥΞΕΙΝΟΥ ΠΟΝΤΟΥ *Epiſtola ad Hadrianum Imp.* (quem à Trajano qui eum adoptaverat *Trajanum Adrianum* Auguſtum vocat) *in qua Periplus Ponti Euxini* à Trapezunte usque ad Dioscuriada atque inde ad Boſporum Cimmerium indeque ad Thracium & ipſam Byzantium urbem. Hic periplus ſcriptus ab Arriano Cappadociæ jam præfecto, in uſum Imperatoris, circa annum ejus viceſimum paulo ante bellum cum Alanis, ut oſtendit Dodvvellus pag. 109. In eodem periplo teſtatur Arrianus ſe de

q) In Periplum Ponti Euxini p. 2.

r) Arrianus lib. 6. p 270. edit. Gronovii, de Indica expeditione agens, τᾶυτα, inquit, ἰδίᾳ ἀναγράψω αὐτῷ Νεάρχῳ ἑπόμενος· ὡς καὶ τήνδε εἶναι ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου Ἑλληνικὴν ξυγγραφήν. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν ὑστέρῳ ἴσως τυχὸν εἰσόκε θυμός τε με καὶ ὁ δαίμων ἄγῃ τάυτῃ.

s) Vide Gronov. ad Arrian. p. 332. & Berkelium ad Steph. in Δήτη.

rebus pluribus ſententiam ſuam accuratius expoſuiſſe ἐν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν * *litteris latine ſcriptis*, quæ in Archivis reconditæ perierunt. Memorat iſtum Arriani periplum Stephanus Byz. in ἀλμήνη, ἀψίλαι, Ἰόανα. Reſpicit & in Ἀζῆνοι. Neque cum Iſ. Voſſio p. 38. ad Anonymi periplum Ponti Euxini & Mæotidis paludis, crediderim Epitomen tantum hodie ſupereſſe. Idque recte negat Dodvvellus p. 160. Græce primus edidit *Sigismundus Gelenius* cum periplo maris Erythræi, periplo Hannonis, Plutarcho de fluminibus & montibus, ac Strabonis Epitome Baſileæ ap. Frobenium 1533. 4. *Latine* vertit poſt *Adrianum Turnebum* & tum hunc Ponti Euxini tum Erythræi maris (de quo mox) periplum Græce & latine edidit commentarioque & tabulis Geographicis Abrahami Ortelii additis illuſtravit *Jo. Guilhelmus Stuckius* Tigurinus Lugd. 1577. fol. Ab eo tempore Græce cum Stuckii verſione inter alia Arriani ſcripta utrumque periplum edidit atque itidem tabulam Ponti Chorographicam addidit Nicolaus Blancardus Amſtelodami 1683. 8. Denique Jo. Hudſonus Vir clariſſ. additis brevibus notis & Stuckii translatione ſervata præmiſſisq; eruditis *Henrici Dodwelli* diſſertationib⁹ Chronologicis, ambos periplos Græce ac latine recudendos dedit in Geographiæ veteris ſcriptoribus Græcis minoribus Tomo 1. Oxoniæ 1698. 8. In quo volumine exſtat etiam *periplus* ejusdem *Euxini maris* & Mæotidis paludis Græce primum editus ex Bibl. Claudii Salmaſii, latine verſus & notis illuſtratus ab Iſ. Voſſio Amſt. 1639. 4. & recuſus in Geographicis antiquis Jacobi Gronovii. Lugd. Bat. 1697. 4. Hunc Arriano juniorem demonſtrat, antiquiorem Conſtantino Imper. conjicit in diſſ. de illius ætate ab Hudſono præfixa H. Dodvvellus. Certe ex Scymno Chio, Arriano & Martiano Heracleota pleraque ſua collegit, & nominetenus meminit Xenophontis ὃ περίβυτος ita dicti reſpectu junioris Xenophontis Arriani. Miſi præterea ad eundem præſtantiſſimum Hudſonum tertio Geographorum minorum Volumini inſerendam aliam *Anonymi deſcriptionem Græcam ineditam Ponti Euxini*, collectam ex iisdem Scriptoribus, ſed nonnulla vel in illis non obvia vel obſcurius aut inemendatius tradita explicantem, quam evulgare olim promiſerat Holſtenius in Syntagmate Geographorum Græcorum de quo Lambecius lib. 1. commentar. de Bibl. Vindobonenſi p. 113. 114. Vide & quæ de manu exaratis ex Periplo Arriani excerptis tradit idem Lambecius lib. 1. p. 107. lib. 5. pag. 153.

10. ΠΕΡΙΠΛΟΥΣ ΤΗΣ ΕΡΥΘΡΑΣ ΘΑΛΑΣΣΗΣ, *Periplus maris Erythræi*

thræi ſuperiori maris Euxini periplo adjungi in editionibus ſolitus atque Arriano noſtro vulgo tributus, ſed & cum variis navigationum deſcriptionibus Italice editus atque illuſtratus à Jo. Baptiſta Ramuſio Venet. 1588. fol. In ſe ipſo libellius nullas habet notas certas quibus Arriano noſtro adſcribatur, nullius etiam veteris ſcriptoris teſtimonio hanc ſententiam confirmante. Cum tamen in Codice quo Gelenius eſt uſus, Arriani nomen præ ſe ferat, neq; certa ſint argumenta quibus ei abjudicetur, neque illius ingenio, curioſitate atque eruditione ſit indignus, inter Arriani noſtri ſcripta ei locum dare non dubitavi. Quanquam non probo libertatem Stuckii, qui præter MSS. Codicum & editionis Gelenianæ fidem huic quoque periplo præfixit inſcriptionem: ad *Adrianum Trajanum Imperatorem Cæſarem Auguſtum.* Quod vero argumenta quæ objiciuntur Chronologica non ſint tam evidentia, ut propterea alius auctor ſit nobis quærendus, vel ex eo capias licet conjecturam, quod eadem illa ex quibus Salmaſius in exercitationibus Plinianis p. 1186. edit. Pariſienſis probare voluit eum Arriano longe antiquiorem eſſe, aſſentientibus Voſſio lib. 2. de Hiſt. Græcis cap. 7. & Jo. Harduino ad Plinii lib. 6. c. 23. eadem illa argumenta urgentur à doctiſſimo Dodvvello in diſſertatione de ætate & auctore Peripli maris Erythræi pag. 87. ſeq. ut illum Arriano fuiſſe juniorem atque ſub Marco ac Vero ſcripſiſſe oſtendat ac confirmet. Neque vero neceſſe eſt Αὐτοκρατορας quos donis & legationibus dicitur amicos ſibi ſervaſſe Charibaël Homeritarum ac Sabaitarum in Arabia Regulus, de binis in imperio ſociis potius quam de duobus ſibi ſuccedentibus intelligere Imperatoribus; Trajano v. g. & Adriano, vel Adriano & Antonino Pio, ſiquidem & hujus ætatem attigit noſter Arrianus. Ad diverſitatem quam Abraham Ortelius objicit inter hunc periplum & deſcriptionem ejusdem oræ in Arriani Indicis occurrentem, poſſit reſponderi Arrianum prius in Indicis ſuis oram illam deſcripſiſſe ex Nearchi, ut ipſe teſtatur libro, deinde ex recentiore obſervatione, quam à Nearchi illa differre nihil profecto mirum. Sed de hac re ſtatuet quisq; ut volet, mihi ad alia Arriani ſcripta eſt progrediendũ.

11. * ΑΛΑΝΙΚΗ, ἢ ΤΑ ΚΑΤ' ΑΛΑΝΟΥΣ *De bello adverſus Alanos (Hadriano Imperante geſto) liber.* Hoc bellum ipſe patravit Arrianus, Alanosque ut teſtatur Dio lib. 69. p. 794. compeſcuit. Memorat Ἀλανικὴν ejus Photius cod. 58. & ejus fragmentum eſſe videtur ἔκθεξις κατ' Ἀλανῶν, *inſtructio aciei adverſus Alanos*, quam Græce ex MS. Mediolanenſi, cujus ab Emerico Bigotio apographum acceperat, cum verſione latina

& notis ſuis edidit & Tacticæ Arriani ſubjecit Joannes Scheferus, Upſaliæ 1664. 8. Scheferi editionem recudi curavit Nicolaus Blancardus Amſtelod. 1683. 8.

12. ΛΟΓΟΣ ΤΑΚΤΙΚΟΣ τ) Ἡ ΤΕΧΝΗ ΤΑΚΤΙΚΗ, *De acie inſtruenda liber*, viceſimo Hadriani Imp. anno ſcriptus, ut auctor ipſe ſub extremum teſtatur & accurate inter alia agens de exercitiis equeſtribus veterum Romanorũ. Hunc ex eodem codice Mediolanenſi paucis ut videtur verbis ab initio mutilum edidit, vertit & notis illuſtravit idem Scheferus una cum Mauritii Imp. libris XII. artis militaris de quibus ſuo loco dicetur. Nicolaus deinde Blancardus Tacticam ex Scheferi editione una cum aliis Arriani opuſculis prelo iterum ſubjecit & iconiſmis quibusdam auxit, Amſtelodami eo quem dixi Anno 1683. 8. profeſſus (neſcio quam vere, vix enim ullum hujus rei in recenſione libri veſtigium) ſe uſum codice MS. Claudii Salmaſii, qui pridem Arriani Tactica legiſſe ſe teſtatus eſt, in tractatu de militia Romana.

13. * ΤΑ ΜΕΤΑ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ἐν λόγοις ί. *Hiſtoriarum de rebus poſt Alexandrum geſtis libri decem.* Memorantur à Photio cod. 58. & prolixius recenſentur cod. 92.

14. * ΤΑ ΚΑΤΑ ΤΙΜΟΛΕΟΝΤΑ ΤΟΝ ΚΟΡΙΝΘΙΟΝ *De rebus à Timoleonte Corinthio in Sicilia adverſus* Dionyſium *geſtis.* Meminit Photius cod. 93. ex ipſius Arriani Bithynicis.

15. * ΤΑ ΚΑΤΑ ΔΙΩΝΑ ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΝ. De rebus geſtis Dionis Syracuſii adverſus eundem Dionyſium ſecundum, Dionyſii E. tyrannum. Photius ubi de Arriani Bithynicis p. 130: Μέμνηται δὲ ἐν ταύτῃ τῇ συγγραφῇ (ὁ Ἀρριανὸς) καὶ ἑτέρων πραγματειῶν, ὧν ἡ μὲν ἐστι Τιμολέοντι τῷ Κορινθίῳ καὶ Σικελίαν ἐπιόντι, ἀφελαμβάνει. ἡ δὲ τὰ Δίωνι τῷ Συρακουσίῳ ἴσως ἀξιαφήγητα ἔργα ἐπιπολέθη, νίκας τὰς Συρακουσίων καὶ πάσων Σικελιωτῶν ἀπὸ τῆς δυσπόρου Διονυσίου ὃς ἦν παῖς τοῦ πρεσβυτέρου ἠλευθέρου, καὶ τῶν βαρβάρων, ὃς ὑπὲρ τοῦ βεβαίως τυραννεῖν Διονυσίῳ ἐπηγάγετο.

16. * ΒΙΘΥΝΙΚΑ ἐν βιβλίοις ὀκτώ. *Origines & Hiſtoria Bithyniæ Patriæ ſuæ* à temporibus usque Mythicis ad exceſſum Nicomedis poſtremi Regis qui regnum ſuum Romanis teſtamento legavit, libris VIII. Vide Photium Cod. 93. Meminit hujus operis Stephanus Byz. in Ἀμαζόνιον, Ἄσακος, Βιθυνόπολις: Etymologicum Magnum in Ἀφέτης, Euſtathius ad Iliad. Δ. pag. 373. E. pag. 429. H. p. 569. O. p. 1020. Jo. Tzetzes Chi-

τ) Arriani nomen inter eos quorum ſcriptis uſus eſt Leo Imperator, præfigitur hujus Tacticis in cod. MS. de quo Lambecius lib. 7. p. 813.

Chiliad. 3. hiſt. 155. verſ. 987. In Catalogo MSS. Scipionis Tettii apud Labbeum Bibl. nov. MSS. p. 385. tanquam adhuc in Italiæ Bibliothecis exſtantia memorantur Arriani Parthica, Alanica, Hiſtoriæ de rebus poſt Alexandrum & Bithynica.

17. ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΟΣ *De venatione liber* ad imitationem Xenophontis ſcriptus & ſupplens ea quæ in priſci Xenophontis s) libro de venatione deſiderantur. Primus è recentioribus hunc librum, ineditum adhuc lectitavit & quædam illius illuſtravit Henricus Stephanus lib. 4. ſchediaſmatum c. 1. ſeq. & lib. 5. c. 16-18. Deinde editionem ejus molitum Rigaltium teſtatur Mausſacus ad Plutarchum de fluminibus, cujus verba adſcribam: *Arriani* Κυνηγετικὸν *neſcio cur hactenus non vulgatum fuerit. Hoc tantum ſcio, illud opus ab ornatiſſimo & omni virtutum genere cumulatiſſimo Claudio Salmaſio deſcriptum fuiſſe ex cod. MS. Bibl. Palatinæ, & huc usque fuiſſe neglectum, quod Xenophontis nomen vetus illa membrana proferret, quodque qui in eam inciderant non animadverteſſent Arrianum etiam Xenophonta vocari. Eruditiſſimus Rigaltius amicus noſter dum curaret Scriptores de re accipitraria & de cura canum excudi, in animo quidem habuit* κυνηγετικὸν *illud Arriani ſimul edere quod à Salmaſio habebat: ſed credo Typographi ejus ſpem fefellerunt, nam quia Græcum erat, ſine verſione latina, quæ hodierna eſt ſupinitas, noluerunt hoc opus typis mandare.* Ab illo tempore primus Græce vulgavit & eleganti verſione latina Arriani Cynegeticum donavit Lucas Holſtenius Romæ & Pariſiis apud Cramoiſium A. 1644. 4. Holſtenii editionem poſtea inter alia Arriani opuſcula repetiit Nic. Blancardus & Henrici Stephani obſervationes ex ejus ſchediaſmatum libris adjecit, ſed & loca quædam ipſe emendavit ex Græco codice MS. quem Roma Octavius Falconerius ad eum transmiſerat; tum loca quædam verſionis Holſtenianæ in ora libri ſubinde reddidit meliora. Amſt. 1683. 8. Denique idem libellus gallice u) verſus eſt neſcio quo auctore & Pariſiis A. 1690. 12o. editus cum Oppiani Cynegeticis, Syneſiique Epiſtola & Baſilii homilia ejusdem argumenti.

CAPUT

s) Ita de ſe Xenophon junior, ſive Arrianus: ταῦτα λέξω ὁμώνυμός τε ὢν αὐτῷ καὶ πόλεως τῆς αὐτῆς (donatus civitate Athenienſi) καὶ ἀμφὶ ταυτὰ ἀπὸ νέου ἐπιδεδωκὼς, κυνηγέσια καὶ στρατηγίαν καὶ σοφίαν.

t) Exſtant in Tomo quinto Facis Artium Jani Gruteri.

u) Vide Ephemerides eruditorum Pariſienſes. A. 1690. p. 357. ſeq.

Digitized by Google

CAPUT IX.

DE ZENOBIO, DIOGENIANO & aliis Proverbiorum Scriptoribus.

Catalogus ſcriptorum deperditorum de proverbiis. 1. *Proverbia edita ſub nomine Plutarchi.* 2. *Zenobii.* 3. *Diogeniani.* 4. *Appendix Vaticana.* 5. *Proverbia ab Aldo edita.* 6. *Proverbia in Heſychio.* 7. *Suidæ.* 8. *Proverbia Mich. Apoſtolii.* 9. *Gregorii Cyprii & Hermodori Rhegii.* 10. *Index ſcriptorum in proverbiorum Græcorum ſcriptoribus allegatorum.* 11. *Notitia ſcriptorum recentiorum qui proverbia collegerunt vel interpretati ſunt, digeſta ordine Alphabeti.*

1.

IN proverbiis Græcis ſive congerendis ſive exponendis multi olim operam poſuerunt ſuam, quorum ſcripta interciderunt. Ex his incertum eſt, quis deſignetur à Marcello Ancyrano apud Euſebium in libris adverſus eum ſcriptis lib. 1. c. 3. ubi refert, virum quendam è Græcis ſapientem duobus libris explicaſſe proverbia ἔμμετρα, at ἄμετρα libris quatuor. *διὸ καί τις τῶν παρ' αὐτοῖς σοφῶν συναγαγὼν τὰς ἀπὸ πολλῶν καὶ διαφόρως λεχθείσας παροιμίας εἰς αὐτὰς γεγραφέναι βιβλία, δύο μὲν τῶν ἐμμέτρων τὰν ἢ ἀμέτρων τέσσαρα.* Forte intelligitur Ariſtophanes Grammaticus, cujus ἄμετροι παροιμίαι videntur laudari in ſcholiis græcis ad Aves Ariſtophanis Comici v. 1292.

Ὁ εἰς τὰς ᾠδὰς Πλάτωνι παροιμίας γράψας laudatur in Anonymi libello de incredibilibus cap. IX.

Æſchylum ἐν τῇ περὶ παροιμιῶν allegat Zenobius V. 85. Intelligit forte Æſchylum Alexandrinum, ut Meurſio etiam viſum in libro de tragœdiis Æſchyli Poëtæ.

Antiphanis Comici Drama, *παροιμίαι.* Athenæus lib. II. p. 60.

Apollonides Nicænus *περὶ παροιμιῶν.* Stephanus Byzantius in *τέρινα.*

Ariſtides ἐν τρίτῳ περὶ παροιμιῶν, Athenæus XIV. p. 641. Vide & Apoſtolium IX. 16.

Ariſto-

Ariſtotelis inter ſcripta Laërtius V. 26. memorat Παροιμίας, de quibus dixi ſupra lib. 3. c. 6. ubi & de *Cephiſodoro*, qui Ariſtotelem reprehendit, quod exiguum feciſſet operæ pretium in congerendis proverbiis, cum Antiphanes Comicus integrum drama illis impleverit. Ita enim intelligendus locus Athenæi lib. 2. p. 60.

Attalus περὶ παροιμιῶν Heſych. in Κοχίνου. Incertum eſt, quem Attalum intelligat, plures enim fuere, ut dixi lib. 3. cap. 15. Stoicum tamen intelligi ſuſpicor.

Chryſippus, Stoicus & ipſe Philoſophus, περὶ παροιμιῶν libros duos ſcripſit ad Zenodotum teſte Laërtio VII. 200. Priorem laudat idem VII. 1. Allegat hoc Chryſippi opus & Zenobius II. 18. III. 40. V. 32. Schol. Comici ad Equites, Pindariq; Od. 2. Iſthm. Reſpicit Plutarchus in limine Vitæ Arati.

Cleander (Κλέανδρος) ἐν δευτέρῳ παροιμιῶν Schol. Theocriti Idyll. 5. Apoſtolius XV. 8.

Clearchus περὶ παροιμιῶν ſæpius laudatur ab Athenæo. Vide & Zenobium V. 44. 47. 48.

Damo ſive *Demo* περὶ παροιμιῶν. Plutarch. Theſeo, Zenobius V. 52. Stephanus Byz. fragmento de Dodone, Harpocrat. Apoſtolius, Schol. Comici ad Plutum, & Pindari ad Nem. 7. Apoſtolius (qui XIII. 36. primum librum allegat) aliique apud Meurſium pag. 1352. Bibl. Græcæ, quem, ſi placet, vide.

Didymus Alexandrinus tredecim de proverbiis libros ſcripſerat ſub titulo πρὸς τὰς περὶ παροιμιῶν συντάξεις teſte Helladio apud Photium cod. 279. p. 865. Allegatur iterum p. 872. Vide & Zenobium II. 31. IV. 20. & Tzetzam Chil. VIII. verſu 19. Ex hoc Didymo & Tarræo collecta eſſe, quæ hodie habemus Zenobii proverbia, titulus ipſe profitetur.

Mylo, ὁ Μύλων ὁ παροιμιογράφος Zenobio II. 45. Confer Menagium ad Laërtii III. 40.

Seleucus Alexandrinus περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν. Svid. in Σέλευκος.

Lucillus Tarraeus. Tzetzes Chil. VIII. verſ. 19. laudat Didymum & Ταῤῥαῖον ἐν παροιμίαις. Librum primum περὶ παροιμιῶν allegat Apoſtolius præfat. Ex hoc Tarræo & Didymo collecta ſunt, quæ exſtant proverbia Zenobii, ut jam dixi.

Theophraſtus περὶ παροιμιῶν, ά, Laërtius V. 45. Harpocration in Ἐχὶ ἄνδρα δείκνυσι, Apoſtolius IV. 51. VI. 36. Stobæus.

Ariſtarchum quoque & *Cleanthem* adagia ſcripſiſſe notavit vir doctus Andreas Schottus, ſed ex Svida in ἄνω πόκαι non magis probari poteſt, Ariſtarchum ſingulari opere proverbia explicaſſe, quam *Dicaarchum* è Zenobii II. 15. III. 65. IV. 26. & VI. 16. vel *Philonem* è Laertii III. 40. Neque adeo veteris ſcriptoris locus mihi occurrit, ex quo Cleanthem de proverbiis ſcripſiſſe conſtaret. E latinis *Apuleji* Platonici liber ſecundus proverbiorum allegatur à Chariſio lib. 2. Gramm. p. 214.

Quæ exſtant ſcripta ejusdem argumenti Græca vel integra vel ex parte, ex hoc capite deinceps breviter perſequar.

II. PLUTARCHI inter monumenta Lamprias memorat παροιμιῶν βιβλία β' libros duos proverbiorum, qui intercíderunt. Græca tamen proverbiorum ſub Plutarchi nomine collectanea Græce legit Eraſmus, allegatque *in feſtina lente* & alibi. Laudat etiam (ex Eraſmo fortaſſis) Gyraldus dialogo 2. de poëtis p. 119. *Plutarchus in Paræmiarum libello, ſi modo is Plutarchi eſt.* Illa Græca Plutarchi collectanea ſibi quoque videre contigiſſe teſtatur Schottus ad Zenobii Centur. 1. prov. 67. ex quo loco apparet diverſa illa fuiſſe ab appendice proverbiorum Vaticana, ejusdem Schotti beneficio edita, quam ab Eraſmo tributam Plutarcho indigne fert idem Schottus præf. & pag. 311. Sed & Vulcanius Epiſtola ad Theod. Canterum Centuria III. earum quas Gabbema vulgavit p. 714. Collectanea quædam Græcorum proverbiorum titulo Plutarchi edita habere ſe eſt teſtatus. Denique A. 1701. Lugduni Bat. Vir Cl. *Jacobus Gronovius* è codice Florentino Græce ſub Plutarchi nomine edidit proverbia CXXXI. addita latina ſua verſione, in præf. ad Tomum decimum theſauri Antiqu. Græcarum. Ad calcem legas: Πλουτάρχου παροιμίαι αἷς Ἀλεξανδρεῖς ἐχρῶντο. *Plutarchi proverbia, quibus uſi ſunt Alexandrini.* Gronovius ſuſpicatur eſſe potius proverbia ab Alexandrino aliquo collecta. Certe leguntur in his pleraque minime propria Alexandrinis. Eraſmus ſub Plutarchi nomine quædam affert, quæ in his Gronovianis neutiquam leguntur, at obvia ſunt in appendice Vaticana. Codice Florentino ante Gronovium uſus eſt vir acutiſſimus Alexander Morus, & ex eo quædam produxit in notis ad quædam loco Novi fœderis ad Hebr. II. 1.

III. ZENOBIUS, quem Scholiaſtes a) Comici & plerisque in locis Eraſmus *Zenodotum* b) appellat, Sophiſta fuit, Svida teſte, Adria-

a) Schol. Ariſtophanis ad nubes f. 133. Ζηνόδοτος δὲ ὁ τὰς Ταρραίου καὶ Διδύμου παροιμίας ἐπιτεμὼν βαρυτοῖς φησὶν &c. Conf. Zenobii Centur. 3. prov. 87. Sic & Zenodotum Grammaticum Epheſium, quem notat Ammonius in γόης A. Schotto obſer-

Adrianique Imp. c) temporibus versatus est Romæ,& libris tribus scripsit Epitomen Adagiorum Lucilli Tarræi & Didymi Alexandrini. *Ζωΐβιος σοφιστὴς, παιδεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἐγκρῖναι ἐπιτομὴν παροιμιῶν Διδύμου καὶ Τερεντίου ἐν βιβλίοις τρισί.* Anonymus in Scholiis ad Aristotelis Rhetorica lib. 2. p. 42. *ὡς ὁ Κρατερός φησιν, ἡ Δοῦρις ἐν τῇ βιβλίῳ τῶν παροιμιῶν ζηνοβίου δοκεῖ δ' Τερεντίου*, ita enim legendus ille locus, & respicitur Zenobii II. 28. ubi Craterus & Duris laudantur. Hanc Epitomen ordine litterarum decurrentem sed libris tribus neutiquam distinctam Græce primus vulgavit *Vincentius Obsopæus*, Haganoæ 1535. 8. *Ζηνοβίου ἐπιτομὴ τῶν Τερεντίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν.* Latine vertit *Gilbertus Cognatus*, Erasmi per sex annos amanuensis, sub titulo: *Sylloge Paræmiarum, quas Erasmus in suas Chiliades non retulit exceptis paucis, quarum varia est & lectio & interpretatio.* Basil. 1559. & inter Cognati opera junctim excusa,fol. Denique *Andreas Schottus* Antverpianus Societatis JEsu presbyter Zenobii proverbia cum nova versione & notis eruditis edidit atque in Centurias distribuit (sunt autem proverbia DLII.) Antverpiæ 1612. 4. cum Diogeniano aliisque,de quibus mox. Alius fuit Zenobius, cui Augustinus libros de ordine inscripsit,à quo ad hoc argumentum suscipiendum carmine invitatus fuerat, ut refert lib. 1. c. 7.

IV. DIOGENIANUS non videtur singulare opus de proverbiis scripsisse, igitur nolim assentiri præstantissimo Schotto, qui apud eundem Svidam in Διογ. pro *περὶ πολεμῶν* legit *περὶ παροιμιῶν*. Sane ex Hesychii Alex. præfat. ad Glossarium patet Diogenianum proverbia explicasse,nonnulla etiam sine explicatione posuisse (hoc enim sibi volunt Hesychii verba, *ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν μὴ πᾶσι τοῖς πολείοις τῶν παροιμιῶν ψιλῶς καὶ ἄνευ τῶν ἐπιβεβλημένων παθεκείνας*) in magno suo lexico, quo Svidas etiam gnaviter est usus, & de quo alibi dixi. Idem fecisse in Lexico suo Eudemum conjicio ex Apostolii V. 96. Ex hoc Diogeniani dictionario nescio quis (perinde ut Schottus è Svida) singulari libello paræmias collegit. Sane quem Schottus primus ex codice MS. Petri Pantini & altero Palatino cum versione sua & notis edidit,Zenobioque, de quo

observante Etymologici M. auctor in *ἴδοις* videtur vocare Zenobium. De variis Zenodotis dixi lib. 2. c. 2. §. 16. quibus adde quod ad Zenodotum (sive adversus Zenobium) antiquiorem longe Zenobio nostro libros duos de proverbiis scripsit Chrysippus. Laërt. VII. 200.

c) Mirum hoc possit videri,cum Zenobius II. 1. & III. 68. laudet Lucianum, qui scripsit M. Antonino jam defuncto. Alia temporis nota II. 35.

Digitized by Google

jam dixi, subjunxit, inscribitur sic: Παροιμίαι δημώδεις d) ἐκ τῆς Διογενιανοῦ συναγωγῆς. Eadem plane inscriptio Codicis Cæsarei apud Lambecium lib. VII. commentar. pag. 253. Decurrit ordine Alphabetico & complectitur proverbia DCCLXXV. in Centurias à Schotto digesta. Usum se Diogeniano MS. testatur Erasmus, uti postea Zenobio quoque (XXVI. 63. Epist.) sed admodum mutilo atque inemendato. Diogenianum hunc Heracleotam Ponticum fuisse Svidas refert & Hadriani Imp. temporibus vixisse. Mox ipse dubitat, utrum Heracleam Ponti an Cariæ patriam habuerit? Medicum enim celebrem itidem fuisse ex Heraclea Albace Cariæ Diogenianum. Liceat etiam addubitare de ætate. Junior enim Zenobio videtur, & II. 98. V. 23. allegat Lucianum. Fuit & Diogenianus Pergamenus, quem confabulantem secum inducit Plutarchus VIII. 1. sympos. Nescio idemne sit Diogenianus Philosophus, ex quo locum de oraculorum vanitate affert Eusebius IV. 3. præparat. Theodoritus X. therapeut. p. 138. Diogenianum præterea sive Diogenem Cyzicenum Grammaticum memorat Svidas, quem, si placet, vide. Diogeniani Epitome τῶν Ουσπίνου Ἑλληνικῶν allegatur in scholio Græco ad Nanzianzen. apud Montfauconum p. 214. Diarii Italici.

V. APPENDIX VATICANA sive collectio proverbiorum CCCLIII. similiter ordine litterarum decurrens, quam beneficio Scipionis Cobellucii acceptam Schottus cum versione & notis primus edidit. Christianum fuisse auctorem qui illa collegit, probe observat è Centur. III. adagio 87. ut erraverit Erasmus, si eadem sylloge proverbiorum fuit, quam ille subinde laudat, sub nomine Plutarchi.

VI. EDITIO PROVERBIORUM ALDINA sive Collectio parœmiarum Alphabetica Schotto, ut opinor, haud visa, quam *Aldus Manutius* fabulis Æsopi, Phurnuto, & aliis quibusdam Venet. 1505. fol. Græce subjunxit sub titulo: συναγωγὴ τῶν Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου καὶ τῶν ᾠδὰ Σούδα καὶ ἄλλοις διαφόροις παροιμιῶν συντεθεισῶν κατὰ στοιχεῖον, complectitur Zenobium & proverbia è Svida excerpta, tum ex Apostolio quædam.

VII. HESYCHIUS in proœmio Lexici conquestus inter alia Diogenianum parœmias non paucas sine explicatione in Dictionario suo posuisse, promittit, se industria sua, ut alios, ita hunc quoq; defectum suppleturum. Hodie tamen in glossario ejus perpauca hujus argumenti leguntur, quæ sparsim suis in Diogenianum & Vaticanam appendicem

d) Alio sensu δημώδης παροιμία apud Apostolium VI. 7. VIII. 8 &c.

Digitized by Google

cem notis idem Schottus intexuit. Itaque eruditi exiſtimant Heſychii epitomen tantum non integrum opus ad nos perveniſſe, qua de re cum de illius gloſſario acturus ſum, dicam.

VIII. SUIDAS longe plura proverbia lexico ſuo * inſeruit eademque explicavit, ita ut ex illo MCCCC collegerit Schottus, quæ cum verſione ſua & notis Zenobio, Diogeniano & Vaticanæ appendici ſubjecit, addito Joſephi Scaligeri ſtromateo proverbiorum Græcorum, verſibus Hexametris CCCCXIX. & Jambicis DCCCCXXVI. quem & ipſum verſione metrica (ita ut verſus verſui reſpondeat) ac ſubinde notis illuſtravit, ſubjuncto toti operi indice Græco alteroque latino adagiorum. Antvverp. 1612. 4. Lucem viderat Scaligeri στρωματεὺς παροιμιῶν ἐμμέτρων Pariſ. 1593. 4. & cum latina verſ. ibid. 1594. apud Morellum 8vo. donatus A. 1584. Claudio Puteano, & recuſus poſtea inter Scaligeri Poëmata à Petro Scriverio collecta & edita Lugd. Bat. 1615. 12.

IX. MICHAEL APOSTOLIUS Byzantinus medio ſæculo decimo quinto clarus, de quo infra libro quinto dicendi locu erit, copioſiſſimam fecit parœmiarum συναγωγήν. Ab eo enim collecta & explicata habemus proverbia bis mille & viginti ſeptem, inſcripta Caſpari Uxamæ ſive Oſmi in Hiſpania Epiſcopo, Romæ tum verſanti, ubi & ipſe ſcripſit, patria à Turcis occupata exſulans Apoſtolius. Horum epitomen (explicatione fere reſciſſa) edidit Græce Hervagius Baſileæ A. 1538. 8. Eadem poſtea plus vice ſimplici recuſa eſt cum clavi Homerica Georgii Perkinſi, in 8vo. Integram ac pleniorem editionem promiſit Robertus Conſtantinus, dedit Petrus Pantinus, cum cujus verſione & notis hoc opus undique non mediocri ſtudio ab Apoſtolio collectum vidit lucem Lugd. Bat. 1619. 4. ex qua editione tres vel quatuor præter rem fingit auctor Pandectarum Brandenburgicarum. Quædam Apoſtolii emendat illuſtratque Reineſius lib. 1. Var. lect. c. 24. Ceterum fallitur doctiſſimus Pantinus cum in notis p. 377. Apoſtolii ἰωνιὰν nihil aliud putat continuiſſe, quam hanc ipſam συναγωγὴν παροιμιῶν. Nam in Bibliothecis quibusdam adhuc ſupereſt illa ἰωνιὰ, in qua (ſimiliter, ut in edito opere proverbia) congeſtæ ſunt gnomæ Apophthegmata & varia præcepta veterum ſapientum.

X. GREGORIUS CYPRIUS quoque Patriarcha CPolitanus non omittendus, Apoſtolio antiquior cujus Parœmiæ (ſed Græce tantum)

* Forte & aliud opus ſingulare de proverbiis ſcripſerat atque ordine litterarum digeſſerat. Sane hoc ſuſpicari aliquis poſſit ex his verbis in ἔρως. τέθειται δὲ ἐν τῷ περὶ παροιμίας ἐν τῷ ε στοιχείῳ.

tum) Apoſtolio Pantini ſubjectæ ſunt p. 273-281. Non adeo multa ſunt hæc à Gregorio annotata proverbia, & apud jam memoratos ſcriptores fere obvia, brevis quoque eſt, quam ſubinde addidit, expoſitio. De aliis hujus Gregorii ſcriptis conſulendus præclarus Caveus in hiſtoria litteraria ad Annum CHRISTI (quo floruit Gregorius) MCCLXXXIV.

Denique *Hermodori Regii* ſcriptoris recentis Adagia laudat & apud ſe fuiſſe teſtatur Cangius in gloſſario Græco.

XI. Index ſcriptorum in Proverbiis Græcis memoratorum, à Schotto prætermiſſus.

A. Apoſtolium, D. Diogenianum, Pl. Plutarchum, Vat. appendicem Vaticanam, Z. Zenobium, Major numerus Centuriam, minor proverbium denotat.

ACeſias medicus A. II. 23.
Ἀδμήτου μέλος A. IV. 33.
Ælianus A. XII. 14. XIX. 61. XX. 58. paſſim nomine Æliani præterito Apoſtolius ex ejus hiſtoria animalium capita integra depromſit. Loca ſubinde annotavit Pantinus in notis.
Æſchines Sardianus in Jambis A. XI. 24.
Æſchines Orator A. XVIII. 48. ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου A. XVI. 63. Tragicus Theocrines à Demoſthene dictus XIX. 49.
Æſchines Selli F. A. XVII. 34.
Æſchylus Z. V. 70. 79. A. VI. 36. X. 38. XI. 3. XX. 65.
Αἴαντι Λοκρῷ Z. VI. 14.
Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις Z. V. 43.
Ὁ παρ' Αἰσχύλῳ Φιλοκτήτης A. VIII. 30.
Æſchylus ἐν τοῖς περὶ παροιμιῶν Z. V. 85.
[Æſopus Delphis interfectus. Vat. III. 99. D. I. 64. A. II. 1. & 5. Mentio Æſopi A. VIII. 85. ex Ariſtophanis avibus & XII. 41. ubi reſponſum Cræſo datum. Allegatur Æſopus A. IX. 16.
[Agatho tibicen Z. I. 2. A. I. 9.
Agatho (Comicus) A. VI. 38.
[Agyrrhius Poëtarum mercedem accidens. ὅτε γραπτὸς ὢν ἐν Λήμνῳ καὶ τὸν μισθὸν τῶν ποιητῶν σωίτιμος καὶ πρῶτος ἐκκλησιαστικὸν δέδωκεν A. I. 22.
Alcæus Z. II. 18. V. 30. 61. VI. 43. A. XV. 83. ἐν κωμῳδοτραγῳδίᾳ A. I. 51.
Alcini Apologus A. I. 84. D. II. 86.
Alcmæon A. XVIII. 56.
Alcman Lyricus A. II. 54. XIV. 87.
Alexander (forte Alexis) ἐν αἰπόλοις Z. VI. 11.
Alexis Z. II. 17. A. XVII. 44.
Ammonius A. XIX. 82.
Amphis A. XIV 74.
Anacharſis A. XVIII. 55.
Anacreon Z. V. 20. 81. ἐν τρίτῃ A. XVIII. 14.
Anaxandrides, ἐν πρώτῃ περὶ τῶν συληθέντων ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων Vat. I. 5. Ana-

Anaxarchus A. XVI. 92.
Anaximenes A. IV. 30. ἐν ἀ Ἑλληνικῶν III. 4.
Androcydes Pythagoreus A. XVII. 33. Male editum Andocydes.
Andron (Comicus) ἐν τρίτῳ A. XVII. 25. Andron Halicarnassensis A. XVIII. 18.
Epistola ab Antagora Bœotiis prælecta A. V. 82.
Antigonus Carystius Z. V. 82.
Antimachus μελῶν ποιητὴς, ψεκὰς dictus D. VIII. 71. A. XXI. 4. quatuor ejus Hexametri de Nemesi Adrastea. A. I. 40.
Antiphanes Z. VI. 34. A. IV. 14. XII. 2. XIX. 44. Ephesius A. VIII. 37.
Apollodorus A. XI. 76. XVIII. 23. ἐν τοῖς περὶ Θεῶν Z. V. 22.
Apollonius A. XIX. 76.
Apollonius Macedo A. XVIII. 45.
Apostolii ἰωνιά A. XX. 13.
Arabes A. I. 82.
Archidami Epistola ad Philippum A. VII. 64.
Archilochus Z. IV. 48. A. IV. 51. & in præfat. & XI. 44. ἰαμβῇ Z. V. 68.
Archytas D. II. 98.
Archyppi Comœdia ὄνος σκιά. Z. VI. 28.
Aristarchus (Grammaticus) A. XVI. 60. XVIII. 22.
Aristides A. VIII. 16. XIII 12.
Aristii Κύκλωψ, drama satyricum A. IV. 7.
Aristoclea Pythagoræ soror, sacerdos Pythia A. XVII. 86.
Aristophanes Z. I. 54. II. 57. 95. VI. 40. D. II. 3. III. 74. VII. 3. Vat. IV. 44. A. II. 23. 31. III. 73. 82. IV. 1. VI. 47. XII. 35. XIV. 40. 59. XV. 59. 74. 93. XVIII. 39.
ἐν Ἀμφιαράῳ A. XX. 39.
Βαβυλωνίοις Z. II. 22. A. XVII. 25.
Βατράχοις Z. III. 8.
Γεωργοῖς Z. II. 27.
Ἱππεῦσιν Vat. IV. 49.
Κωκαλῳ Z. VI. 47.
Λυσιστράτῃ. Z. II. 55.
Νεφέλαις A. I. 51. IV. 68.
Ὄρνισι A. I. 61. VIII. 85. XVII. 53.
Πλούτῳ A. VII. 22.
Πολυείδῳ A. IX. 9.
Σφηξὶ A. VII. 48.
Ταγηνισταῖς A. XV. 60.
ὅλην ἢ παροιμίαν Ἀριστοφάνης ἐν πεντημέτροις ἐκφέρει Z. I. 52.
Aristophanes Grammaticus Z. III. 63.
Aristoteles Z. IV. 49. 83. V. 95. VI. 17. Vat. III. 4. A. V. 13. VII. 44. 72. IX. 16. XIII. 58. XVIII. 89.
ἐν ἀ περὶ δικαιοσύνης A. IX. 33.
Ἀθηναίων πολιτεία Z. VI. 29.
Λακεδαιμονίων πολιτεία. Z. II. 24.
Ὀρχομενίων Vat. IV. 3.
Σαμίων πολιτεία Z. IV. 12. A. XVII. 25.
Τενεδίων A. XVIII. 28.
Περὶ ζώων Z. IV. 52. A. II. 51. III. 39. IX. 41 X. 64. XV. 56. 93.
ἐν τοῖς προβλήμασι A. XII. 68.

ἐν

ἐν ἑβδόμῳ τῶν δοξῶν A. XIV. 30.
Ariſtotelis ἐντελέχεια A. XVII. 9.
Ariſtoteles Battus A. XVII. 43.
Ariſtoxenus Z. II. 85. Vat. I. 29.
Ariſtus Salaminius Z. VI. 50.
Aſclepiades Vat. I. 71. ἐν τραγῳδημένοις A. VI. 46. XI. 98. Epigramma A. XIX. 77.
Aſtydamas Tragicus Morſimi Fil. Z. V. 100. A. XVII. 19.
Atticiſmus A. V. 4. Athenienſium νόμος ſive conſuetudo A. XV. 98.
Bacchylides Z. III. 25. A. III. 82. παρᾶσιν Z. II. 36.
[Bayn malos è diſciplina ſua emittens diſcipulos A. XIX. 35.]
Bellerophonteæ litteræ A. VI. 46.
Bias Prienenſis A. V. 58. VI. 36.
Bœotica Sphingis ænigmata A. V. 80.
Brachmanum fabula de Epope A. VIII. 85.
Cadmus Z. IV. 45.
Callias.
ἐν Ἁπλεσῇ (forte Ἀθαλάντῃ) Z. IV. 67.
Callimachus Z. V. 66. A. I. 55. & in præf & XX. 14.
Ἰάμβοις Z. I. 31.
Callipides Τραγῳδιῶν ὑποκριτὴς A. XV. 39.
Calliſthenes δευτέρῳ μεταμορφώσεως A. I. 79. ἐν δευτέρᾳ τῶν Περσικῶν A. XVII. 26.
Calliſtratus Rhetor Athen. Z. IV. 34.
Alius Calliſtratus Parnytes Vat. III. 35.
Κάμων ἐν δευτέρᾳ τῶν ἐυρημάτων A. XX. 29. Clementi Alex. dicitur Σκάμων.
Cantharus ἐν Μηδείᾳ A. IV. 22.
Carica Muſa A. X. 85.
Cato A. X. 100.
Caucaſus de Lemniis A. XI. 96.
Cephiſon de qualibet re per totum diem verba facere ſe poſſe gloriatus A. XVIII. 90.
Chalcidamantis dictum (nomine tacito) A. IV. 36.
Chamæleon περὶ σατύρων (de dramatibus Satyricis) A. IV. 7. ἐν τῷ περὶ Θέσπιδος A. XV. 13.
[Chares Thebanus tibicen A. XX. 63.
Charondas A. VIII. 14.
Chelidon Theologus & πρατοσκόπος A. XVII. 2.
Chilo Lacedæmonius A. VI. 36. 78. XIX. 48. XX. 74.
Chreſtodemus ἐν Θηβαϊκοῖς A. XVIII. 42.
Chromius augur qui Myſis ſive Bulgaris imperavit A. XIII. 43.
Chryſippus Z. II. 18. III. 40. Vat. III. 36. ἐν τῷ περὶ χρησμῶν A. XIII. 68.
Cicero A. XVI. 69. de Officiis Panætium reprehendens A. in præf.
Cleander ἐν δευτέρῳ παροιμιῶν A. XV. 8.
Cleanthes A. XI. 1.

Clear-

Digitized by Google

Glearchus Z. V. 44. 47. VI. 29. A. VI. 36.
περὶ βίων Z. IV. 87. VI. 18.
Πέμπτῳ περὶ βίων Z. III. 41.
ἐξηγέμενος τῷ παροιμίαν Z. V. 48.
[Clitarchus XX. 22.]
Clitodemus A. VIII. 42.
Παρὰ τῷ Κωμικῷ (Ariſtophane) A. XVIII. 14. Alterius Comici verſus A. XX. 90.
Comicorum quinque judices Z. III. 64. Chorus Comicis & Tragicis eximiis datus A. I. 92. XX. 79.
Comœdia Vat. III. 66. 80. IV. 48. A. I. 92. XX. 36.
Κωμῳδικὴ χάρις A. I. 23.
Corax Syracuſius Rhetor Z. IV. 82. A. X. 64.
Corcyræi Minervam vocant Gorgonem A. VI 44.
Crates Athenienſis ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν A. XXI. 24.
Crates Comicus Σαμίοις Z. IV. 41.
Crates Grammaticus Vat. II. 12. Cynicus A. XI. 58. & forte XX. 6. & 10.
Craterus Z. II. 28.
Cratinus Comicus Z. I. 26. III. 81. V. 7. 81. Vat. I. 91. A. VIII. 80. IX. 58. XII. 70. XV. 69.
Ἀρχιλόχοις A. VII. 20.
Δραπέτισιν Z. V. 67. VI. 24. A. X. 77.
Κλεοβουλίναις Z. V. 14.
Νόμοις A. II. 48.
Χείρωσι Z. II. 66. V. 9.
Crato A. XI. 2.
Cretenſes Dianam vocant Δίκτυναν A. VI. 44.
Cteſias A. XX. 6.
Demades A. XIX. 46.
Demagoras A. II. 51.
Demetrius Halicarnaſſ. Z. VI. 22.
Demetrius Scepſius A. I. 40.
Demo Z. V. 52. Vat. IV. 20. A. VII. 44. XVII. 28. XX. 27. ἐν πρώτῃ παροιμιῶν XIII. 36.
Democratis γνώμαι A. II. 92. VIII. 29. X. 16.
Democritus A. V. 59. VII. 14. XII. 63. 64. 89. XIX 10. XX. 5. 49. Phyſicus A. XV. 77.
Demoſthenes Rhetor Z. VI. 28. A. II. 82. XX. 4. ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος A. XV. 28. XIX. 49.
Demoſthenes ſive Dinarchus ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνους ibid. 49.
Diagoras Atheus A. VII. 1.
Dicæarchus Meſſenius Z. II. 15. III. 65. IV. 26. VI. 16. Vat. II. 6. ἐν τῇ περὶ Ἑλλάδος Z. V. 23.
Didymus Z. II. 31. IV. 20. A. XVIII. 40. XIX. 41.
Dinarchus ſive Demoſthenes ἐν τῷ κατὰ Θεοκρίνους A. XIX. 49.
Dio Alexandrinus Philoſ. Z. V. 54. A. XIX. 24.
Dio ἐν δευτέρᾳ τῆς δευτέρας συντάξεως A. XV. 3.
Dio ἐν Ῥωμαϊκοῖς A. IX. 42.
Dionis χρὺ A. VI. 51. Z. V. 54.
Διονύσιος Vat. IV. 27. A. XX. 5.

Diogenes Cynicus D. *IV.* 98. A. *IX.* 59.
Diogenianus A. *II.* 39. *IX.* 39. *XVI.* 28. [*XVII.* 28.]
Dionyſius Chalcidenſis Z. *V.* 74. ἐν κτίσεσι A. *XVIII.* 25.
Dionyſii Syracuſani Tyranni tragœdiæ à Philoxeno contemtæ. Vat. IV. 37. A. XIX. 26.
Dionyſius (Thrax) Z. *V.* 71.
Diotimus ἐν Ἡρακλέους ἄθλοις A. *IX.* 33. ubi tres ex illo poëmate Hexametri.
Diphilus A. *X.* 96. *XIII.* 68. ἐν ἡμέραισιν Z. *IV.* 18.
Diphtera Jovis A. IV. 47. IX. 53. D. III. 2.
Diſſocritus (niſi leg. Δημοκρίτου) A. VI. 19.
Dithyrambici Poëtæ A. *VII.* 16.
Dores trutinam vocant σεχάνην A. VI. 7.
Dorotheus ἐν τῇ πρώτῃ Σικελικῶν A. *XX.* 13.
Draco Medicus A. *VI.* 32.
Duris Z. II. 26. 28. V. 64. ἐν τῷ πέμπτῳ περὶ Ἀγαθοκλέα A. IX. 33. ἐν τῷ περὶ ἀγώνων A. XVII. 30. ἐν δευτέρᾳ λιβυκῶν A. *XI.* 75.
Enyo Προφῆτις Delphica A. *XIV.* 40.
Empedocles A. *XIV.* 84. Empedoclis inimicitia A. VIII. 21.
Epeus Z. III. 81. ἐπειός D. IV. 61. A. VIII. 80.
Epheſiæ litteræ A. *IX.* 39. D. *IV.* 78. Vat. *I.* 95. A *XII.* 72.
Ephorus A. IV. 30. VIII. 95. IX. 33. ἐν δευτέρῳ *III.* 47. ἐν τετάρτῳ *VI.* 74. ἐν πέμπτῳ *VII.* 37. ἱστορεῖ ἐν τρίτῃ *XV.* 98.
Epicharmus Z. *III.* 64. *IV.* 40. *V.* 84. D. *II.* 47. A. *I.* 49. 44. 53. Τρωσὶν Z. *IV.* 7.
Epicrates A. *X.* 77.
Epicurus ἔν τινι τῶν πρὸς Ἰδομενέα ἐπιστολῶν A. *XVI.* 95.
Epictetus *IV.* 63.
Epigenis Sicyonii tragœdia de Baccho A. *XV.* 13.
Epigramma in Heſiodum Vat *IV.* 5.
Epigramma A. *XVII.* 37. *XIX.* 92. verſibus jambicis Z. *III.* 23. A. *XIX.* 77.
Epimenidis pellis & alia de ipſo A. *VIII.* 84. *XIX.* 37. D. *VIII.* 28. Vat. *III.* 97. ubi annos CLVII. vixiſſe traditur è Theopompo.
Εὐανδρος Z. V. 78. D. *VII.* 28.
Εὐβοϊκὰ συγγράψαντες Z. VI. 50.
Eubulus Comicus A. *X.* 29. *XX.* 91.
Διονύσῳ Z. IV. 66.
Κυβευτῇς Vat. *II.* 69.
Euclide opus non eſt araneæ A. *X.* 58.
Eudemus A. V. 96. *IX.* 27. *XII.* 9. *XX.* 39.
Eudoxus Z. V. 56. Vat. *I.* 11.
Περιβολιμαίῳ Z. I. 1.
Euphorion A. *XI.* 21.
Eupolis Z. *II.* 57.
Χρυσοῖς Z. *II.* 19. *IV.* 2.
Euripides Z. *V.* 70. 72. 93. 98. Vat. *I.* 29. *II.* 57. A. *II.* 4. *III.* 15. 42. *VI.* 38. *X.* 6. 12. 94. *XIII.* 56. *XIV.* 1. 7. *XVI.* 29. *XIX.* 74. 75. 82.

82. *XX.* 26 38. 92. à Promeri canibus direptus D. *VII.* 52. Vat. *III.* 43. A. *XVI.* 70.
σκανδοπώλης dictus D. *VIII.* 20. Vat. *III.* 86. A. *XVII.* 49.
Ejus (ſive Ariſtii, Philoxenive) Cyclops Z. II. 16. D. II. 32. A. IV. 7.
Erechteus Vat. II. 67. ἐν Τραγῳδίᾳ Ἐρεχθεῖδῶν A. XIX. 98.
Medea Z. III. 4.
Phœniſſæ Z. II. 68.
Φοῖνιξ A. XI. 41.
Telephus Z. III. 4.
Euthycles ἐν Ἀπελάτῃ A. V. 76.
Glauco A. X. 98.
Harmodius σκολιῶν πιητὴς D. II. 68. A. IV. 33.
Harpocratio A. II. 31.
Hegeſander ἐν τοῖς περὶ ὑπομνημάτων A. II. 51.
Hellanicus Z. V. 61.
Heraclides Z. II. 84. reſponſio Dionyſio (tyranno) data. A. VI. 12.
Cōmicus Z. VI. 34.
Heraclides Ponticus A. XII. 35.
Heraclitus Z. II. 19.
Hermaphroditus (niſi nomen corruptum) A. XIX. 80.
Hermippus γραπτὸς Z. II. 23.
Hermodorus Platonis auditor Z. V. 6.
Hermogenes quintodecimo ætatis anno Rhetoricam ſcribere aggreſſus A. VIII. 36.
Herodes ἐμβατὸς Z. VI. 10.
Herodis Attici dictum ad fratrem Regillæ A. XVII. 76.
Herodianus (Grammaticus) A. XII. 50.
Herodotus Z. VI. 47. Vat. II. 7. III. 67. A. VI. 22 (VIII. 28.) XV. 59 XVI. 25. XX. 25. [XXI 27.] ἐν τῇ πρώτῃ Z. VI. 35.
Heſiodus Z. III. 86. D. II. 32. 97. Vat. III. 3. IV. 3. A. IV. 46. VI. 28. IX. 6. XII. 88. XV. 51. XX. 13. 80. 82. Homero prælatus à Panide Rege A. XV. 88.
Hierocles ἐν δευτέρᾳ Φιλοσοφουμένων περὶ τῶν Φιλοσόφων A. VIII. 20. ἐν πρώτῃ Φιλοσοφουμένων XI. 90.
Hieronymus Rhodius ἐν τῷ περὶ Τραγῳδοποιῶν A. XI. 41.
Hippeus (Ἱππεύς) ἐν τῷ περὶ χρόνων Z. III. 42.
Hipparchion Citharœdus Z. II. 35.
Hippocomus A. XVI. 41.
Hippocratis Regis Epiſtola ad Mindarum, ἔρρει τὰ καλά. D. IV. 89. A. IX. 2.
Homerus Z. I. 93. II. 87. III. 64. 94. V. 7. 68. Vat. II. 12. A. præf. & I. 51. 82. 97. II. 6. 12. III. 82. VIII. 34. 91. IX. 67. XI. 31. XII. 21. XIV. 95. XVI. 28. XVII. 12. XX. 21. 63.
Hyperides A. XVI. 2. ἐν τῷ περὶ τειχῶν πρώτῳ A. V. 8. ἐν τῷ κατ' Ἀντικλείας A. IX. 6, forte Ἀυτοκλέους

χλέους. Ἐν τῷ κατὰ Εὐθυνομένους δευτέρῳ XVIII. 11. forte Ἀγησομένους.
Hypſæus A. X. 18.
Ἰάλεμος Θρῆξ A. VI. 54.
Jamblichus A. IX. 72.
Ibycus Z. II. 45. D. II. 71. V. 12. A. I. 14. III. 35.
Ἰόβας (Juba) Vat. I. 14.
Jon Tragicus Z. V. 68.
Iſæus A. I. 47. ἐν τῷ πρὸς Καλυδῶνα V. 20. ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐμαθοῦς εἰς ἐλευθερίαν ἀφαιρέσει A. VIII. 20.
Iſocrates A. XIX. 41. lege Socrates qui Θρᾳκικῶν libros ſcripſerat teſte Plutarcho c. 18. parallel.
Iſter A. XVIII. 23. ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῆς συναγωγῆς A. XIV. 40. ἐν τοῖς Ἀττικοῖς XVI. 1. ἐν πρώτῃ Ἀττικῶν XVIII. 77.
Lacedæmonii Dianam vocant Οὖπιν A. VI. 44.
Lacedæmoniorum chori A. III. 6. Hymni VI. 56.
Leucippus A. XV. 54.
Leonides Byzantius A. XIX. 61.
Λευκώματα ſive albi Athenis, inſcribendis civium nominibus & negotiis Vat. I. 80.
Libanius A. XVII. 3.
Lucianus D. II. 89. V. 23. A. III 22. 93. X. 38. (Philopſevde) Z. II. 1. μυίας ἐγκωμίῳ Z. III. 68.
Lucius Tarrhæus ἐν πρώτῳ παροιμιῶν A. præf.
Lycophron A. XVII. 34. XVIII. 40.
Lycurgus A. IX. 69.
Lycurgus ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος A. VIII. 20.
Lycus Rheginus A. XI. 76.
Lydiorum Dialectus A. V. 54.
Lyſias D. IV. 77. A. V. 85. VIII. 21. ἐν τῷ περὶ ἀμβλώσεως A. II. 89. κατὰ Ἀνδροτίωνος IV. 30. Πυθέᾳ ξενίας id.
Lyſimachus ἐν δευτέρῳ νόστων A. XVII.
[Μάξιμος D. 46. (25.
Maximus Tyrius A. XIII. 19.
Μεγαρικὴ Κωμῳδία D. III. 88 A. VI. 2.
Menander Z. II. 12. 17. III. 87. IV. 63. VI. 15. Vat. I. 64. II. 71. A. II. 4. 59. IV. 16. VII. 60. XIII. 77. XIX. 83. XX. 43. XXI. 16.
ἀναπήρημένη A. II. 42. ἡ Μισουμένη IV. 21.
ἀνδρογύνῳ A. XI. 75.
ἀρρηφόρῳ Z. VI. 5.
ἐγχειρεδίῳ Z. VI. 75. VI. 28.
Ἐπικλήρῳ Z. IV. 32.
ἐφεσίῳ Z. VI. 9.
Εὐνύχοις Z. V. 95.
Ἱερείᾳ Z. V. 39.
Καινηφόρῳ A. I. 92.
Λευκαδίῳ Z. VI. 13.
Λοκροῖς Z. VI. 27.
Μισουμένῃ A. IV. 21. & 22.
Ὀλυνθίᾳ Z. VI. 51.
Πλοκίῳ Z. VI. 8.
συνεφήβοις Z. V. 60.
Χαλκηδονίῳ A. XII. 7.
Menecrates Tyrius Z. IV. 38.
Meton Aſtrologus Athenienſis Vat. I. 92.
Metrodorus A. XIII. 60.

Mna-

Mnaſeas Z. II. 67. V. 74. Patarenſis Vat. II. 94. ἐν τῷ περιπλῳ A.
Moſchion A. X. 11. (XVII. 2.
[Moſchus Φαῦλος κιθαρῳδός. A. XIII.
Morſimus A. IX. 86. (27.
Mylo ὁ παροιμιογράφος. Z. II. 45.
Mylus κωμῳδιῶν ποιητής. Z. V. 14. A. XIII. 38.
Myrtilas vates Z. II. 84. aliis Myrtias vel Myrtides Pl. 9.
Neoclides A. XIII. 58. (alius 61.)
Nicander A. IX. 33.
Olympiodorus A. XIX. 82.
Oraculũ Trophonium A. XIX. 59.
Oracula Z. *II.* 24. *III.* 42. *V.* 19. 74. 75. 80. *VI.* 3. D. *II.* 81. *VIII.* 4. 11. Vat. *III.* 76. A. *I.* 40. 79. *II.* 26. *IV.* 34. 42. *V.* 11. *VI.* 36. *IX.* 16. 22. 27. *X.* 8. *XII.* 74. 77. XIII. 36. 45. 46. *XV.* 65. 66. *XVI.* 95. *XVII.* 17. 77. XVIII. 7. 20. 93.
Orpheus à Libethriis interfectus Z. I. 79. amatus à quercu A. XI. 10. XVIII. 62.
Palæphatus A. II. 86. & nomine præterito *IV.* 71. *VI.* 31. 32. 33. 44. 71. *VII.* 15. *XI.* 33. 57. *XII.* 13. 61. *XIII.* 8. 19. 46. 73. *XIV.* 49. 96. *XVI.* 10. *XVIII.* 52. 62. *XIX.* 64. 85. *XXI.* 25.
Panætius de officiis A. Præfat.
[Paſes Magus D. VIII. 40. Vat. IV. 17. A. XIX. 27.
Periander bonus Medicus, malus Poëta A. III. 16. alius Periander ſapiens de quo A. XX. 47.
Phallicum poëma A. XX. 12.
Phalaris D. II. 50. VIII. 65. Vat. IV. 35. A. I. 60. XX. 13. Epiſtola ad Athenienſes ibid.
Phanodemus A. *VIII.* 42. *XV.* 84.
Pherecrates Z. V. 3. Vat. III. 85. A. III. 26.
μυρμηκανθρώποις Z. IV. 23.
Pherecydes A. XX. 87.
Philarchus Z. VI. 13.
Philemon Vat. II. 93. A. I. 56. 75. X. 77. XIII. 78. 79. XVI. 50. XVII. 29. XIX. 19.
Ἥρωσιν Z. VI. 25.
Philepſius μεταξὺ τῶν δημηγορικῶν μυθους λέγων A. XX. 24.
Philiſtus A. I. 51.
Philochorus Z. V. 75. A. II. 51. XVIII. 34. XIX. 51. ἐν τρίτῃ περὶ μαντικῆς A. VII. 48. XVII. 32. ἐν τετραπόλει XVIII. 77.
Philoxeni Cytherii reſponſum Dionyſio datum. D. VIII. 54. Vat. IV. 37. A. XIX. 26. Dithyramborum ſcriptor A. VII. 70. Ejus drama Cyclops Z. V. 45. forte & II. 16. D. II. 32.
Phocylides V. 55.
[Phryx Phrygii cantus repertor A. XIII. 27.
Pindarus Z. II. 18. V. 59. VI. 43. D. VII. 12. A. III. 30. XIV. 88.
ἐν ταῖς περὶ Ἡρακλείας Z. VI. 49.
ἐν Νεμεονίκαις Z. V. 20.
Pittaci Apophthegmata A. III. 92. XVI. 12. 13. XVIII. 61. *XX.* 47. 48.
Plato Philoſophos Z. I. 59. III. 9. 34. V. 69. 98. VI. 28. 38. D. II. 9. VI. 32. Vat. II. 70. III. 72. A. II. 32. 54. III. 19. VII. 48. VIII. 20.

IX. 78. X. 50. XII. 31. [XIII. 54.] XIV. 84. XVII. 3. XVIII. 40. XIX. 69. 85. XX. 91.
(Alcibiade) D. I. 37.
ἐν τῷ περὶ ἀνδρείας (Lachete) A. I. 92.
Hippia Z. IV. 16.
Legibus A. IV. 1. ſexto A. X. 60.
Phædone A. IV. 73.
Phædro Z. I. 49.
Politia Z. V. 55. XIX. 55. ἐν τῇς πολιτείαις A. XVII. 83.
Sympoſio Z. II. 19.
Theæteto Z. V. 55.
Academia Platonis A. II. 31.
Plato Comicus Z. II. 27. VI. 7. Vat. II. 35.
Κρυφίοις Z. II. 31.
Μενελάῳ Z. VI. 17.
Πισάνδρῳ A. IV. 25.
Φαίσι A. VI. 33.
Plutarchus A. V. 30. VI. 29. XVIII. 39. ὑγιειναὶ ἀποφθέγματα IX. 38.
Οἱ Ποιηταὶ A. V. 22. 99. Ὁ ποιητὴς (Homerus) A. XX. 13.
Τὸ ποιητικὸν A. XIV. 57.
Polemo A XVIII. 25. in Epiſt. ad Diophilum Z. V. 13.
Polyidus Medicus VI. 32.
Polyzelus ἐν Μεσσῶν γοναῖς. Z. VI 50.
Praxilla D. V. 12. Sicyonia μελοτοίος Z. IV. 21. A. IX. 81.
Procopius A. XII 83.
Prodicus Chius A. XVI. 62.
Proxenus A. XI. 76.
Pyrrhichus Cydonius Cretenſis, carminis Pyrrhichii inventor. A. XVII. 6.
Pythagoricorum ænigmata A. XVI. 98.
Pythagoras A. VII. 72. IX. 99. X. 61. XX. 86. 87.
Pythermon auctor σκολιοῦ carminis Vat. III. 14.
Rhadamanti jusjurandum A. XVII. 7. Z. V. 81.
Ῥαψῳδοὶ Z. V. 99.
Rufinus citharœdus Z. II. 53. Sappho Z. III. 3. Vat. III. 167.
Sappho Poëtria & altera Lesbia Phaonis amoribus ardens. A. XX. 14.
Sardanapali Epitaphium Vat. III. 91.
Satyrica in Bacchum dramata A. XV. 13.
Scamon. Vide ſupra Camon.
Scolium carmen in pugnam ad Lipſydrium A. VIII. 81.
Simonides Z. V. 85. A. XV. 68. περὶ Αἰτίλου A. XV. 97. ἐν πενταθλοις II. 51.
Sitias. Vide infra Tiſias.
Socrates. Vide Iſocrates.
Socrates δευτέρῳ κτητικῶν Z. V. 81. leg. Soſicrates ἐν β' Κρητικῶν, agitur enim de Rhadamanto Cretenſium legislatore.
Socratis Philoſophi jusjurandum A. XVII. 7. apophthegma XIX. 4. XX. 61.
Solon A. VIII. 14.
Solonis elegiæ Z. III. 4. D. II. 99.

A. IV. 53. ἐν τοῖς ἄξοσι νόμ. Vat. I. 24.
dictum ad Crœsum D. VIII. 51.
ejus *nosce te ipsum* Vat. I. 37.
ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσι A. IV. 51.
aliud dictum XVII. 64. 82. XVIII. 27. XX. 47. Σεισάχθεια A. XVII. 32.
Sophocles Z. II. 14. 65. III. 63. VI. 19. D. IV. 75. 82. Vat. II. 49. III. 36. IV. 44. A. I. 89. II. 28. III. 28. VI. 37. 63. VII. 48. 83. IX. 45. X. 23. 97. XIII. 13. 31. 46. XIV. 10.
Κιαντὶ μαστιγοφόρῳ Z. IV. 4.
Ἀντιγόνη Vat. I. 93.
Ἀχιλλεῖ Λυκρῷ Z. V. 98.
Ἀχιλλέως ἐφεσίας Z. V. 98.
Ἠλέκτρα A. XII. 42.
Κωμικοῖς (forte leg. Καμικοῖς) A. XV. 96.
Σατύροις Z. IV. 80.
Τρωίλῳ A. XII. 42.
Sophron Z. II. 17.
Sosibius. Z. I. 54.
Sosicrates ἐν τῇ ἀ Κρητικῶν A. VII. 37. Confer supra in Socrates.
Σώστρατ. ἐν β' κυνηγετικῶν A. XI. 83.
Sotades A. VII. 55.
Staphylus Naueratites Z. V. 76.
Stasimus Poëta A. X. 50.
Stesichorus D. VII. 14. Vat. III. 28. ejus sepulchrum A. XV. 67.
Stesimbrotus A. XIX. 65.
Jo. Stobæus A. XVI. 28.
Stratis Z. II. 93. V. 35. Σκώπτων τὸν Εὐριπίδην A. XIV 89.
Sibyllæ Erythrææ oraculum Z. IV. 78.
Synesius A. XX. 44.
Lucius Tarrhæus ἐν πρώτῳ παροιμιῶν A. præf.
Taurus (Philos.) A. II. 98.
[Telecidis dictum A. XVIII. 1.]
Tellen tibicen Z. I. 45. reliquit παίγνια χάειν ἔχοντα A. I. 34.
Tenediorum lex de securi percutiendis adulteris D. VIII. 58.
Terpander Z. V. 9. A. XII. 70. XIII. 27.
Terpsion Z. IV. 19. A. IX. 68.
Thaletis *nosce te ipsum* Vat. I. 37. δεινὸν τὸ σωιδεῖν τὸ μέλλον A. VI. 92. ἐγγύην φεύγειν VII. 50. μικρὰ ἐλαττόμ. τὸν φίλον κακῶς μὴ λέγε XIII. 11.
Theætetus ἐν τῷ περὶ παροιμίας A. XV. 13. Theæteti Epigramma A. XIX. 77.
Οἱ τὰ Θηβαϊκὰ γεγραφότες A. XVIII.
Theano A. XVIII. 39. (42.
Theocritus A. IX. 57. X. 15. XVIII. 71. XX. 8.
Theophrastus A. XIII. 38.
ἐν τῷ περὶ νόμων Z. IV. 36. ἱστορεῖ ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς IV. 31. ἐν τῷ περὶ παροιμιῶν IV. 51. VI. 36.
Theopompus (Historicus) ἐν ἡ A. III. 4. ἐν γ' Φιλιππικῶν A. VI. 74. ἐν ιγ VII. 37.
Theopompus Z. VI. 33. Vat. III. 97. XVII. 25. καπηλίσιν Z. IV. 44.
Thespides A. I. 53.
Thessalus Machinarum repertor A X. 17.
Thraces Dianam vocant Βένδειαν A. VI. 44.
Thucydides Z. IV. 94. Vat. III. 4.

A. III. 29. XI. 80. XVII. 24. ἐν ὠδείῃ A. VIII. 20.
Tiberii Imp. dictum A. XIX. 18.
Timæus Z. I. 31. IV. 79. V. 85.
Tireſias Z. VI. 15.
Tiſias Z. VI. 82. male Sitias dicitur A. X. 64.
Topſius Philoſ. Z. V. 54. (an Terpſion?)

ὁ Τραγῳδός A. II. 58. III. 86. X. 57. Tragicis & Comicis eximiis chorus datus A. XX. 79.

Μῦθος Τραγικώδης de Alceſtide A. II. 72.
Xenarchus Sophronis F. Z. V. 83. A. XVII. 15.
[Xenocratis caſeus A. XVIII. 88.
Xenophon A. X. 77. [XIV. 46.] ἐν πρώτῳ Κυροπαιδείας A. XIII. 44.
Zaleucus Locrenſium legislator ſeveriſſimus Z. IV. 10. D. IV. 94. A. VIII. 14 IX. 50.
Zenonis (Citiei) continentia A. IX. 55.
Zeno Myndius Z. II. 30.

XII. *Notitia Scriptorum recentiorum, qui Proverbia collegerunt atque interpretati ſunt.*

Jo. Ægidii Nucerienſis proverbia Gallica latinis verſibus reddita. Pariſ. 1519. 4. apud Badium Aſcenſium.

Joannes Agricola proverbia 300. Germanica collegit, illuſtravitque, Islebiæ 1530. 8. Deinde numerus auctus eſt ad 750. tot enim occurrunt in editione quæ lucem vidit Witeb. 1592. 8. Jam autem neſcio quo collectore prodierant Francof. 1555. 8. Sprüchwörter ſchöne weiſe kluge Reden . . Von alten und jetzigem im Brauch gehabt und beſchrieben/ in etzliche tauſend zuſammen gebracht.

Alexander Alexandrius (ab Alexandro) libro V. genialium dierum c. 15. parœmias nonnullas congeſſit, illuſtratus etiam ab Andrea Tiraquello in ſuis ad Alexandrum notis.

Fauſtus Andrelinus Forolivienſis Epiſtolas novem proverbiales ſive ex meris compoſitas proverbiis ſcripſit Colon. 1509. Helmſt. 1662. & Hamb. 1700. 12.

Hadr. Barlandus confecit epitomen chiliadum Eraſmi Colon. 1524. 8. Idem verſus proverbiales è Virgilio collegit, quod factum & ab Hieronymo Clocio, Val. Rotmaro &c.

Henr. Bebelius.

Les premiers Eſſays des proverbes (147.) & autres queſtions courieuſes propoſez & expoſez en forme de dialogue par *Fleury de Belingen*, à la Haye 1653. 12. 1656. 8vo.

Jo.

Digitized by Google

Jo. Antonius Berlucius edidit adagia selecta Græca & latina sub titulis magna cura dispositis Genev. 1632. 8. Vide Morhofium I. polyhist. p. 253.

Eduardus Bernhardus. Vide infra in Pocockio.

Jo. Boni Proverbia Gallica memorat Verdierius Bibl. Gallica p. 655. & *Jo. Antonii Baysi* p. 640.

Carolus Bovillus proverbia & sententias cum Gallica versione & commentario latino dedit Paris. 1531. 8. 1557. 8.

Jo. Alexander Brassicanus proverbia post Erasmum scripsit sive symmicta proverbiorum edita Paris. 1530. apud Wechelum, & postea Erasmi chiliadibus in locos communes digestis adjuncta. Vide quæ ad Brassicanum Erasmus lib. XXVI. Epist. 63.

Samuel Brun Belgica adagia collegit, metrica præcipue.

Thomasius Buoni proverbia Italica Venet. 1604. & 1606. in 8. duobus Voluminibus.

Jo. Baxtorffius filius in florilegio suo Hebraico præter sententias, apophthegmata & similitudines, etiam proverbia illius gentis exhibet Hebraice & latine Basil. 1648. 8.

Guil. Cambdenus in libello postumo (Mr. Cambdens remains, sive reliquiæ inscripto) Anglica quædam proverbia persequitur.

Angelus Caninius c. 9. de locis Hebraicis pauca quædam proverbia exponit Hebraica.

Christophorus Cartwrightus lib. V. mellificii Hebraici c. 12. adagia quædam Hebraica colligit.

Isaacus Casaubonus librum de proverbiis promittit in commentario ad Athenæum p. 10. & in Epistolis suis non uno in loco.

Gilbertus Cognatus. Vide supra §. 3. in Zenobio.

Aloysius Cynthius de origine vulgarium (Italicorum) proverbiorum Venet. 1526.

Martinus Delrio Jesu socius Adagia sacra Veteris Testamenti collegit & diligenti studio exposuit post Drusium, Zehnerumque. Prima editio lucem vidit A. 1602. altera 1614. Lugduni in 4to duobus voluminibus. Fallitur Morhofius ὁ μαχαίτης, qui lib. I. Polyhist. p. 255. adagia illa è Patribus excerpsisse Delrionem ait.

Tho. Draxe in Bibliotheca sua Scholastica Lond. 1616. 8. latina, græca, gallica adagia & versus Gnomicos ac proverbiales sub titulis apte disposuit.

Jo. Druſius edidit proverbiorum Hebraicorum è Salomone præſertim ac Siracide collectas claſſes duas, cum notis. Franequ. 1590. 4. Recuſus eſt liber hic perutilis, ad calcem Apparatus ſacri Waltoniani ſeparatim prælis iterum commiſſi Tiguri in folio. Habetur præterea in tomo poſtremo Criticorum ſacrorum qui in Anglia primum editi deinde in Belgio & Germania iterum prodierunt. Eidem Druſio debemus Apophthegmata Hebræorum atq; Arabum latine reddita cum ſcholiis. Franeq. 1591. 40.

Mr. le Duc. proverbes en rimes ou rimes en proverbes Pariſ. 1665. 12.

Deſiderius Eraſmus ſumma cum laude in hoc genere ſcribendi verſatus, in prima * editione Anni 1500. Pariſ. apud Jo. Philippum Germanum adagia fere octingenta exhibet, quibus in editione Anni 1506. accedunt proverbia plus minus viginti. In editione Aldina Anni 1508. fol. jam congeruntur Chiliades tres, totidemque Centuriæ. Exſtat & editio Argentoratenſis A. 1517. Luculentiſſima & emendatiſſima editio eſt Frobeniana complexa numerum adagiorum 4151. Hæc recuſa deinde ſunt inter Eraſmi opera tomo ſecundo Baſileæ A. 1540. fol. Et cum Henrici Stephani annotationibus ad quædam loca 1558. 1571. fol. Denique mutato auctoris ordine & digeſta in locos communes, additis proverbiis aliorum Adriani Junii, Jo. Alex. Braſſicani, Jo. Ulpii, Gilb. Cognati, Cœlii Rhodigini, Polydori Virgilii, Petri Gothofredi, Caroli Bovilli, Adriani Turnebi &c. Hanoviæ 1599 1617. & 1643. fol. In hac editione duo potiſſimū reprehendi poſſunt. Primum quod parum emendata eſt, deinde, quod ordine Eraſmi turbato ſæpius verba prima adagii non poſſunt intelligi, quæ ad proxime præcedens reſpiciebant, quod hac in editione procul eſt rejectum. v. g. pag. 7. in proverbio *extra calcem. Idem libro 21.* præceſſerat in Eraſmo Ammianus, qui hoc ipſo loco intelligitur. Sed in præſentibus editionibus præcedit locus Horatii. Epitomen Chiliadum (à quo opere Eraſmum ſubinde *Chiliaſtam* vocat præſtantiſſimus Schottus) concinnatam ab Hadriano Barlando jam ſupra memoravi. Vide etiam, ſi placet, quæ paulo poſt in Manutio, & Eraſmum ipſum in proverbio *Herculei labores.* In nova editione luculenta Operum Eraſmi Lugd. Bat. 1706. quam Joanni Clerico Viro doctiſſimo debent ſtudioſi, Adagia Eraſmi recuſa ſunt Tomo ſecundo, ſubjectis in calce paginarum Hen-

* Confer A. Chevillierium de origine Typographiæ Pariſ. p. 254.

Digitized by Google

Henrici Stephani & Pauli Leopardi quibusdam, & nonnullis ipsius Clerici animadversionibus.

Claudius Espencæus edidit similium & adagiorum è Jo. Chrysostomo Centurias IV. Paris. 1569. 8.

Tho. Erpenius Centurias binas proverbiorum Arabicorum ab Anonymo quodam (ita titulus habet) Arabe collectas vulgavit cum versione & notis Josephi Scaligeri, suisque. Lugd. Bat. 1614. 4. & 1623. 8. Collectorem horum proverbiorum *Abi Ubeid* vocat Gilbertus Gaulminus p. 360. notis ad lib. de morte Moysis. Non prætereunda etiam hæc Cornelii à Lapide ad Ecclesiasticum p. 40. *Citabo & centurias binas proverbiorum Arabicorum, Arabice editas cum translatione latina. Exstant eadem Syriace in codice MS. (ut oculis meis conspexi) collegii Maronitarum Romæ, collecta à Gregorio Monacho Syro ante 400. fere annos, qui nonnulla ex iis à Pythagora accepta affirmat. Pythagoras enim peregrinatus est per Ægyptum & Syriam, ac proverbia hæc plane similia sunt symbolis Pythagoræ. Porro verisimile est illa, uti & plurima alia Arabes accepisse à Syris. Syrorum enim libri perplures versi sunt in idioma Arabicum, pauci vero in Syriacum Arabici. Quare proverbia hæc Syriaca aut Pythagorica sunt potius quam Arabica.*

Eucharius Eyrinus in copia proverbiorum aliquot centurias adagiorum Germanicorum collegit & illustravit, addita explicatione rhythmica Lips. 1603. 8. tribus tomis.

Joannes Fischart.

Jo. Floridi proverbia Italica recusa in florilegio Gruteri.

Sebastianus Francke Adagia Germanica cum expositione sua edidit. Francof. 1541. 4.

Andreæ Friderici cornu copiæ Sapientiæ h. e. spicilegium memorabilium è probatissimis veteribus & recentioribus auctoribus sententiarum & adagiorum secundum ordinem Alphabeti Lips. 1685. 12.

Jo. Fungeri nova proverbiorum farrago ex optimis auctoribus Lugd. Bat. 1585. 8vo.

Antonius Furetierius in dictionario suo majore Gallico, quod novis & egregiis accessionibus locupletatum in Belgio atque inde Trivultii prodiit, proverbia Gallica diligenter explicat.

Andr. Gartnerii dicteria proverbialia rhythmis expressa. Francof. 1591. 8. Ejusdem thesaurus adagiorum Gallico-latinorum Francof. 1602. 12

Guil. Gentius Noviomagus adagia quinquaginta è jure civili collegit, quæ cum Chiliadibus Erasmi prodierunt Paris. 1571. fol. & Antverpiæ

cum Giſelinianis. Nonnulla proverbia Veteribus JCtis uſurpata refert etiam *Scipio Gentilis* lib. 1. parergon. c. 20.

Herm. Germbergius Proverbiorum Centurias XV. edidit Baſileæ 1583. 8.

Jac. Gerſchovius centuriam proverbiorum Arabicorum ab Erpenio editorum diſtichis latinis eſt complexus. Gryphisvvaldiæ 1635. 8.

Philippi Gesneri theſaurus adagiorum Gallicolatinorum. Francof. 1612. 12.

Victor Giſelinus è Turnebi, Mureti, Canteri & Hartungi ſcriptis Adagia collegit Antvverp. apud Plantin. 1574. 8.

Petrus Gothofredus. Vide ſupra in Eraſmo.

Janus Gruterus in florilegio Ethico politico Francof. 1611. 8. tribus Voluminibus exhibet præter ſententias notis illuſtratas Proverbia quam plurima Alphabetico ordine digeſta, Anglica, Belgica ex Henr. Laur. Spigelio, Gallica è Solone Vogæo, Gabr. Meurerio, Jo. Ægidio Nucerino: Germanica è Seb. Franckio, Hiſpanica è Cæſare Oudino. Italica denique è Jo. Florido, Orlando Peſcetti &c.

Georgius Philippus Harsdorferus integram Comœdiam Germanicam è proverbiis contexuit parte 2. libri, quem inſcripſit Geſprächs-Spiel. Ejus exemplum ab Italo, neſcio quo, ſumſiſſe obſervat Morhofius.

Jo. Heckenauerus A. 1700. 8. Ulmæ edidit proverbia MCCCXL. Gallica cum reſpondentibus totidem Italicis & Germanicis.

Georg. Heniſchius in theſauro linguæ Germanicæ ſive lexico, ſed quod usque ad litteram H. tantum abſolvit, adagia quoque illius linguæ diligenter retulit.

Jo. Heywood Anglica proverbia 300. illuſtravit totidem Epigrammatis.

Jo. Nic. Hertius Academiæ Gieſſenſis decus ſingulare tomo tertio Opuſculorum ſuorum Juridico Hiſtoricorum ſubjecit libros tres paræmiarum juris Germanicarum à ſe illuſtratarum, Francof. 1700. 4. Confer. Obſervatt. Hallenſ. T. 4. Obſ. XI. 22.

Jacobus Howellus Paræmiographiam Anglicam edidit.

Conſtantinus Huygenius Adagia quædam Hiſpanica rhythmis Belgicis expreſſit, quæ inter Poëmata ejus vernacula perquam elegantia leguntur.

Adrianus Junius novem Centurias adagiorum edidit & illuſtravit, quæ lucem viderunt Baſil. 1558. 8. è Frobeniana officina, deinde Eraſmi Chiliadibus in locos communes digeſtis adjunctæ ſunt, ut ſupra in Eraſmo dixi.

Alba-

Athanasius Kircherus Adagia quædam atque symbola Ægyptiorum congessit. T. II. Oedipi p. 166. seq.

Josephus Langius Adagia & alias sententias proverbiales sub titulis locorum communium digestas edidit Argent. 1596. 8.

Jo. Langston in Poëseos Græcæ medulla Lond. 1679. 8. Alphabeti ordine collegit versus græcos proverbiales & gnomicos.

Christoph. Lehmannus in florilegio Politico A. 1643. 12. edito Germanica adagia inter alia exhibet.

Petrus Mallara sive *Juan de Mallara* Hispalensis. Vide infra in Pintiano.

Adagia quæcunque ad illam diem exierunt, *Pauli Manutii* studio (ut habet titulus) à mendis vindicata, sublatis fallis interpretationibus, & nonnullis, quæ parum ad rem faciebant. Florent. 1575. fol. Venet. 1578. & 1609. 4. Hunc laborem Concilii Tridentini auctoritate Manutio injunctum Gregorius XIII. Pontifex ita probavit, ut reliquas adagiorum editiones prohiberet ac condemnaret. Quanquam dubitant eruditi, an Manutius vir longe doctissimus, sub cujus nomine editum est, revera manum operi admoverit. Quinimo hoc diserte negari video ab elegantissimo Mureto, quem vide sis lib. 12. Var. lect. c. 16. Barthol. Keckermannus in præcognitis Logicis p. 157. *Illud*, inquit, *est memorabile, quod in Erasmi adagiis tentatum fuit non ita pridem. Namque hoc incomparabile opus cum Erasmo inviderent Itali, alibi recuderunt, sub alieno nomine.* Similiter Erasmi Apophthegmata quoque deleto ipsius nomine edita sunt hoc titulo Venet. 1590. & Colon. 1666. 12. *Apophthegmatum ex optimis utriusque linguæ scriptoribus libri VIII. Pauli Manutii studio & industria, doctissimorum Theologorum consilio atque ope ab omnibus mendis vindicati, quæ pium & veritatis Catholicæ lectorem poterant offendere.* Et hæc quoque editio facta est Pontifice Maximo approbante, ut in præfat. testatur idem Manutius.

Jacobi Meieri Hortulus Adagiorum Basil. 1677. 12.

CXXXIII. impia obscœna & improba proverbia Germanica confutata per nescio quem, latentem sub nomine *Ernesti Meisneri*, Jenæ 1705. 8.

Gabriel Meurerius Gallica proverbia collegit recusa in florilegio Gruteri.

Ægidius Menagius Italica proverbia colligere & illustrare cum Panciatichio constituerat. Vide ejus Miscellanea Italice edita p. 199. seq. editionis secundæ.

Proverbios de Don *Inigo Lopez de Mendoza* de Santillana Antvverp. 1594. 12.

Hieron. Megiſerus edidit ſub titulis digeſtas paroemias πλυγλώσσας.

Jo. Mercerus Hebraice cum verſione ſua edidit libellum proverbiorum auctore R. Haj Gaon, cui titulus è Proverb. Salomonis 1. 3. השכל מוסר *erudito intellectus* Pariſ. 1561. 8.

Angelus Monoſinius in flore Italicæ linguæ Venet. 1604. 4. tres chiliades adagiorum Italicorum recenſet genti illi propriorum, tum plus mille proverbia itidem Italica, quæ confert cum Græcis & latinis Confer. Morhofii Polyhiſt. l. 1. p. 256.

Melchior Neipius Bredanus adagia aliquot congeſſit poſt Eraſmum Juniumque. Prodierunt cum Eraſmi Chiliadibus Pariſ. 1571. fol. & cum Giſelinianis Antvverpiæ apud Plantinum.

Aloyſius Novarinus Adagia è priſcis Eccleſiæ doctoribus collecta digeſſit & illuſtravit duobus in folio Voluminibus. Lugduni 1637. & Veronæ 1651.

Ferdinandus Nunneſius; vide infra *Pintianus*.

Jo. Olortnus Variſcus.

Cæſar Oudinus Hiſpanica collegit proverbia, quæ in florilegio ſuo recudi curavit Gruterus.

Panciatichi. Vide ſupra in Menagio.

Orlandus Peſceti ſive *Piſetti* Proverbia Hetruſca ordine litterarum collegit ediditque Veronæ 1603. 8. Venet. 1579. 12.

Fridericus Petri in libro, cui titulus: der Deutſchen Weißheit Hamb. 1605. collectionem exhibet proverbiorum Germanicorum locupletiſſimam.

Ferdinandus Nonius ſive *Nunneſius Pintianus* Hiſpanica collegit proverbia: Addidit Joannes de Mallara proverbiorum Hiſpanicorum Centurias decem ſub titulo Philoſophiæ vulgaris, & ſubjecta prolixa proverbiorum explanatione A. 1621. 4.

Theodorus Petræus poſt Jonam Prophetam Æthiopice & latine vulgatum Lugd. Bat. 1660. vulgavit proverbia quædam Æthiopica. Plura Jobus Ludolfus commentar. ad Hiſt. Æthiop. IV. 2. p. 560. ſeq.

Jo. Plantavitius Hebraicas ſententias adagiaque.

Eduardus Pocokius admodum juvenis Chiliades ſex proverbiorum Arabicorum verterat latine jam Anno 1635. quas nec dum vidiſſe lucem merito dolet Rev. Hochſteterus in Orat. inaugurali. Thomas quoque Smithus in vita Eduardi Bernhardi p. 68. inter hujus Viri præ-

præſtantiſſimi inedita memorat Proverbiorum Arabicorum partim à D. Pocockio partim ab Ed. Bernhardo latine verſorum Collectiones. Pauca quædam Proverbia Ali Imperatoris Muslimici & carmen Tograi edidit idem Pocokius Lugd. Bat. 1629. 8.

Exſtat inter Anglos, inquit Morhofius I. Polyhiſt. pag. 257. *cujusdam Powelli dictionarium Anglico Italico-Gallicum in fol. adjicinntur illi dictionario proverbia Anglica, Gallica & Italica non exigua cura congeſta. Eorum peritiam ut oſtendat auctor, Epiſtolas aliquas & orationculas ex meris proverbiis in tribus his linguis concinnavit.*

Joannus Rajus vir ſagaci Naturæ inquiſitione celebratiſſimus ſub litteris I. R. latens Cantabrigiæ A. 1672. & 1678. 8. vulgavit uberrimam collectionem proverbiorum, præcipue Anglicorum, phraſiumque, ſimilium & phraſium proverbialium ordine Alphabetico.

Cœlius Rhodiginus eodem, quo Eraſmus, tempore paræmiarum libros edere molitus eſt, ſed ab illo præventum ſe videns antiquas lectiones concinnavit ediditque & in his nonnullos etiam adagiones nova perfudit luce. Vide Cœlii Epiſtolam ad Eraſmum poſt Gudianas p. 117. 118. & Clariſſ. Bælii Dictionarium in Eraſmo nota (CC)

Joannes Soropan de Rieros ſcripſit librum laudatum Morhofio I. Polyhiſt. p. 257. de uſu Medico proverbiorum Hiſpanicorum. Titulus eſt: *Medicina Eſpannola contenida en proverbios vulgares en noſtra lengua.*

Valentinus Rotmarus è Virgilio excerpſit centurias quinque & decurias tres verſuum proverbialium Ingolſtad. 1570. 8. Confer quæ de verſibus proverbialibus ac ſententiis ex Homero ſelectis dixi ſupra lib. II. c. 6. §. 8. & 9.

Joannes Sartorius Amſtelodamenſis Adagiorum Chiliades tres Belgico edidit ſermone Antvverp. 1516. 8. & ex recenſione Cornelii Schrevelii Lugd. Bat. 1656. 8.

Joſephus Scaliger Collectionem græcorum proverbiorum ἐμμέτρων compoſuit, de qua ſupra §. 8. & proverbia quædam Arabica latine tranſtulit, ut dixi paulo ante in Erpenio.

Andreas Schottus præter editionem luculentam proverbiorum græcorum, de qua ſupra § 3. ſeq. vulgavit Adagia ſacra Novi Teſtamenti à ſe illuſtrata Antvverp. 1629. 4.

Juſtus Georgius Schottelius in opere egregio de lingua Germanica (Brunſvvigæ 1663. 4.) præcipua proverbia vernacula collegit pag. 1112. usque ad 1146.

Joannis Georgii Scheibeldi adagia latino-germanica, in quibus multa lutulenta ac plebeja obſervat Morhofius lib. 1. polyhiſt. p. 259.

Joan-

Joannes Servilius, Gviertenus Gelder, Belgica collegit proverbia.

Henricus Laurentius Spigelius itidem Belgica proverbia congeſſiit in Jani Gruteri florilegio recuſa.

Henricus Stephanus præter notas in Eraſmi Chiliades, de quibus ſupra in Eraſmo, edidit proverbia Epigrammatica ſive Epigrammata proverbialia.

Eberhardus Tappius Adagia latina DCC contulit cum totidem Germanicis.

Andreas Tſcherningius Prof. Poëſeos in Acad. Roſtoch. Proverbia Arabica ex Erpenii editione in Germanicam linguam convertit, ſcholiis quibusdam adjectis.

Julius Varinus in Schola vulgi Italice edita, adagiones illius gentis perſequitur, diſpoſita ſecundum actiones humanas. Vide de illo libello, ſi placet, Morhofium 1. Polyhiſt. p. 256. Editus eſt Veronæ. 1642. 12.

Polydorus Virgilius eodem, quo Eraſmus, tempore adagia congeſſit ediditque A. 1500. Sed ſed ſubſiſtunt intra numerum ducenteſimum, & tribus vulgata ſunt menſibus poſt primam Eraſmi editionem. Vide Eraſmi Epiſt. XVII. 3. & XXVI. 63.

Joannes Ulpius, Friſius, proverbiorum farraginem congeſſit poſt Eraſmum, cujus Chiliadibus juncta prodiit Pariſ. 1574. fol.

Solon Vogaus Gallica proverbia collegit quæ recuſa ſunt in florilegio Gruteri.

Joannes Vorſtius Adagia Novi Teſtamenti illuſtravit, Coloniæ Brandenburgicæ 1669. 4. edita, & ſæpius alibi, etiam cura Viri Cl. Thomæ Crenii in Belgio recuſa.

Bonaventura Vulcanius Græcos proverbiorum ſcriptores junctim edere inſtituit. Vide Epiſtolas editas à Gabbema p. 714.

Levinus Warnerus edidit Centuriam proverbiorum Perſicorum Lug. Bat. 1644. 4.

Joannes Leonhardus Weidnerus. in additionibus ad Zinckgræfium.

Paulus Wincklerus Conſiliarius Brandenburgicus edidit Chiliades tres ſententiarum Germanicarum adagialium, ſub titulo gute Gedancken Gorlitzii 1685. 12.

Tacitus Nic. Zegerus Bruxellenſis proverbia latina & Belgica edidit Antvverpiæ excuſa.

Joachimus Zehnerus adagiorum ſacrorum ſive Biblicorum collegit Centurias quinque, & è ſacris profanisq; ſcriptoribus illuſtravit. Lipſiæ 1601. 4. Ejusdem ſimilitudines Biblicæ ibid. 1603. 4.

Jul. Wilhelm Zinckgrafius in Apophthegmatis Germanicè ſæpius excuſis.

CAPUT

CAPUT X.

DE DIONE CHRYSOSTOMO & altero juniore DIONE CASSIO.

Dionis Chryſoſtomi ætas & Vita. 1. Orationes & diſſertationes quæ exſtant LXXX. earumque argumenta. 2. Editiones. 3. Scripta deperdita. 4. Ætas & vita Dionis Caſſii. 5. Cauſſa & ratio ſcribendæ Romanæ Hiſtoriæ. 6. Quantum è libris LXXX. ad nos pervenerit. 7. Epitome librorum XLV. poſteriorum compoſita à Joanne Xiphilino. 8. Zonaras Dionem in Annalibus ſuis ſecutus. 9. Excerpta è Dione à Theodoſio quodam. 10. Alia fragmenta Dionis quæ exſtant. 11. Scripta alia. 12. Editiones & interpretes Dionis. 13. Xiphilini. 14. Obiter de Vita Alexandri Severi quæ Anglice prodiit conficta à Thoma Elyoto, tanquam ex Græco Encolpii converſa. 15. Alii Dionei. 16.

I.

DIO a) Paſicratis F. à patria Pruſa Bithyniæ urbe *Pruſaeus*, à Patrono ſuo Coccejo Nerva *Coccejanus* b) ob eloquentiam *Chryſoſtomus* † appellatus, gracili corpore c) parva ſtatura, magno ingenio animoque præditus, è Sophiſta Philoſophus d) tandem evaſit, Apollonii * Tyanei & Euphratis Tyrii familiaris, temporibus Neronis ** & Veſpaſiani, cumque prius levia quædam argumenta e) declamatorio ac luxurioſo ſtylo tractaſſet, & non in Homerum f) ſolum ſed in Philoſophos etiam

Qq

a) Photius cod. 209. De avo qui Romanam civitatem ab Imp. ſueras adeptus, vide Dionem Orat. XLI. p. 500.

b) Idem enim hic mihi videtur cum Dione Coccejano quem laudat Plinius X. 85. Epiſt. etſi Tillemontius & alii viri docti diſtingunt.

† Eunapius proœmio. Καὶ Δίων ὁ ἐκ Βιθυνίας, ὃν ἐπεκάλεσαν χρυσόστομον. Ita & Syneſius, Photius &c.

c) Photius Cod. 209. Svid. in Δίων, Dio ipſe diſſ. VII. p. 100. XIX. p 260.

d) Syneſius in Dione p 36.

* Philoſtrat. I. de Sophiſt. p. 492. & Philoſtratus alter V. 10. de Vita Apollonii.

** Dio ipſe XXI. p. 270. XXXI. p. 344. 355.

e) Hujusmodi ſunt laudes Comæ, pſittaci & Culicis: Memnon, Tempe, Troicus &c.

f) Orat. XI. de Ilio non capto & XII. p. 212. 213.

Digitized by Google

etiam g) Socratem, Zenonem, Muſonium & alios ſtrinxiſſet ſtylum, poſtea Sophiſtis quos paſſim reprehendit inviſus ** neque colligens diſcipulos (quanquam Favorinum & Polemonem Dionis diſcipulos fuiſſe docet Philoſtratus I. de Sophiſt. p. 494. & 496. II. p. 538.) civile ac Philoſophicum dicendi genus magis probavit, atque inprimis ad mores ſecundum præcepta Stoicæ ſectæ formandos ſvadendosque perſpicuo facili & amœno ſermone totum ſe compoſuit, licet in verba Stoicorum h) juraſſe minus videtur, quam naturam ipſam & rectam rationem in conſilium adhibuiſſe. Cum ex ephebis exceſſiſſet, Ægyptum i) & varias regiones eruditionis cauſa adiit. Reverſus, ob libertatem loquendi & quod aſſentari minus noſſet k) tum propter amicitiam viri honeſti à Domitiano interemti l) de vita fere periclitatus circa A. C. XCIV. oraculo conſulto † exſulavit, nullos ſecum libros m) habens quam Platonis Phædonem & Demoſthenis Orat. de falſa legatione. Ad ultimos usque Imperii Rom. fines proceſſiſſe patet quod profectionis ſuæ ad Getas, Myſos n) & Thracas *** meminit. Interfecto Domitiano milites tumultuantes compeſcuit gravi ſermone. Ab eo tempore revocatus à Nerva, apud ipſum ac deinceps apud Trajanum inprimis gratioſus fuit, ita ut eodem cum Imperatore aureo curru vectum referant Philoſtratus, Photius o) ac Svidas. Quamdiu vixerit non conſtat, ſenium attigiſſe ſe ipſe teſtatur non uno in loco. p) Magiſtratum quoque geſſit in patria, & liberos habuit minime degeneres, ut conſtat ex Oratione XL. & XLI. p. 486. & 500.

Phi-

g) Syneſius in Dione p. 37. & 38. ubi memorat ejus Orationem perditam contra Muſonium, & alteram contra Philoſophos, cujus iterum mentio p. 40. ubi Syneſius teſtatur in nulla Dionis Oratione ῥητορείαν ἐπαφροδιτωτέραν obſervatum fuiſſe.

** Dio Orat. XII. p. 197. ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅπως οὐδεὶς με ἀναλαμβάνει τῶν σοφιστῶν, οὐδὲ ἡδονται ὁρῶντες - - Ὅμως δὲ προλέγω ὑμῖν ὅτι ἐσπουδάκατε ἀνδρὸς ἀκοῦσαι τοσοῦτον πλῆθος ὄντες, ἅτε καλὸν τὸ εἶδος, ἅτε ἰσχυρὸν, τῇ τε ἡλικίᾳ παγκρατικὸν ἤδη, μαθητὴν δὲ οὐδένα ἔχοντος. adde XIX. p. 260. Ceterum XXII p. 276. negat ſe Rhetoricam reprehendere aut bonos Rhetoras, ſed tantum malos & ſimulatores.

h) Syneſius ibid.

i) Dio Orat. XI. p. 161.

k) Orat. III de regno p. 38.

l) Orat. XIII. de exſilio p. 219. † id. p. 221.

m) Philoſtratus I. de Sophiſt p. 492.

n) Orat. XII. p. 198. XXXVI. p. 437. Conſer Γετικὰ ejusdem laudata Philoſtrato.

*** Orat XIV. p. 233.

o) Photius Cod. 209. & Svid. in Δίων narrant eum quoque leonina indutum incediſſe.

p) Dio Orat. XII. p. 197. 199. XL. p. 491.

Philoſtratus eloquentiam Dionis laudaturus ait illum fuiſſe quoddam veluti ἀμαλθείας κέρας ξ λόγυ, καὶ γὰ καὶ ἡ πειθὼ ξ ἀιδὼς εἶχε καταθέλξαι καὶ τὰς μὴ πὰ Ἑλλήνων ἀκροᾶσθαι. Idem alibi obſervat Hippodromum q) & cujus ſcripta adhuc ſuperſunt Ælianum r) Dionis dictionem fuiſſe imitatos.

II Exſtant ejus λόγοι ſive διαλέξεις octoginta, eædem quas Photius Cod. 209. (licet alio quo hodie ordine) legit. Inveniuntur ſane in his quædam μικρὰ ῥητορικά, ſed pleræque ſunt diſſertationes ſive tractationes breves argumenti Moralis, Politici ac Philoſophici, tum Philologici quoque ſive mixti, non orationes ſive declamationes. Eas ſingulas ordine hic à me recenſitas habes, addito numero duplici, è quibus major ordinem editionum, minor Photii reſpicit.

I. II. III. IV. (1. 2. 3. 4.) Περὶ βασιλείας ſive λόγοι βασιλικοί. *Diſſertationes quatuor de regno* ſive de virtutibus Regiis ad Trajanum Imp. quem alloquitur diſſ. 3. pag. 36. ὦ γενναῖε αὐτοκράτωρ & videntur ſcriptæ non diu poſt reditum ab exilio, unde adhuc ἀλήτου, Dio ſe appellat diſſ. 1. p. 3. & p. 10. ὡς δὲ ἔτυχον ἐν τῇ Φυγῇ &c. Oratio quarta clauditur elegantibus ac diſertis characteriſmis genii avari, voluptatibus dediti atque ambitioſi.

V. (5.) Λιβυκὸς μῦθος. *Fabula Libyca* qualem Alexandro Magno * narratam à Diogene Cynico dixerat Oratione IV. p. 71. ubi male interpres: *fabulam illam in poſterioribus recitabo.* Nam in Græco eſt: *conſolantes ac benigne tractantes, illis fabulam deinde recitant.* De Libycis μύθοις dixi nonnulla lib. II. cap. IX. §. 6. Hanc Libycam fabulam cum quatuor diſſertationibus de regno Græcè cum paucis notis ſuis excudendam dedit *Jo. Caſelius* Roſtoch. 1584. 8.

VI. (6.) Διογένης ἢ περὶ Τυραννίδος. *Diogenes ſive de Tyrannide.* Continet Diogenis Cynici varia dicta & facta quibus hominum plerorumq; Tyrannorum præſertim (p. 93. ſeq.) vitam naturæ contrariam & difficilem ſollicitamque reprehendit.

VII. (13.) Εὐβοϊκὸς ἢ Κυνηγός, Orditur à Venatoris pauperis & agricolæ ad cava Eubœæ (quo appulſum ſe ſcribit vel fingit Dio) narratione de vita ſua tenui ac ſimplici, nuptiisque filii, ſed non minus felici & hone-

q) Philoſtr. de Sophiſt. p. 615.

r) id. p. 619.

* Eandem hanc eſſe cum illa cujus Orat. IV. de regno mentio eſt, male videtur negare Caſaubonus, nam utrinque de voluptate ſub ſpecie mulieris ſe offerente agitur. Itaque & Photis obſervat hanc Libycam fabulam Orationibus de regno annecti & cum illis cohærere.

honeſta atque hospitali vita in deſerta ac montana regione, quam opulentiſſimorum in urbibus & ſatraparum ac regum. Deinde p. 120. ſeq. ſubjungit de opificiis, qualia colenda ſint in urbe ad vitam facile & honeſte ducendam. Adverſus publicas & venales Græcorum libidines invehitur p. 126. ſeq. ineptum non minus quam deteſtandum illud σωφροσύνης φάρμακον eſſe teſtatus.

VIII. (7.) Διογένης ἢ περὶ ἀρετῆς. De virtute ſermones, dicti in Iſthmiis à Diogene Cynico Corinthi.

IX. (8.) Διογένης, ἢ ῥοδιακός. Ejusdem argumenti.

X. (9.) Διογένης ἢ περὶ οἰκετῶν Diogenis ſermones cum homine ſollicito quod ſervus ei aufugiſſet, & oraculum conſulturo. Svadet autem ut diſcat prius ſe ipſum noſſe antequam oraculum adeat, neque enim alioqui illo recte uſurum eſſe. Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαί σε μηδὲν δεήσεσθαι μαντείας, νῦν ἔχοντα.

XI. (10.) Τρωϊκὸς, ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι. De Ilio non capto declamatio peringenioſa, dicta veluti ad Ilienſes ad eximendum inveteratum errorem ex Homeri hauſtum fabulis, quem ex ipſo Homero falſi conatur convincere & p. 161. ſeq. provocat ad Ægyptii cujusdam ſacerdotis Onuphitenſis teſtimonium hæc & multa alia Græcorum deridentis, totamque rem è commentariis Ægyptiorum & antiquis στήλαις aliter longe enarrantis. Ante exſilium hæc declamatio à Dione ſcripta videtur Caſaubono. Laudatur à Syneſio p. 41. Euſtathio ad Iliad. δ. p. 350. Separatim edita eſt cum verſione *Laur. Rhodamanni* ad calcem Quinti Smyrnæi. Hanov. 1604. 8. Nuper etiam Melchiſedecho ſuo ſubjunxit *Henricus Hulſius*, Lugd. Bat. 1706. 8. De G. Henrici Urſini V. C. Oratione contraria, & de Godofr. Kirbachi diſſertatione quam Dioni oppoſuit, dixi lib. 2. c. 7. §. 10.

XII. (11.) Ὀλυμπικὸς, Oratio inſignis dicta in Olympiis περὶ τῆς πρώτης καὶ θείας οὐσίας. Poſt longius exordium quo ſe præ Sophiſtis εἰρωνικῶς deprimit & cum ulula feſtive confert ad quam convolant aviculæ, incipit pag. 199. ſeq. dicere de DEO & ejus ſenſu à natura homini inſito omniumque gentium conſenſu, poëtarum, legislatorum, * Philoſophorum

* Philoſophum p. 207. vocat προφήτην καὶ ἐξηγητὴν τῆς ἀθανάτου φύσεως: Et p. 228. quo magis pii futuri ſint homines eo minus adhibituros eſſe thuris & ſacrificiorum. ὅσῳ γὰρ ἂν εὐσεβέστεροι καὶ ὁσιώτεροι γένησθε, τοσούτῳ ἐλάττων ἔσται παρ' ὑμῖν ὁ λιβανωτὸς καὶ τὰ θυμιάματα καὶ τὰ στέφανώματα, καὶ θύσετε ἐλάττους θυσίας &c.

phorum & artificum quo imagines Deorum effinxere, rem à primis repetens mortalibus, quos docet ab initio ſtatim fuiſſe παντὸς χρόνου ἐμπεπλαμένους τῆς θείας Φύσεως. pag. 201. & ſpectaculo atque uſu hujus univerſi velut myſteriis rerum divinum initiatos. Pag. 204. Epicureos perſtringit Deum in inter mundia ablegantes. Pag. 209. ſq. elegans eſt apoſtrophe ad Phidiam qui perelegantem ſane Jovis imaginem Deo tamen ejusque Majeſtate longe indignam compoſuerat. Non minus ingenioſa ſequitur ac diſerta Phidiæ Apologia.

XIII. (12.) Περὶ Φυγῆς ſermo Athenis dictus, disputat exſilium non eſſe malum, & plerosque homines neglecta virtute addiſcere ea quæ nullius ſint uſus in vita.

XIV. & XV. (64. ſeq.) Περὶ δουλείας καὶ ἐλευθερίας diſſertationes duæ, quibus docet libertatem conſiſtere in recte agendo, & fortes bonos ac ſapientes liberos eſſe ac nobiles, malos contra & ignavos eſſe ignobiles ac ſervos. Porro neminem natum hominem qui non in majoribus ſuis multos reperiret ſervos, multos nobiles ſi hoc illi inquirere daretur. Vide p. 238.

XVI. (66.) Περὶ λύπης, de animi ægritudine fugienda, & fortiter ferendis rebus adverſis.

XVII. (67.) περὶ πλεονεξίας, adverſus avaritiam diſſertatio, cui elegans præmittit exordium de eo, quod res quoque notiſſimas etiam atque etiam inculcare debeant Philoſophi, quia à ſcientibus quoque bona præcepta raro obſervantur.

XVIII. (68.) Περὶ λόγου ἀσκήσεως, de dicendi exercitatione ad quendam è proceribus Romanis, qui ſenex à Dione rationem eloquentiæ comparandæ petierat. Svadet autem illi è Comicis Poëtis legere Menandrum, è Tragicis Euripidem, Homerum ante omnes: ex Hiſtoricis Thucydidem, Theopompum, Herodotum: Ex oratoribus Hyperidem potius & Æſchinem atque Lycurgum quam Lyſiam ac Demoſthenem. E recentioribus Antipatrum, Theodorum, Plutionem, Conouemque. Neque prætereunda quæ ſubjungit, ut reddat rationem quare non tantum antiquos illos extra aleam poſitos, ſed quoque recentiores commendet p. 257. αἱ γὰρ τούτων δυνάμεις καὶ πάντῃ ἂν εἶεν ἡμῖν ὠφέλιμοι, ἢ οὐκ ἂν ἐντυγχάνοιμεν αὐτοῖς διαλλαττόμενοι πῶς χρώμην ὥσπερ τοῖς παλαιοῖς. ὑπό γὰρ ξένης δυνάσθαί τι τῶν εἰρημένων αἰτιάσασθαι, μᾶλλον θαρρήσειν πρὸς τὸ τοῖς αὐτοῖς ἐπιχειρεῖν, ἢ καὶ ἥδιόν τις ἀναβάλλεται αὐτὸν ᾧ πείθεται συγκεῖσθαι, ἢ καταδεέστερον, ἐνίοτε δὲ καὶ βέλτιον φαίνεσθαι. *Horum enim virtutes vel ea nobis ratione conducent, quod non legemus eas ita ſervili*

quemadmodum veteres. Ex eo ſiquidem quod dictorum aliqua audemus reprehendere, maxime fiduciam ſumimus ad conandum ſimilia. Certe & libentius ſe quis illi accommodat, quo cum comparatus non ſe credit inferiorem ſed nonnunquam & ſuperiorem viſum iri. Præcipue autem Socraticos conſulere jubet Dio, & ex hisquem ſolum putat ſufficere viro Remp.gerenti Xenophontem, ejusque orationes Hiſtoriæ inſertas imitari.

XIX. (69.) Περὶ τῆς αὐτὸ Φιληκοίας quod libentius alios auſcultet Rhetoras,quam auſcultari ſe ab aliis patiatur.

XX. (70.) Περὶ ἀναχωρήσεως, ſeceſſu non indigere ſapientem, alios non juvari.

XXI. (71.) Περὶ κάλλους, de pulchritudine virili male in muliebrem mutata mollitiem, diſſertatio ſive dialogus, ut perſonis appoſitis monſtravit Caſaubonus.

XXII. (72.) Περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης. De bello & pace uti de aliis plerisque diſſerere & Philoſophos & Rhetores, ſed Philoſophos rectius.

XXIII. (73.) Ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφός. Dialogus, quo probatur hominem ſapientem qui bono genio obſequitur eundem quoque eſſe felicem, de malis autem valere illud Homeri quod ex omnibus animalibus nullum ſit homine miſerius.

XXIV. (74.) Περὶ εὐδαιμονίας, quod plerique de aliis rebus ſolliciti veræ felicitatis ſtudium negligant.

XXV. (75.) Περὶ τοῦ δαίμονος. Dialogus (extrema parte ut videtur mutilus) de genio, utrum extra hominem ſit & homo alius, uti qui fuerunt genii Rerump.Lacedæmoniis v. g. Lycurgus, Athenarum Piſiſtratus, Romanorum Numa, Carthaginienſium Hanno & Hannibal, Macedonum Alexander, Perſarum Darius & Cambyſes.

XXVI. (76.) Περὶ τοῦ βουλεύεσθαι. De conſultatione, quod ad eam peritia rerum ſit opus.

XXVII. (77.) Διατριβὴ πρὸς τοὺς ἐν συμποσίῳ, uti in convivio & publica panegyri, ita in vita vix audiri eos qui recta ſvadent.

XXVIII. (78.) Μελαγκόμας πρῶτος (τῇ πάλῃ β'.)

XXIX. (79.) Μελαγκόμας δεύτερος ſive Πυγμαχικὸς, (τῇ πάλῃ α') ambo hi ſermones florente ætate à Dione compoſitæ (vide pag. 292.) celebrant defunctum nobilem athletam Tito Imp. charum Melancomam, Jatroclis adverſarium non minus pulchritudine quam robore ac virtute difficilique ceſtuum certamine præſtantem.

XXX. (80.) Χαρίδημος. Conſolatio ſuper obitu Charidemi juvenis egregii anno ætatis 22. exſtincti ad Timarchū patrem, & fratem minorem

norem natu, Patri cognominem. Inducitur autem Charidemus ipſe paullo ante mortem oratione duplici ſuos excitans, cujus prioris argumentum petitum à miſeria præſentis vitæ veluti carceris, in quem à Diis intruſi & catenæ ex voluptate & ægritudine compoſitæ alligati ſimus pœnæ loco, utpote è Titanico ſanguine omnes procreati (p. 300.) adeoque illis inimici, atque unde per mortem demum liberemur. Hanc orationem mox refellit altera quam ait ſe accepiſſe ab agricola quodam ἐν ἀγροίκῳ τινὶ ῥυθμῷ καὶ μέλει. In hac confertur vita cum convivio in quo Deorum nos excipit bonitas, convivarum ſtoliditas multos miſeros facit, bonos per mortem DEus ad ſe vocat potandos nectare.

XXXI. (14.) Ῥοδιακός ad Rhodios Oratio diſertiſſima, Photio vehementer & ex merito laudata, pluribus argumentis diſſvadens ſordidum & ingratum illorum * (& Athenienſium p. 346.) morem quo ſtatuam ſi cui recens decernerent, non ponebant novam, ſed veteris alicujꝰ deleta inſcriptione, juſſu prætoris nomen novum inſculpebant pag. 312. Confer ſi placet Emundum Figrelium de ſtatuis c. 28. pag. 238. ſeq. Ex hac oratione conſtat Rhodios illo tempore formam Reip. popularem habuiſſe p. 328. ſub ſtratego ſeu prætore p. 312. 332. 337. 340. 351. 353. & tributariam tenuiſſe Cariam, partemque Lyciæ & alias præterea civitates p. 341. Romanis libertatem Rhodiorum Reip. relinquentibus p. 344. ſeq. E legibus Rhodiorum pag. 348. commemoratur hæc, quod carnifici nunquam liceret ingredi civitatem. Diſſertationem ſuam de eo quod malam conſvetudinem non poſſit defendere diuturnitas temporis, allegat p. 354.

XXXII. (15.) Πρὸς Ἀλεξανδρεῖς, Ad populum Alexandrinum, cujus indolem veri impatientem & ad nugas, voluptates & ſcommata pronam pluribus verbis perſtringit, atque inprimis carpit quod ſpectaculis ſaltationibus & laſcivis cantibus veluti ebrii & in ſtadio indecore ſe gererent & immodicis indulgerent clamoribus plauſibusq; Urbem ipſam p. 372. laudat his verbis: ἡ μὲν πόλις ὑμῶν τῷ μεγέθει καὶ τῷ πέπῳ πολὺ ἔστιν ἑτέρα τῶν ὑπὸ τὸν ἥλιον. Ἡ δὲ Αἴγυπτος ὑμῶν, τηλικοῦτον ἔθνος, σῶμα τῆς πόλεώς ἐστι, μᾶλλον δὲ κεφαλή. Sub Tito ſcripſiſſe hanc orationem colligas ex p. 380 ubi opponit τὴν τῶν ἀρχόντων παιδείαν καὶ λέγω τοῦτον ἔχοντα Neroni qui Muſicus ſcitus & aurigator optimus videri volebat, atq; perfectiſſimus ſaltator. De eodem Nerone p. 383. uti de altero Imperatore pag. 391. ſeq. In hac Oratione p. 392. ſeq. Dio celebrat Theophilum

* De Corinthiis vide infra Orat. XXXVII.

lum quendam virum ſapientem, qui Alexandrinorum ſtultitiam pertinaci ultus fuerat ſilentio.

XXXIII. 16.) Ταρσικὸς πρῶτος ad Tarſenſes, à quibus invitatum ſe ad dicendum ait dicturum ea, quæ ipſi fortaſſis male ſint laturi: neque enim adulaturum illis, aut celebraturum externa eorum bona, quæ ſine virtute civium & modeſtia nullius ſint momenti. Præcipue exagitat molles narium ſtrepitus, quos in loquendo & canendo frequentaſſe illos & indecore affectaſſe refert.

XXXIV. (17.) Ταρσικὸς δεύτερος, ad * Tarſenſes eosdem prætori ſuo infeſtos, & Mallotis, Solenſibus, Adanenſibus atq; Ægæenſibus exoſos, neq; inter ſe concordes. Pagina 423. ἐγὼ δ' τὸν σύμβουλον &c. *Ego vero bonum*, inquit, *Senatorem quiſq; dignus ſit præeſſe civitati, oportere ajo omnia ſimplici animo excipere quæ difficilia ac moleſta occurrunt, maxime autem convitia & plebis iram, & ſimilem eſſe promontoriis portum efficientibus, quæ omnem pelagi excipiunt vim, interiora autem immota & tranquilla conſervant: ita & illum expoſitum eſſe plebi etiamſi aliquando iraſci voluerit, etiamſi maledicere, etiamſi quidlibet facere: nihil autem affici ab iis tumultibus, neque ſi quis laudibus extollat propterea attolli, neque ſi contumelia affici videatur, de animi dejici magnitudine.* Pagina 425. non vult ut Tarſenſes exemplo Jonum ſanciant plebiſcito ne ullam ob rem magiſtratus accuſare liceat, at viciſſim inconſultum eſſe docet eos qui Remp. gerunt, temere aut ob delicta levia exacerbare & ad iram adverſus civitatem impellere.

XXXV. (18.) Ἐν Κελαιναῖς τῆς Φρυγίας, Oratio dicta Celænis opido Phrygiæ, in qua cum præfatus eſſet nonnulla de habitu Philoſophi & coma, quod non faciant virum ſapientem, laudat Celænas p. 433. prælata tamen illis Indorum felicitate quos fabulatur è fontibus mellis, olei, lactis & vini potatos vivere quadringentos annos, præcipue vero Brachmanum haurientium è fonte limpidiſſimo veritatis.

XXXVI. (19.) Βορυσθενιτικὸς λόγος, ὃν ἀνέγνω ἐν τῇ πατρίδι. Sermo elegans recitatus in patria apud Pruſæos, de iis quæ inexſilio ante opidum Boryſthenitarum (cujus res paucis perſtringit) deambulans locutus eſt cum Calliſtrato rei bellicæ, Philoſophiæ & artis dicendi perito, atque ut omnes Boryſthenitæ Homeri amantiſſimo, & cum altero quo-

* Obſervanda illorum temporum eſt conſvetudo, per quam licuit Philoſophis vel Sophiſtis, cum in aliquam Græcorum urbem veniſſent, non ſolum de iis quæ ad mores pertinerent, pro concione verba facere, verum etiam publicis ſe immiſcere interdum negotiis, & quod è re civium judicarent ſvadere. Sunt ejus argumenti aliquot è Dionis orationes. Iſ. Caſaub. p. 65. ad Dion. Chryſoſt.

quodam ejusdem opidi cive Rhosone. Differit autem de divina gubernatione sive aurigatione & de civitate divina Deum hominesque consociante, occasione horum versuum Phocylidis:

\- - πόλις ἐν σκοπέλῳ κῦ κόσμον
Οἰκεῦσα σμικρὴ κρείσσων Νίνε ἀφρασύνησ.

XXXVII. (20.) Κορινθιακὸς, sermo ad Corinthios qui ante undecim annos sermonibus Dionis capti statuam ei posuerant, & postea nescio ob quam criminationem iterum dejecerant sive (sicut à Rhodiis ** & Atheniensibus non raro factum) alii consecraverant.

XXXVIII. (21.) Πρὸς Νικομηδεῖς περὶ ὁμονοίας τῆς πρὸς Νικαεῖς. Ad Nicomedienses (à quibus civitate donatus fuerat) oratio qua svadet ut vel propter communes Deos (p. 475. 481.) concordiam cum Nicæensibus colant, neque diutius cum illis de * primatu (p. 475.) Bithyniæ uti Athenæ olim & Sparta de Græciæ primatu decertent, sed potius benefaciendo ostendant se primam civitatum esse, neque per dissidia dent ansam Optimatibus injuriarum impune exercendarum, aut Romanis Græcanica delicta ridendi. Sufficere autem debere Nicomediæ quod sola metropolis appelletur, primatum vero cum Nicæa habeat communem. p. 479.

XXXIX. (22.) Περὶ ὁμονοίας ἐν Νικαίᾳ, πεπαυμένης τῆς στάσεως. Ad Nicæenses (à quibus & ipse affectum se honore prædicat) Oratio à Dione dicta cum valetudine minus integra uteretur, adeoque brevior, qua eos post cessantem jam seditionem graviter monet de concordia firmiter servanda inter se. Claudit sermonem voto ad Deos civitatis conditores & amicitiæ ac concordiæ præsides: Εὔχομαι δὴ τῷ τε Διονύσῳ τῷ προπάτορι τῆς πόλεως, καὶ Ἡρακλεῖ τῷ κτίσαντι τήνδε τὴν πόλιν, καὶ Διὶ πολιεῖ, καὶ Ἀθηνᾷ καὶ Ἀφροδίτῃ καὶ Φιλίᾳ καὶ Ὁμονοίᾳ καὶ Νεμέσει καὶ τοῖς ἄλλοις Θεοῖς δοῦ τῇσδε τῇς ἡμέρας τῇδε τῇ πόλει πόθον ἑαυτῆς ἐμβαλεῖν καὶ ἔρωτα

** Supra Orat. XXXI. Rhodiacâ.

* Nicæa primatus dignitatem obtinuisse videtur sub Domitiano, ut viri eruditi colligunt è numo in cujus altera parte legitur Νεικαιεῖς πρῶτοι τῆς ἐπαρχίας. Vide Tristan. T. 1. pag. 334. Neque tamen Nicomediæ utpote metropoli hunc primatum negabant Nicæenses, sed tantum ejusdem volebant & ipsi esse participes, ut utriusque civitatis ille esset communis. Sed Nicæni apud Senatum Romanum contra agentibus Nicomediensibus, causa deinde decidisse videntur, nam ut Joannes Valens observat, in nullis postea numis hunc titulum sibi arrogavit Nicæa, quem passim Nicomedia Μητρόπολις καὶ πρώτη Πόντου καὶ Βιθυνίας gerit etiam in Domitiani numo apud Patin. pag. 165. & in pluribus aliis juniorum Imperatorum apud Jo. Harduinum in numis urbium illustratis p. 356. seq.

καὶ μίαν γνώμην, καὶ ταυτὰ βούλεσθαι καὶ φρονεῖν, εἴσιν ἢ καὶ ἐλπὶς καὶ φιλονεικίαν ἐκβαλεῖν, ὡς ἂν ἐν τοῖς εὐδαιμονεστάτοις καὶ ἐρίσας ἡ πόλεσι τὸ λοιπόν.

XL. (23.) ἐν τῇ πατρίδι περὶ τῆς πρὸς Ἀπαμεῖς ὁμονοίας. Ad cives ſuos Pruſæenſes (dicta poſt plurium annorum exſilium) ut cum Apameenſibus vicinis hoc deſiderantibus & quorum portu Pruſæi utebantur pacem & amicitiam alant. Nervæ ſive Trajani benignitatem prædicat p. 490. ἀλλ' ὅμως φιλανθρωπότατος ὢν αὐτοκράτωρ καὶ σωφρονέστατος ἁπάντων ἔμοιγε παρέσχεν ὧν ἐγὼ ἐδεόμην, καὶ ἄλλοις ὧν ἐκεῖνοι ἐδέοντο. Domitiani tyrannis perſtringitur p. 489. καὶ γὰρ ἦν γελοῖον μετὰ φυγὴν ἔτους μακρὰν καὶ πράγματα τοσαῦτα καὶ τύραννον ἐχθρὸν δεῦρο ἀφικομένῳ &c.

XLI. (24.) Πρὸς Ἀπαμεῖς περὶ ὁμονοίας. Ad Senatum populumque Apameenſem (qui miſſis legatis reditum Dioni ab exſilio gratulati fuerant eumque ad ſe invitarant.) Oratio brevis ſvadens amicitiam cum ſuis Pruſæenſibus.

XLII. (25.) Διάλεξις ἐν τῇ πατρίδι. Sermo brevis in patria Pruſa dictus quo ait ſe mirari quod Orationes ſuas multi tam libenter audiant, & fere ediſcant, cum ipſe nihil in his agnoſcat præclari.

XLIII. (26.) Πολιτικὸς ἐν τῇ πατρίδι. Apologia ſive exordium potius Apologiæ adverſus inimicos qui ipſum perinde ut Socratem olim & Epaminondam calumniis in patria petierant.

XLIV. (27.) Φιλοφρονητικὸς πρὸς τὴν πατρίδα εἰσηγμένην αὐτῷ τιμάς. Oratio qua teſtatur nihil ſibi jucundius eſſe quam à Patria amari quæ honoribus ut Patrem * ἄνδρα ἀγαθὸν καὶ ἔσην ἔζη χρόνον δικαίως πρεσβῶν τῆς δὲ τῆς πόλεως p. 509. & matrem & fratres cognatos ac majores, ita Dionem quoque auxerat. Diſerte autem pag. 510. teſtatur ſibi etiam exſuli ab aliis civitatibus oblata ampla munera & dignitates (confer XLI. p. 498.) ſed præ patria nihil fuiſſe gratum nec acceptum, in qua unice gaudet filium & patruelem & alios cognatos adoleſcentes ad laudem ſuccreſcere, & ad hanc virtute atque ſtudio conſequendam alios quoque cives adhortatur. Epiſtola ad Nervam Imp. in extremo hujus Orat. memorata qua remitti ſe in patriam rogavit, cum Imperatoris reſponſione non exſtat.

XLV. (28.) Ἀπολογισμὸς, ὅτως ἔσχηκε πρὸς τὴν πατρίδα. Quod poſt

* Confer quæ de Patre ſuo refert XLVI. p. 518. 519. & de avo p. 543. Filii & uxoris mentio p. 522. filii iterum p. 542 & 543. ubi jam remp. in patria ille gerebat. Sororis mortem commemorat XLVII. p. 528.

Digitized by Google

poſt mortem Domitiani ** ab exſilio revocatus amicitia Nervæ Imp. quantum per morbum licuit, & deinceps Trajani uſus ſit in patriæ commodum & amplitudinem, idque unice ſe quærere, licet malevolis aliud videatur. Pag. 515. docet Senatum Pruſæenſium illo tempore conſtitiſſe ex delectis viris centum.

XLVI. (29.) Πρὸ ἧ Φιλοσοφῆν ἐν τῇ πατρίδι, *antequam in patria philoſopharetur*, ita enim hæc Oratio recte inſcribitur apud Photium, dicta à Dione antequam exſularet, ad leniendos civium ſuorum animos, quorum aliqui orto ob caritatem annonæ tumultu lapidibus eum petere atque interficere & cremare ædes ejus voluerunt.

XLVII. (30.) Δημηγορία ἐν τῇ πατρίδι, Oratio qua ſe in patria purgat adverſus criminantes quod porticum & amplam domum ædificaret ornandæ civitati, non magis enim hoc eſſe tyrannicum quam quod indueretur purpura, comam aleret barbamque. Sic nec Stagiram voluiſſe uti beneficio Ariſtotelis qui è tenui vico felicem & nobilem civitatem facere volebat, & viros quosque excellentiſſimos Homerum, Pythagoram, Zenonem, Chryſippum, Cleanthem patria excedere maluiſſe quam patriæ injurias ut Socrates experiri.

XLVIII. (31.) Πολιτικὸς ἐν ἐκκλησίᾳ, Oratio civilis dicta à Dione ad Cives Pruſæenſes permittente Varino * (procuratore Bithyniæ ut videtur) congregatos, ſvadensque Concordiam. Hic eſt λόγος Ἐκκλησιαστικὸς quem memorat Syneſius.

XLIX. (32.) Παραίτησις ἀρχῆς ἐν βουλῇ Recuſatio Magiſtratus in ſenatu Patrio. Quoniam non ſibi, nec forte Pruſæenſibus expediat diutius ſe apud illos verſari, licet non diffitetur Philoſopho dignum eſſe officium imperare hominibus, & Philoſophos optime ſemper Remp. tractaſſe, quod multis exemplis docet.

L. (33.) Περὶ τῶν ἔργων ἐν βουλῇ, Oratio laudes ſenatus patrii complexa, quas ita procul eſſe contendit ab adulatione, ut ſi falſæ ſint, dicentis vituperationem referre non diffiteatur. Simul etiam filii ſui tanquam in Magiſtratu veſtigia majorum legentis meminit, eumque pro-

** Domitianum ſibi infeſtum habuiſſe & reddidiſſe infeſtiorem teſtatur Dio p. 512. his verbis: πρὸς δὲ τούτοις ἅπασιν ἐχθρὸν ἀνεχόμενος αὐτὸν δεινὰ, καὶ δὴ τῶν δεινῶν τῶν ἴσων τινὰ καὶ δεσπότην ὀνομαζόμενον καὶ Θεὸν παρὰ πᾶσιν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, τὸ δὲ ἀληθὲς ὄντα δαίμονα πονηρὸν, καὶ ταῦτα καὶ θωπεύων αὐτὸν καὶ τὴν ἔχθραν παραιτούμενος ἀλλὰ ἐρεθίζων ἀντικρυς καίπερ ὄντα κακὸν, μὰ Δί' ἃ μέλλων νῦν ἐρεῖν ἢ γράφειν, ἀλλὰ εἰρηκὼς ἤδη καὶ γεγραφώς.

* κρείττονα vocat p. 530. & p. 535. ἡγεμόνα.

Digitized by Google

prio judicio non patris auctoritate Kemp. gerere teſtatur. Hic eſt λόγος Dionis βελιυπικὸς Syneſio laudatus.

LI. (34.) πρὸς Διόδωρον, In Diodorum quem ita optime laudare ſe exiſtimat, ſi cives ſuos à quibus in Magiſtratus dignitatem evectus ille erat, prædicet.

LII. (35.) Περὶ Αἰσχύλου καὶ Σοφοκλέους καὶ Εὐριπίδου, ἢ περὶ τῶν Φιλοκτήτου τόξων. Cenſura tragœdiæ triplicis, ejusdem argumenti, quas Æſchylus Sophocles & Euripides compoſuerant ſuper Philoctetæ arcu quem ipſi eripuit Ulyſſes.

LIII. (36.) Περὶ Ὁμήρου Laus Homeri Poëtæ, quam H. Stephanus etiam Græce præfixit luculento operi ſuo quo Homerum & alios Poëtas principes Heroici carminis exhibuit.

LIV. (37.) Περὶ Σωκράτους. Socratis Philoſophi breve encomium.

LV. (38.) περὶ Ὁμήρου καὶ Σωκράτους Dialogus de Socrate quod Homeri fuerit diſcipulus atque imitator.

LVI. (39.) Ἀγαμέμνων ἢ περὶ βασιλείας. Dialogus de regno quod optime adminiſtretur ſi Reges ſapientum ut Agamemnon Neſtoris utantur conſilio.

LVII. (40.) Νέστωρ ſive de Neſtoris magnificis dictis quibus ad Agamemnonem & Achillem uſus ab Homero inducitur Iliad. α, verſ. 260. ſeq.

LVIII. (41.) Ἀχιλλεύς de Achille Chironis conſilium temere adſpernante, qui in bello prudentia potius quam robore & celeritate utendum eſſe ſvaſit.

LIX. (42.) Φιλοκτήτης, Paraphraſis verſuum quorundam ex Philoctete Æſchyli vel Euripidis, quibus Ulyſſes Lemnum delatus ad Philoctetem accedit, Herculis arcum ei erepturus, ſine quo Troja capi non poterat.

LX. (43.) Νέσσος ἢ Δηϊάνειρα. Dialogus de Neſſo Centauro & Dejanira, quomodo illa fabula ab Archilocho & Sophocle tradita recte intelligi debeat.

LXI. (44.) Χρυσηΐς. Dialogus de Chryſeidis deſcriptione apud Homerum ex qua encomium ejus nectit Dio.

LXII. (45.) Περὶ βασιλείας καὶ Τυραννίδος, Tyranni & boni Regis inter ſe collatio ſcripta ad quendam bonum principem ſive Magiſtratum quem ita alloquitur p. 588. ὁ δ' ἀγαθὸς ἄρχων ὥσπερ οὐ πάντας ὑπηδεύει.

LXIII.

Digitized by Google

LXIII -- LXV. (46-48.) περὶ τύχης λόγοι γ'. Tres diſſertationes de fortuna, quarum *prima* diſputat fortunam omnia poſſe in vita humana, *ſecunda* & *tertia*, perverſe ac præter rem ab hominibus fortunam accuſari.

LXVI. -- LXVIII. (49-51.) περὶ δόξης λόγοι γ'. Diſſertationes totidem de gloria, quarum prima docet vanum & plenum ſollicitudinis eſſe ſtudium gloriæ qua vulgo placere cupimus, altera dialogi more ſcripta velut inanem umbram merito à ſapientibus negligi jubet. Tertia potius agit περὶ δόξης quatenus opinionem ſonat illud vocabulum, quæ inter homines ut mirifice varia, ſic fallax omnis & incerta eſt, niſi prudentia verum bonum amplecti ſvaſerit.

LXIX. (52.) περὶ ἀρετῆς, Virtutem plerosque omnes laudare & admirari, paucos colere niſi metu legum fortaſſe adactos & impulſos.

LXX. (53.) περὶ φιλοσοφίας. Philoſophiam non conſiſtere in ſplendidis ſermonibus ſed in vita & actione ſerioque ſapientiæ ſtudio.

LXXI. (54.) περὶ φιλοσόφου. Philoſophum eſſe qui antecellat reliquos homines cognitione & uſu rerum non quarumcunque ſed præclararum & utilium ad vitam felicem atque honeſtam.

LXXII. (55.) περὶ τοῦ σχήματος. Habitum Philoſophi multos, rem ipſam paucos habere, licet ob σχῆμα iſtud vulgus ad illos velut ceteræ aves ad noctuam advolitent.

LXXIII. (56.) περὶ πίστεως. Quod multis exitio fuerit res magnas ipſis creditas inſignemque fidem in illis poſitam fuiſſe.

LXXIV. (57.) περὶ ἀπιστίας. Dialogus oſtendens quam periculoſum ſit aliis habere fidem, & amicos adſciſcere: neque quicquam eſſe tam ſacroſanctum in vita, quod non perfida hominum malitia violet. Prodiit ſeparatim Græce & lat. Norimb. 1551. 8.

LXXV. (58.) περὶ νόμου, Legum encomium, quod in editione Græcolatina Pariſ. exhibetur non ut reliqua cum verſione Naogeorgi, ſed cum Fed. Morelli interpretatione, cum qua ſeparatim prodierat ibid. 1598. 8.

LXXVI. (59.) περὶ ἔθους de conſvetudine, quam confert cum lege ſcripta imo ei præfert.

LXXVII. ſeq. (60. 61.) περὶ φθόνου λόγοι β' Dialogo priore docet figulum figulo & alios artifices mutuo invidere, non autem genuinos Philoſophos. Poſteriore, Philoſophi hominis humanitatem & ſtudium plures juvandi à livore alienum uberius perſequitur.

LXXIX. (62.) περὶ πλούτου [τῶν ἐν Κιλικίᾳ] Divitias neque gentem neque urbem neque hominem felicem reddere posse.

LXXX. (63.) περὶ ἐλευθερίας. Plerosq; de libertate gloriari qui voluptatis, avaritiæ aut ambitionis compedibus vincti servitutẽ serviant.

III. *Dionis Chrysostomi editiones.*

Græca, Friderici Turrisani Venet. A. 1551. 8. præmissa præfatione ad Rodulphum Pium Carpensem Cardinalem, & variis lectionibus ad Voluminis calcem adjectis. Hæc editio cum Bonav. Vulcanii castigationibus fuit in Bibl. Petri Francii V. C. In Thuano Catalogo memoratur etiam editio Wecheliana Paris. 1554. 4. sed Christianus Wechelus nescio an plures orationes Dionis Græce excudit, quam illas quatuor de servis, servitute & libertate.

Latina, Thoma Naogeorgo interprete. Basil. apud Oporin. 1555. fol.

Per Hieronymum Zenarum Venet. 1585. fol. *Bibl. Bodlej.*

Græcolatina cum Synesii & Philostrati * Dione & Photii excerptis ac censura, versione Naogeorgi & diatriba Isaaci Casauboni qua Dionis octoginta λόγους percurrens complura loca emendat & illustrat. Curam editionis habuit Fed. Morellus qui Græco Scholiaste usus & Veneta edit. Græca cum duobus MSS. Codd. collata, atq; ipse scholia sive notas nonnullas in calce voluminis adjunxit & versionem hinc inde castigavit. Paris. 1604. fol. Recusa est editio hæc ibid. 1623. fol. Omitto separatim editas Orationes IV. de regno, latine per Andream Mylium. Rostoch. 1578. 4. & Græce cum notis brevib⁹ à Jo. Caselio ib. 1584. 8. Troica ex versione Franciſci Philelphi, latine Venet. ap. Bernardinũ Venetum. &c.

Proxime ut spero meliorem Dionis editionem debebimus Viro Clarissimo *Wilhelmo Piers* Collegii Emanuelis quod Cantabrigiæ est socio, qui ut ex specimine intellexi non impar huic instituto Græca diligenter recensenda, emendandam Naogeorgi versionem & scholia Græca notasque succinctas atque castigationes singulis statim paginis substernendas in se suscepit.

IV. *Scripta deperdita Dionis sunt,*

Κώμης ἐγκώμιον cui Synesius laudem calvitii opposuit.

Dissertationes sive λόγοι πολλοὶ καὶ ποικίλοι quos negat Photius ad se pervenisse. In his fuere quædam ex compluribus illis quas in patria habuisse

* Vitam Dionis à Philostrato scriptam latine vertit etiam Janus Cornarius, Basil. 1560.

buisse se testatur Dio Orat. XLIII. p. 504. Tum illa περὶ τῶν φιλοσόφων & altera πρὸς Μασσώτιον quas memorat Synesius in Dione p. 37. Illa item in qua laudavit Essenos id. p. 39. Oratio ad Prusæenses cujus meminit Dio ipse XL. p. 487. (nisi intelligitur XLIII. vel seq.) Dissertatio quod malæ consvetudini non suffragatur temporis quo recepta est diuturnitas XXXI. p. 354

περὶ τῶν Ἀλεξάνδρου ἀρετῶν. *De Alexandri virtutibus* libri VIII. Svid.
Ὑπὲρ Ὁμήρου πρὸς Πλάτωνα, *Pro Homero adversus Platonem* libri IV. id.
Ἐγκώμιον Ἡρακλέους καὶ Πλάτωνος. *Herculis & Platonis Encomium* id.
Εἰ φθαρτὸς ὁ κόσμος; *an mundus interire possit?* id.

Τεχνικά quæ Dioni Cassio adscribit Svidas, sed nostro rectius Philostratus, & qui de illis tanquam exstantibns loquitur Antonius Bonfinius in Historia Hungarica.

Oratio in Patria habita pro homine infelici quem adversus cognatorum tutorumque injurias apud Prusæenses Dio defensitavit *XLIII.* p. 506.

Oratio cui titulus Μύωνος, & altera qua *Tempe* descripsit, atque item tertia κώνωπος ἔπαινος *laus culicis*. Synes.

Epistola ad Imperatorem Nervam cum Imperatoris responsione. *XLIV.* p. 512. adde *XL.* p. 487.

Avum Dionis libenter voluisse Prusæensi civitati libertatem ab Imperatore impetrare & ea de caussa jam πάνυ καλὸν λόγον testatur *XLIII.* p. 509. Confer quæ de eodem avo suo p. 519.

V. Dioni huic Chrysostomo oportune subjungetur licet aliquanto junior alius hujus nominis, & illius de quo jam dixi, fortassis nepos DIO CASSIUS. Hic cognomine ut est apud Svidam, Photiumque itidem Coccejus sive Coccejanus a) è Nicæa b) Bithynus fuit, genere nobili, Prisci Mechanici conterraneus c) quanquam Joanni Xiphilino d) Dionem Chrysostomum cum nostro ut videtur confundenti, à Pru-

a) Hujus meminit & Jo. Tzetzes in allegorica fabularum Homericarum expositione: ταύτην τὴν ῥάβδον Πλάτωνος λύτιον ὀνομάζει, Λιτύας δὲ Κοκκηιανὸς Κάτος Δίων λέγει. Fortasse Coccejanus dicitur ab avo suo (ita enim mihi persvadeo) Dione Chrysostomo de quo jam dixi. Casticii Coccejani mentio in veteri inscriptione ap Fabrettum p. 251.

b) Dio ipse lib. 75. p. 857. & Svidas ac Photius cod. 71.

c) Dio lib. 74. p. 845.

d) Jo. Xiphilinus in Epitome lib. 53 pag. 196. λέγω δὲ τοῦτο οὐκέτι ὡς ὁ Δίων ὁ Προυσαεὺς ὁ ἐπὶ τοῦ Σευήρου καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν Αὐτοκρατόρων γενόμενος, ἀλλ' ὡς Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖνος.

à Pruſa, altero Bithyniæ oppido vocatur Pruſæus ſive Pruſaenſis. Patrem habuit Apronianum e), qui ſub Trajano & Adriano Imperatoribus præfuit provinciæ Ciliciæ f) & Dalmatiæ g) quoq;. Cum hoc in Cilicia verſatus eſt h) poſtea in Italiam venit ac cauſſas in foro egit, i) variosque honores geſſit, à Commodi usque temporibus Senator urbis Romæ k), hinc ſub Pertinace apud quem cumprimis gratia valuit, etiam Strategus ſive Prætor l) ad Conſulatum primùm evectus ſub Septimio Severo m) poſtea ſub Avito præfuit Aliæ: n) Pergamo ac Smyrnæ ſub Macrino: o) Africæ, Dalmatiæ, ac ſuperiori Pannoniæ p) ſub Alexandro Severo Mammææ F. Deniq; Romæ ejusdem Alexandri octavo Anno U. C. 982. ſecundum Conſul, Anno CHRISTI 228.

VI. Ad hiſtoriam ſcribendam impulſum ſe refert ſomnio, in eoque inſtituto confirmatum ſe per aliud itemque aliud ſomnium, ita ut ejus fide ſomnii immortalitatem quoque promittere operi ſuo non dubitet. Βιβλίον τι περὶ τῶν ὀνειράτων καὶ τῶν σημείων ἐν ὧν ὁ Σεβῆρος τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἤλπισε γράψας ἐδημοσίευσα κ. τ. λ. *Cum librum* q) inquit, *de ſomniis & prodigiis ſcripſiſſem, quorum cauſſa Septimius Severus principatum ſperabat, eumque editum in lucem miſiſſem ad Severum, illeque legiſſet, & multis atque præclaris verbis ad me reſcripſiſſet* r) *litteris ſub veſperam acceptis, obdormivi.*

e) Neſcio, quo auctore ſcribit Voſſius de hiſtor. Gr. II. 15. Caſſium Apronianum geſſiſſe Conſulatum ſexto Imp. Hadriani anno U. C. 875. Nam in faſtis Caſſius Apronianus Conſul legitur duodecimo anno Commodi U. C. 944.

f) Dio lib. 69. p. 788. Fallitur enim doctiſſ. Tillemontius, qui Tom. 3. Hiſt. Imperatorum p. 235. edit. Pariſ. Dionis noſtri Patrem ſub Commodo demum circa A. C. 1183. Ciliciæ præfuiſſe ſcribit. Sane p. 820. Dio refert quidem ſe in Cilicia audiviſſe oraculum Sexto redditum, cujus eventum obſervavit ſub Commodo. Sed oraculum ipſum longe prius Sexto redditum fuerat.

g) lib. 49. p. 413.

h) Lib. 72. p. 820.

i) Lib. 73. p. 835.

k) Lib. 72. p. 818. & 827.

l) Lib. 73. p. 835.

m) Lib. 76. p. 869.

n) Lib. 79. p. 915.

o) Photius cod. 71.

p) Lib. 49. p. 413 & lib. 80. p. 917. Photius cod. 71.

q) Pro Dione perperam Dionyſium hoc anno habent quidam faſti. Adde Tillemont. pag. 217.

* Lib. 73. p. 828. ſeq.

r) Ita puto reddenda verba: πολλά μοι καὶ καλὰ ἀντεπέστειλε, non ut interpres: *& ad multa reſcripſiſſet commode.* Facile autem credo ejusmodi ſomnium obtigiſſe Dioni, nec minus credo ſomnium illud fuiſſe naturale, cum Dio lætus & Imperatoris litteras ac ſcriptum ſuum recogitans obdormiſſet.

vi. Tum dormienti mihi imperatum eſt divinitus ut hiſtoriam conficerem, quamobrem ea, de quibus nunc ago (de rebus Commodi Imp.) ſcripſi. Quæ cum ipſi Severo & cæteris placerent maxime, ſtatui illico cætera omnia, quæ ſpectarent ad populum Rom. perſcribere: ac propterea non amplius illa ſeorſim relinquenda, ſed huic hiſtoriæ viſa ſunt inſerenda, ut à principio cuncta, quousque Fortuna ſineret, uno opere perſcripta relinquerem. Nam cum ego gravate hanc confectionem hiſtoriæ reciperem, omninoque labori cedens eam recuſarem, iſthæc Dea (Fortuna) *me confirmavit in ſomniis & recreavit, ſpemque bonam de tempore ſecuturo fecit, veluti quod ſuperſtitem hiſtoriam meam relicturum minimeque aboliturum eſſet. Quam ego Deam vitæ meæ ſortitus ſum, ut videtur, inſpectricem, eique me propterea conſecravi.* Huic adde, quæ alio loco narrat referens extrema Antonini Caracallæ: Ἐμοὶ δὲ καὶ πρὶν κ. τ. λ. *Mihi vero s) antequam imperium adipiſceretur (Antoninus Caracalla) præſignificatum eſt quodammodo à Patre ejus (Severo) futurum, ut hæc conſcriberem. Nam eo jam mortuo viſus ſum videre omnem exercitum pop. Romani armatum in magna planitie, atque ipſum Severum illic ſedentem in colle atque in excelſo tribunali concionari apud milites, meque ante conſpectum ſtare ejus, ut audirem, quæ diceret. Quem cum ille vidiſſet, Huc, inquit, propius accede Dion, ut omnia, quæ dicuntur, fiuntque, diligenter intelligere & perſcribere poſſis.* Hiſtoriam ſuam fere compoſuit Capuæ t) quam urbem ſeceſſum ſibi elegit, eoque, cum vacaret, divertit, à negotiis urbis remotus futurus. Materiam hiſtoriæ ſcribendæ collegit u) per annos decem, in componenda vero Hiſtoria alios duodecim annos inſumſit, ſcribens ea x) quæ vel vidit ipſe, vel audivit, vel legit: nonnunquam etiam ſuam interponens ſententiam, licet ab aliorum relatione diverſam. Poſt Conſulatum ſuum ſecundum y) in cujus temporis narratione etiam Hiſtoriæ ſuæ colophonem impoſuit, ab Imperatore Alexandro Severo Mammeæ F. dimiſſus eſt, quia pedibus laborabat, veniamque impetravit, ut reliquum vitæ in patria exigeret, in qua (incertum quoto anno poſt) diem videtur obiiſſe ſupremum ſeptuagenario aut propior aut major, utpote, qui per quadraginta circiter annos ſenatoriam dignitatem geſſit.

Ss VII. Scri-

s) Lib. 78. p. 884.
t) Lib. 76. p. 860.
u) Lib. 73. p. 829.
x) Lib. 53. p. 510.

y) Lib. 80. pag. 918. ubi Dio narrat ſomnio ſibi illam dimiſſionem Deum ſignificaſſe ex Iliad. λ. ν. 163, 164.

VII. Scripsit libros LXXX. Ῥωμαϊκῶν z) ἱστοριῶν, *Romanæ historiæ* ab Æneæ a) in Italiam adventu, usque ad annum U. C. 982. CHRISTI 228. quo ipse secundum, Alexander Severus Imp. tertium Consul fuit. A Commodi præcipue temporibus b) testatur se singula accuratius perscripsisse, quod iis ipse interfuerit ac singula rectius perspecta habuerit. Interciderunt autem libri primores XXXIV. cum priore parte libri XXXV. Desiderantur itidem libri triginta postremi, ab LXI. usq; ad LXXX. exceptis, de quibus statim dicam, fragmentis & Epitome. Et jam Xiphilini ætate c) desiderabatur major pars eorum, quæ de Antonino Pio & Marco Vero noster scripserat. Exstant hodie, pars posterior libri *XXXV*, quæ incipit ab expeditione Luculli contra Mithridatem Ponti, ac Tiridatem Armeniæ Regem susceptam Anno U. C. 684. Tum libri proximi integri unus ac viginti, à *XXXVI.* ad *LIV.* Proximi quatuor admodum manci à *LV.* ad *LX.* qui desinit in morte Cæsaris Claudii Anno U. C. 806.

VIII. Exstat etiam Librorum à *XXXV.* usque ad *LXXX.* Epitome ipsis fere Dionis verbis composita à JOANNE XIPHILINO Trapezuntio, sub Imperatore Michaele Duca, qui Imperio cessit A. C. 1070. Hic Xiphilinus non d) Patriarcha CPolitanus A. C. 1075. 2. Augu-

z) Svidas in Δίων, ἔγραψε Ῥωμαϊκὴν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις π', διαιρῆνται δὲ κατὰ δεκάδας. Idem in ὡς ἐπίπαν. Δίων ὁ συγγραφεὺς ἐν Ῥωμαϊκῶν ις. Jornandi c. 2. de rebus Geticis, *Dio celeberrimus Scriptor Annalium.* Quanquam Jornandes videtur Dionem Chrysostomum qui Getica scripsit cum Dione Cassio confudisse.

a) Photius cod. 71.

b) Dio lib 72. p. 826.

c) Xiphilinus p. 361. Ἰσέον ὅτι τὰ περὶ τῆ Ἀντωνίνη τῆ εὐσεβοῦς ἐν τοῖς ἀντιγεγράφοις τῆ Δίωνος οὐχ εὑρίσκεται, παθόντων τι ὡς εἰκὸς τῶν βιβλίων, ὥστε ἀγνοεῖσθαι τὴν κατ' αὐτὸν ἱστορίαν σχεδὸν σύμπασαν. Idem p. 362. ἃ σώζεται δὲ νῦν τῆ μετὰ Ἀντωνῖνον ἄρξαντος Μάρκυ βίβλυ τὰ πρῶτα τῶν ἱστορημένων, ὅσα περὶ τὸν Λεύκιον τὸν τῆ Κομμόδυ ἰόν, ὃν ὁ Μάρκος ξυμβιὸν ἐποιήσατο, ἔπραξεν αὐτὸς, καὶ ὅσα ἔτος εἰς τὸν κατὰ Ὀυολογαίσυ πόλεμον ὑπὸ τῦ πειθεῦς πεμφθεὶς ἔδρασε. Addam „his Sam. Petiti locum lib. 2. Obs. c. 3. p. 185. R. David Ganz referens narrationem „de matre, quæ circa Antonini Pii tempora quinionem enixa est liberorum, laudat „auctorem קאעסיוס is autem est meo quidem judicio Dio Cassius, quem etiam in „rebus Titi citat testem. Sed credat Judæus Apella, non ego: nam vides plera-que „ista pænè ad verbum è Julio Capitolino esse descripta. Adde quod diu est cum Dio-„nis Cassii libri, in quibus Antonini Pii res gestæ referebantur, desiderantur. Neque „enim Xiphilinus, Constantinus Porphyrogeneta aut Zonaras eos habuerunt.

d) Ita Tillemontius, ne dicam de H. Stephano, G. Vossio & aliis, quos reprehendit eo nomine Cousinus Gallicus Xiphilini interpres & Guil. Caveus Histor. litterar. Scriptor. EEcclesi. ad A. C. 1066.

Digitized by Google

Auguſti vita functus, ſed Joannis Xiphilini Patriarchæ fratris filius, e) atq; ſi Mottanum Vayerū audimus Monachus CPolitanus fuit f) ut jam pridem ante præſtantiſſ. Caveum Guil. Blanco latino Xiphilini interpreti fuit obſervatum, nec librorum Dionis diſtinctiones ſervavit, ſed ſingulis Imperatoribus g) τμήματα tribuit ſingula. Omiſit etiam plerumque quod dolendum, notationem temporum per conſules, Dioni in libris, quos habemus integros, diligenter obſervatam, nec dubitat Dionem interdum reprehendere, cui jam objicit, quod aduletur Imperatoribus h), jam eum accuſat, quod contra Polybii exemplum frequens nimis ſit in prodigiis commemorandis, i) jam ſuper legione fulminatrice arguit mendacii k). Ex aliis itidem ſcriptoribus aliquando vel ſupplere vel emendare conatur Dionem, ut ex Plutarchi parallelis, l) Euſebio ac m) Quadrato.

IX. Præter Xiphilinum *Zonaras* quoque in annalibus ſuis Epitomen quandam Dionis exhibere videtur; nam in Imperatorum Romanorum geſtis hunc unice ſequitur & nonnulla etiam Xiphilino omiſſa nos docet, ut jam à Voſſio n) ac Tillemontio * obſervatum. Non mediocriter vero ad Dionis exiſtimationem facit. quod hiſtoria Romana à temporibus, quibus ille deſinit, ad Conſtantinum usque longe eſt incertior perplexiorque. o) *Nam Herodiani hiſtoria elegantiſſima quidem n ſed parum exacta eſt, præcipue in temporum notatione. Lampridius & reliqui qui hiſtoriam Auguſtam ſub initium ſæculi à CHRISTO quarti compoſuere, vix digni ſunt nomine hiſtoricorum. Aurelius Victor & Eutropius nihil fere egerunt aliud, quam ut hos circa ejusdem ſæculi extrema in compendium mitterent. Zoſimus denique, qui circa finem quinti ſcripſit, propter ætatem, qua vixit, indignior eſt fide, ma-*

e) Xiphilinus in Auguſto p. 196. λέγω γὰρ τῦτο ἐκέτι ὡς ὁ Δίων ἀλλ' ὡς Ἰωάννης ὁ Ξιφιλῖν☉ ἀδελφόπαις ὢν Ἰωάννᾳ τῇ Πατριάρχᾳ ἐπὶ δὲ Μιχαὴλ Αὐτοκράτ☉ τῇ Δύκᾳ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τῶν βιβλίων τῦ Δ.ων☉ συνλατόμεν☉.

f) T. 1. Opp. p. 324. edit. in fol.

g) Id p. 160.

h) Id. in Cæſare p 157. ſeq.

i) Id. p. 171. & p. 186.

k) In M. Antonino p. 366. ſeq.

l) In Cæſare p. 157.

m) In Antonino Pio p. 361.

n) Voſſius Hiſt. Gr. lib. 2. c. 27.

* Tillemont. T. 3. Hiſt. Imperator. p. 139.

o) Tillemont. ibid. qui Dionem Herodiano iterum præfert p. 602. nota 20. ad vitam L. Septimii Severi & p. 614. nota 2. & 4. in vitam Macrini.

gisque propter errores quibus vel malis se commentariis, vel bonis male usum demonstrat. Dio contra diligenter tempora annotavit & res ipsas cum judicio digessit, sed & accuratus est in describendis comitiis p) constitutione Magistratuum aliisque ad jus publicum Romanum spectantibus, tum pompa Imperatorum funebri & Apotheosi: arcanorum præterea Imperii industrius & gnarus observator. In rebus tamen Trajani non magna fide dignum esse & maligno in Trajani memoriam auctore usum contendit H. Dodvvellus, quem vide præsect. Cambdeniana IV. Allegatur ὁ Δίων ἐν τῇ περὶ Σευήρου à Zonara T. 3. p. 7.

X. Excerpta è Dionis libris posterioribus *XIX.* à *Theodosio* quodam, qui se μικρὸν vocat, servata & à Leunclavio Græce ac latine cum Dione edita sunt, & perinde, ut Zonaras, ostendunt, Xiphilinum quædam notatu digna sicco pede præteriisse, quod magis etiam ex Peirescianis, de quibus mox excerptis & integris Dionis libris superstitibus patet. Quinam sit iste Theodosius, incertum est, forte idem cum Theodosio Alexandrino Grammatico, cujus scholia inedita legi ad Dionysium Thracem. In Friderici quidem Sylburgii codice excerptorum MSS. nomen ejus notatum fuit his verbis: Θεοδόσιος ὁ μικρὸς ὁ ἐξαρίσας ταῦτα.

XI. Alia excerpta è prioribus libris *XXXIV.* jussu Constantini Porphyrogeniti confecta græcè cum notis edidit *Fulvius Ursinus* inter excerpta de legationibus Antvverp. 1582. 4. Græce & latine cum versione sua Dioni subjecit Jo. Leunclavius p. 919. - 932. His in nova Dionis editione adjungenda erunt altera excerpta quamplurima ex prioribus & posterioribus petita libris & ejusdem Constantini auspiciis selecta, quæ cum versione & notis suis edidit *Henr. Valesius* in excerptis Peirescianis de virtutibus & vitiis Paris. 1624. 4. pag. 569. - 769. His doctissimus editor pag. 770. varia fragmenta Dionis è Glossario veteri nomico, Svida, Zonara, Cedreno, Tzetza in Lycophronem & Tzetzæ Chiliadibus à se collecta Græce subjungit. Nonnulla excerptorum à Valesio editorum loca illustrat *Jacobus Palmerius* in exercitationibus ad optimos auctores Græcos.

XII. Scripserat itidem Dio noster (1) librum *de somniis & prodigiis, quæ Septimio Severo imperium portenderunt*, de quo vide, quæ supra §. 2. (2) De rebus Commodi Imp. librum, cujus ibidem mentio facta est (3) Librum *de rebus Trajani Imperat.* περὶ τοῦ Τραϊανοῦ, cujus meminit Svidas.

Sed

p) Confer Mottanum Vayerum in judicio de Historicis T. 1. p. 325. seq.

Sed hæc tria opuſcula non dubito ab auctore poſtea inſerta fuiſſe majo-operi Hiſtoriæ Romanæ. Notat præterea Svidas Dionem noſtrum ſcripſiſſe (4) *Perſica* (5) Ἐνόδια ſive quæ in itinere ſibi contigerunt (H Wolfius legit ὁδοιπικὰ itineraria) & (6) *Getica*: Sed in Geticis lapſus memoria fuit Svidas, nam Dioni Pruſæo Getica tribuit Philoſtratus lib. 1. de ſophiſt. p. 491. ὡς ἢ ἐν ἰσοξείαν ἱκανὸς ἦν συγγεγράφειν, δηλοῖ τὰ * Γετικά. Quibus verbis Βορυσθενικὸν λόγον reſpici putat Caſaubonus, qui inter Dionis Chryſoſtomi Orationes eſt *XXXVI.* Sed aliud opus fuiſſe innuit Jornandes lib. de rebus Geticis c. 5. *ut refert Dio, qui hiſtorias eorum* (Gothorum) *annales Graco ſtylo compoſuit* & cap. 9. *Dio hiſtoricus & antiquitatum diligentiſſimus inquiſitor, qui operi ſuo Getica titulum dedit, regem Getis poſt tempora multa commemorat nomine Telephum.*

Denique Svidas inter ſcripta noſtri refert vitam *Philoſophi Arriani*, quam exſtare cum primis optem, licet Senecæ, Bruti, Ciceronis parum æquum ſe præſtat Dio cenſorem in ſcriptis, quæ habemus: unde vapulat Franciſco Pithœo in Pithœanis, Juſto Lipſio q) aliisque.

XIII. Editiones Dionis Caſſii.

Græca Pariſ. ſive Divione 1548. fol. per *Robertum Stephanum*, unico eoque mendoſo, r) ut queritur, codice uſum, cum caſtigationibus ipſius & *H. Stephani* filii. In hac nitida editione non deſunt liber *LIX.* & *LX*, ſed tantummodo ex libris 57. & 58. unus factus eſt quinquageſimus ſeptimus, & ex 59. ac 60. itidem unus quinquageſimus octavus, ut obſervatum Xylandro, qui hos quatuor libros admodumm utilos ad nos perveniſſe notavit.

Latina. Corneli⁹ Beughem in incunabilis Typographicis p. 53. memorat Dionis Hiſtoriæ Romanæ libros *XLVI.* latine factos per *Franciſcum Piccolomineum* - - - 1489. 4. Piccolominei hujus mentio in Politiani Epiſtolis, ſed verſio iſta mihi nunquam viſa eſt, pro *XLVI.* autem puto legendum *XXVI.* Antonius Teiſſerius in elogiis Thuaneis T. I. pag. 203. inter ſcripta edita *Arnoldi Peraxyli* primo loco memorat Dionis Cocceji Romanæ Hiſtoriæ libros *XXII.* Sed eam verſionem Geſnerus in Bibl. p. 92. b. à Peraxylo exſpectare jubet, utrum unquam

* Anton. Bonfinius Decad. 1. rer. Hungaricar. lib. 2. p. 23. *Dion, qui Getica ſcripſit, multo poſt tempore Gothos Telephum Herculis filium quem ex Auge ſorore Priami tulerat, non modo Getica ſed Myſia quoque Europica Regem habuiſſe tradit.*

q) Vid. Martin. Hanckium de Rom. rerum ſcriptoribus lib. 1. p. 126. ſeq.

r) De hoc Codice MS. Dionis qui exſtat in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi, vide Antonii Pagi Criticam Annalium Baronii ad A. C. 1. num. 1.

quam edita ſit merito dubitat Clariſſ. Baylius in Lexico, ubi de Peraxylo agit.

1. E *Guil. Xylandri* verſione cum ejus s) notis libri *XXVI.* Dionis prodiere Baſil. ap. Jo. Oporinum 1558. fol. & Lugd. 1559. 8.
2. E verſione ejusdem *Xylandri* à *Jo. Leunclavio* emendata Francof. ad Mœn. 1592. 8. apud A. Wecheli heredes.

Georgius quoque *Merula* hiſtoriam de conflagratione Veſuvii montis è Dione transtulit, ut notavit Geſnerus: & Dionis Trajanum *Franciſcus* Philelphus latine vertit. Vide Voſſium de Hiſt. latinis p. 602.

Græcolatina 1.) cum *Xylandri* verſione, addito Xiphilino cum translatione Blanci Genev. 1592. fol. apud *Henr. Stephanum* cum ejus caſtigationibus.
2. Cum Xylandri verſione à *Jo. Leunclavio* emendata, & *Xiphilini* epitome (ſed omiſſis reliquis, eorum tantum librorum Dionis, qui interciderunt) cum Blanci translatione caſtigata per eundem Leunclavium, tum excerptis *Theodoſii exigui*, & excerptis de legationibus cum Leunclavii verſione, notisque ac caſtigationibus in Dionem quidem Rob. Stephani ac Xylandri: in Xiphilinū ejusdem Xylandri, H. Stephani & Frid. Sylburgii, in utrumq; Jo. Leunclavii, in eclogas legationum Fulvii Urſini. Præmiſit Leunclavius etiam Chronologiam Conſulumq; notationem libris ſingulis ex Onufrio. Confer H. Noriſii Epiſtolam conſularem. Prodiit hæc eximia ſcriptoris egregii editio Hanoviæ typis Wechel. 1606. fol.

Nova ἔκδοσις, quam pararunt aliquot ante annos *Hugueta*ni in Belgio (vid. Act. Erudit. 1701. pag. 430.) in herba ipſa periit. Loca quæd. m Dionis è Codice Mediceo feliciter emendata atque ſuppleta ſunt *à Jacobo Gronovio* in ſupplementis, quæ vocat lacunarum in Æneæ Tactico, Dione Caſſio, & Arriano de expeditione Alexandri Lugd. Bat. 1675. 8. pag. 41. -- 159.

XIV. Editiones Xiphilini.

Græca

Roberti Stephani A. 1551. quarta forma majore, typis Regiis.

Latina

Ex *Guil. Blanci* Albienſis translatione. Baſil. 1558. fol. cum Dione è verſione Xylandri. Epiſtola dedicatoria Blanci ad Georgium Armeniacum Cardinalem data eſt Romæ. 1550. 7. Calend. Mart.

Ner-

s) Vignolius Marvillius T. 1. Miſc. p. 191. *Xylander ſavant Grec vendoit pour un peu de ſoupe ſes notes ſur Dion Caſſius.*

Digitized by Google

Nervam Trajanum & Adrianum Xiphilini è *Georgii Merulæ* Alexandrini versione edidit Rob. Stephanus Paris. 1544. 8. cum Ælio Spartiano & aliis scriptoribus Historiæ Augustæ. 3. Voluminibus.

Græcolatina cum Blanci versione Paris. 1552. 4. edente H. Stephano & 1592. fol.

In Historiæ Augustæ scriptoribus Græcis & latinis, quos edidit idem H. Stephanus A. 1564. 8. quatuor Voluminibus.

In Romanæ Historiæ scriptoribus Græcis minoribus opera *Frid. Sylburgii* Veterensis. Francof. apud A. Wechelii hæredes 1590. fol. in hac collectione præter Fastos Siculos & Capitolinos, Eutropium cum Pæanii Græca Metaphrasi, Herodianum, Zosimum, Juliani Cæsares, Olympiodori ἐκλογὰς è Photii cod. *LXXX.* & è Svida excerptas Cæsarum vitas habetur Xiphilinus cum versione Blanci per Xylandrum & Sylburgium emendata, additis ad calcem libri eorundem notis ac Sylburgii præcipue, qui codicem Palatinum MS. & varias eruditorum observationes contulit. Editus præterea cum Dione Xiphilinus, ut paulo ante dixi, in edit. Wicheliana A. 1606. fol.

Gallicè Xiphilinum transtulit ex Italico Nicolai Leoniceni Ferrariensis, *Claudius Roserius* Paris. 1542. fol. Deinde è latino *Antonius de Bandole*, Advocatus in Provincia. Paris. 1610. 4.

Histoire Romaine écrite par Xiphilin par Zonare & par Zosime, traduite sur les Originaux Grecs par *Mr. Cousin*, Presidént en la cour des Monnoyes. à Paris. 1678. 4.

Italicè Dionem reddidit *Leonicenus* cujus jam memini Venet. 1533. 4. Xiphilinum *Franciscus Baldelli.* Venet. 1585. 4.

Anglicè interprete *Manningo* Xiphilinus prodiit Lond. 1704. 8. duobus Voluminibus.

XV. Dionis Cassii ætate vixit ENCOLPIUS, quo familiarissime usum Imperatorem Alexandrum Severum testatur Lampridius cap. 17. eumque inter eos qui Alex. Severi vitam scripserunt refert cap. 48. Hinc inter Historicos latinos Encolpium celebravit Vossius vir præstantissimus. At si credimus Elioto equiti Anglo, Græce scripsit non latine. Prodiit enim Anno 1549. Londini libellus Anglicanus *Imago Imperii*, sive *the image of Governance* inscriptus, quem in Epistola ad Proceres Anglicanos dedicatoria è græco sermone transtulisse se ait *Thomas Eliotus* Eques auratus, atq; exemplar græcum commodato accepisse à Clarissimo quodam Neapolitano cui nomen Pudericus. Auctorem libelli affirmat

ſerit fuiſſe Encolpium, Alexandro Severo à Commentariis. *Sed Græculi alicujus recentioris commentum libellum iſtum fuiſſe, utcunque ſane Lampridio ſubinde ſatis concordem, non dubito*, inquit Seldenus in notis ad Eutychium p. 174. At Vir Clariſſ. Humfredus Hody ab ipſo Elioto totum ſcriptum ſuppoſitum & confictum ſuſpicatur. Ita enim ille lib. I. de Bibliis Originalibus p. 108. *Hiſtoria Encolpii, quam citamus, prorſus ignota eſt viris litteratis, neque multis inter noſtrates* (Anglos) *quorum lingua ſola habetur, nota, forſan uni tantum aut alteri. Ex Græco vero in ſermonem Anglicanum translata eſt (ſi ipſi titulo fides) à Thoma Elyoto Medico, & edita Anno 1549. Sed non eſt cur doleant viri eruditi, lingua ſolum Anglicana Hiſtoriam iſtam exſtare. Quamvis enim ex Lampridio appareat exſtitiſſe olim Hiſtoriam Vitæ Alexandri Severi ab Encolpio ſcriptam, tamen fidem dederim, non illius hanc eſſe, ſed ab aliquo Chriſtiano ejus nomini ſuppoſitam. Neque Orationes quæ in ea multæ habentur ex Codice Græco converſæ ſunt, ſed ab ipſo, crede mihi, Elyoto compoſitæ. Scio ego hominis ingenium, & Orationes confingendi morem ex aliis ejus ſcriptis. Imo totum librum ab ipſo Elyoto compoſitum fuiſſe, mihi ego facile perſuadeo, quamvis prætendat à nobili quodam Neapolitano exemplar Græcum ſe mutuo accepiſſe. De Hiſtoria hac plene nos alibi.* Sed fatis citius conceſſit vir longiore vita digniſſimus hoc ipſo Anno 1707. itaque Antiquitates ejus Alexandrinas & alia præclara ingenii monumenta incaſſum fortaſſe exſpectamus.

XVI. Præter Dionem Caſſium de quo jam dixi, & Dionem Chryſoſtomum cujus quoque meminit M. Antoninus lib. 1. ſect. 14. & Arrianus Epictetearum diſſ. lib. III. cap. 23. fuere & alii Diones, ut Dio Alexandrinus ad Romanos legatus, cujus à Ptolemæo Avleta corrupti meminit Dio Caſſius lib. 39. pag. 98. Dio Alex. Philoſophus Academicus. Cic. IV. Acad. quæſt. Is ipſe an alius Dio Alexandrinus quem allegat Zenobius in proverb. V. 54. & Apoſtolius XIX. 24. Idem videtur etiam ab Apoſtolio XV. 3. & Svida in Διὸς Ἡρακλῆς laudari ἐν δευτέρῳ δευτέρας συντάξεως & in Scholiis ad Nicandrum ἐν τῷ πρώτῳ τῆς τρίτης συντάξεως. Fuit & Dio Colophonius qui inter ſcriptores de re ruſtica refertur à Plinio Varrone & Columella: Dio Chius tibicen apud Athen. XIV. p. 638. Dio Diapyrus cujus meminit Timocles Comicus apud eundem lib. IX. p. 407. Dio Epheſius Philoſophus in veteri inſcript. apud Sponium p. 126. Miſc. Dio Epidaurius de quo Pauſan. X. p. 820. Dio Hipparini F. Syracuſanus de quo dixi in Philoſophis Platonicis lib. III. cap. 3.

CAPUT

CAPUT XI.

DE PLUTARCHO Chæronenſi & Lampria.

Plutarchi ætas & vita. 1. *Lampriæ liber de ejus ſcriptis.* 2. *Plutarchi Vitæ parallelæ.* 3. *Scripta Moralia ordine recenſita.* 4. *Scripta deperdita.* 5. *Editiones.* 6. *Alii Plutarchi.* 7. *Index ſcriptorum à Plutarcho allegatorum, longe quam in editione Pariſienſi plenior.*

1.

PLUTARCHUS è Chæronea Bœotiæ, Philoſophus, à Neronis temporibus ad Hadrianum usque claruit, ſub quo jam ſenex conſtitutus eſt a) procurator Græciæ : Conſularibus antea ornamentis auctus à Trajano b) quem etiam inſtituiſſe c) ſunt qui referunt, & Illyrio præpoſitus. Præceptorem habuit Ammonium qui Athenis vita exceſſit. Hujus Magiſtri ſui & ſuam ipſius vitam Plutarchum ſparſim in ſcriptis ſuis expoſuiſſe notat Eunapius d) in proœmio. Sed de Ammonio pleraque nos fugiunt, quia

Tt inter-

a) Syncellus p. 349. Πλούταρχος χαιρωνεὺς φιλόσοφος ἐπιτροπεύειν Ἑλλάδος ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος κατεστάθη γηραιος.

b) Suid. μετεπέμψατο δὲ αὐτὸν Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας, προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων παρεξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι. Hinc Plutarchum Hypatæ in Theſſalia larem fixiſſe conjiciebat Sam. Petitus II. 10. Obſerv. Archontis ſe munere functum teſtatur Plutarchus ipſe VI. 8. ſympoſ. p. 693.

c) Jo. Sarisberienſis V. 1. Policratici, de Plutarcho : *Fidelis in ſententiis, in verbis luculentus, & in ſacrario morum tantus arbiter, ut facile Trajani præceptorem poſſis agnoſcere.* Ibidem Epiſtolam ejus ad Trajanum refert, ſed quæ ſuppoſita eſſe videtur, ut infra dicam. Vide Rualdum in vita Plutarchi cap. 15.

d) Eunapii verba ſunt : αὐτίκα ἦν θεσπέσιος Πλούταρχος τόντε ἑαυτοῦ βίον ἀναγράφει τοῖς βιβλίοις ἐνδιεσπαρμένως, καὶ τὸν τοῦ διδασκάλου, καὶ ὅτιγε Ἀμμωνίου Ἀθήνησιν ἐτελεύτα ὃ βίον προσειπών. Καίτοιγε τὸ κάλλιστον αὐτοῦ τῶν συγγραμμάτων εἰσὶν οἱ καλούμενοι παράλληλοι βίοι τῶν ἀρίστων κατὰ ἔργα καὶ πράξεις ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὸν ἴδιον καὶ τὸν τοῦ διδασκάλου καθ' ἕκαστον τῶν βιβλίων ἐγκατέσπειρεν, ὥσε εἴ τις ὀξυδερκοίη περὶ ταῦτα καὶ ἀνιχνεύων κατὰ τὸ προσπίπτον καὶ φαινόμενον, καὶ σωφρόνως τοῦ κατὰ μέρος ἀναλέγοιτο, δύναιθ' ἂν τὰ πλείστα τῶν βεβιωμένων αὐτοῖς εἰδέναι.

interciderunt Plutarchi multa & in his liber cui erat titulus Ἀμμώνιος ἢ περὶ τοῦ μὴ ἡδέως τὴν κακίαν σωθῆναι. De Plutarcho ipſo quæ in ſcriptis ejus ſuperſtitibus potuit indagare, non indiligenter collegit *Joannes Rualdus* in erudito libro de Plutarchi vita quæ Pariſienſi hujus operum editioni A. 1624. fol. adjungi ſolet. Videndi præterea Martin⁹ Hanckius libro utroq; de Romanorum rerum ſcriptoribus c. 12. Decius Celer libro de vita Plutarchi Patav. 1617. 8. & Joannes Jonſius III. 6. de ſcriptoribus Hiſt. Philoſophicæ, Voſſius item libro II. de Hiſt. Græcis c. 10. & Tillemontius T. 2. Hiſt. Imperatorum pag. 475. ſeq. Ut omittam editores vel interpretes, Xylandrum, H. Stephanum, Amiotum & A. Dacerium. Proav⁹ Plutarchi fuit Nicarchus, avus Lamprias: uxor Timoxena, filii Lamprias, Avtobulus, Plutarchus & Chæron ſive Charon, filia Timoxena & fortaſſis e) Eurydice, cui & Polliano illius marito conjugalia præcepta inſcripſit. Patris nomen qui apud Chæronenſes magiſtratum geſſit, ignoratur: Socer Alexion: Fratris vel ſororis filii ſive nepotes Sextus Chæroneus & Cornelius Fronto qui M. Antoninum erudiverunt: filius Frontonidis (quæ Frontonis ſoror) atque adeo Plutarchi pronepos Longinus. Etiam Apulej⁹ è poſteris ſe Plutarchi eſſe prædicat lib. 1. Metamorphoſ. Affinitate juncti fuere Craton, Patrocles, Firmus. f) Amici complures, in his C. Soſſius Senecio apud Trajanum gratioſus & quater Conſul, cui Vitas Parallelas inſcripſit, & Philoſophus Favorinus multitudinem ſcriptorum ejus æmulatus. g) Servum habuit Oneſimum, ut è Galeno viri docti obſervarunt. Romæ docentem audivit inter alios L. Junius Arulenus Ruſticus, quem deinde Domitianus ſuſtulit. Quanta quamque varia eruditione, quam libero candidoque quam viciſſim gravi ac limato judicio & qua cognitione Philoſophiæ, non ſophisticæ illius ſed ad vitam comparatæ inſtructus fuerit Plutarchus, ſcripta ejus abunde loquuntur, quæ complura ætatem tuliſſe in tanto bonorum Auctorum naufragio arbitror multos mecum gaudere. Sectam Philoſophorum nullam ita coluit, ut non ex aliis lubenter arriperet ſi quid verius meliusque ipſi videretur. Non ferens Stoicorum paradoxa, ſed magis etiam inimicus Epicureorum

e) Vide Jonſium p. p. 238. licet hoc unde collegerit ille, neſcire ſe fatetur Menagius in Hiſt. mulierum Philoſophar. pag. 19. Et ſane fateor haud eſſe veriſimilem Jonſii conjecturam, nam cum conſolationem ad uxorem ſcriberet Plutarchus, tantum quatuor filios ſuſceperat, nullam filiam niſi unam bimulam cujus mortem ibi ſolatur, Timoxenam matri cognominem. Oportuit igitur à ſcripta hac conſolatione ad conjugalia præcepta interceſſiſſe ſpatium viginti plus minus annorum, ſi Eurydicen Plutarchi filiam eſſe ſtatuamus.

f) De his ſingulis Rualdus cap. V. & VI.

g) Vide quæ de Favorino ſupra lib. 3. cap. 3.

rum irreligioſitati, in multis rebus Ariſtotelem ſequitur, Platonem in plerisque, & in rebus difficillimis intellectu cum Academicorum ſchola non infrequenter cohibet aſſenſum. De Chriſtianorum h) rebus & dogmatis, cum toties ſe offerret occaſio, nihil ſcribere maluit, quam vel in ea quæ non ſatis noſſet invehi, vel ea laudare quæ videbat rejici ab omnibus & diſplicere Principibus viris. Equidem ex Apoſtolicorum librorum lectione profeciſſe, quod viſum Theodorito i) vix crediderim, nam licet præclara nonnulla k) docet de DEo & rebus divinis, & quamvis nonnulla ex ejus ſcriptis opportune Ethnicis objectarunt idem Theodoritus, Euſebius & alii veteres Chriſtiani, nihil tamen habet quod non rationis uſus & lectio Platonis atque aliorum Philoſophorum ipſi potuerit ſuppeditare. Quemadmodum vero fuerunt qui omnibus veterum ſcriptis ſi ſit carendum, Plutarcho quam ægerrime carituros l) ſe ſunt profeſſi, vel ſi omnes in mare m) abjiciendi ſint, Plutarchum ſe poſtremo loco ſervaturos affirmarunt, vel qui ſolum Plutarchum cum duobus vel tribus aliis perfectæ Bibliothecæ n) inſtruendæ exiſtimatunt ſufficere: ita Joannes Metropolita Evchaitarum, ſub Alexii Comneni Imperio clarus, teſtatus eſt ſi cuiquam ex omnibus Ethnicorum ſapientibus venia ſempiternorum ſuppliciorum ſperanda reſtet, eam nemini magis à CHRISTO expetere ſe quam Platoni ac Plutarcho. Verſus ejus hi ſunt:

Εἴπερ τινὰς βάλοιο τῶν ἀλλοτρίων
Τῆς σῆς ἀπειλῆς ἐξελέσθαι, χριστέ μου
Πλάτωνα καὶ Πλούταρχον ἐξελοῦ μοι.
Ἄμφω χαίρ εἰσι καὶ τὸν λόγον καὶ τὸν τρόπον
Τοῖς σοῖς νόμοις ἔγγιστα συμφυόμενοι.
Εἰ δ' ἠγνόησαν ὡς Θεὸς σὺ τῶν ὅλων,
Ἐκπαῦσαι τῆς σῆς χρηστότητος δεῖ μόνον
Δι' ἣν ἅπαντας δωρεὰν σώζειν θέλεις.

Tt 2 Quos

h) Tillemontius T. 2. Hiſt. Imperat. p. 477. de Plutarcho: *Il ne parle jamais de la religion Chrétienne, n'oſant peut-eſtre en dire du bien, & ne voulant pas en dire mal, comme S. Auguſtin le dit de Seneque.*

i) Lib. 2. Therapevt. p. 33.

k) Vide Eugubinum de perenni Philoſ. VI. 6. 7. 8. & 9. Rualdum in Plutarchi vita cap. 9.

l) Confer Gaſſendum lib. III. de vita Epicuri cap. 7.

m) Theodorus Gaza apud Artum Vigelium præf. Bibl. Hiſtoricæ, Rolandus Mareſius lib. 1. Epiſt. 24. Gabr. Naudæus Apologia pro eruditis Magiæ accuſatis pag. 194. Whear 1. relect. hiemal. c. 17.

n) Cornelius Agrippa III. 31. Epiſt. & Gvid. Patinus Epiſtola VI. edit. primæ.

Digitized by Google

Quos ſic utcunque transtuli :

Si quos averni liberare nexibus
Tibi conſtitutum eſt, CHRISTE, non credentium,
Precibus Platonem redde ac Plutarchum meis,
Uterque quorum moribus, ſententia,
Aeceſſit ad leges Tuas quam proxime.
Quod ſi DEum eſſe Te univerſi, pridem eos
Latuit, modo hos nunc experiri gratiam
Concede, qua gratis beare omnes cupis.

Reprehendunt nonnulli in Plutarcho dictionem duriuſculam, o) & quod in antiquitatibus Romanorum non raro lapſus ſit p) linguæ latinæ quam in vita Demoſthenis, q) & Catonis Majoris confitetur ignoratione : Græcisque ſuis nimium tribuat r) & nonnulla jam memoriæ errore s) jam quod ipſi ita commodum & oportunum videretur t) diverſis locis diverſimode commemoret. Quæ ſingula etiamſi quis largiatur acerrimis cenſoribus, excepto eo quod contra hiſtoriæ veritatem de induſtria finxerit nonnulla, u) quod non temere mihi de eo perſuadeo (non magis quam quod in Atheiſmum propendiſſe vir quidam doctus x) ſcripſit, aliis ipſi viciſſim objicientibus y) ſuperſtitionem & frigidas z) allegorias) cum longe plurima niteant in Plutarchi ſcriptis, nemo ſanus ideo negabit eum lectione eſſe digniſſimum. Tantum optarem ut plura ex præclaris ejus monumentis ſeparatim exſtarent

o) Bodinus cap. 4. Methodi Hiſtor. Voſſius de Hiſtor. Græcis pag. 209. & Petrus Victorius XXIII. 21. Var. Lect. Vide cenſuras celebrium Scriptorum collectas à Thoma Pope Blount.

p) Paulus Manutius ad Cic. in Epiſt. II. 1. & 5. ad Q. Fratrem. Confer Jo. Rualdi animadverſiones in Plutarch.

q) In Demoſthene p. 846. & in Catone Majore p. 340.

r) Bodinus loco laudato & Claudius Verderius cenſura ſcriptor.

s) Bælius Lexico in Mucia, nota B.

t) Idem in Euripide, nota O.

u) Melch. Canus XI. 6. Loc. Theol. *ut vel Plutarchum ſcripſerit aliquando verax in rebus Graecorum illuſtrandis & acutius & fingere interdum etiam videatur.*

x) Petrus Molinæus de cognitione Dei p. 91. *Plutarchum in Atheiſmum videtur fuiſſe propenſior, quippe libro in eam rem edito probare conatur Atheiſmum tolerabiliorem eſſe ſuperſtitione.* Confer ſi placet quæ infra dixi inter Plutarchi ſcripta. num. 63.

y) Rich. Simon lib. 1. Epiſt. ſelect. 22. p. 167.

z) Sam. Parkerus lib. de Deo p. 22. *in libro de Iſide atque Oſiride, quam frigida allegoria.*

rent excusa in juvenum usus, neque Voluminum magnitudine fieret, ut Scholis omnibus & juvenum fere Musеis exulet Plutarchus, solo libello de puerorum institutione & altero de audiendis poëtis fortasse plerisq; viso, qui magno cum fructu haud dubie evolverent libros ejus plerosque alios, quibus vel saluberrima vitæ præcepta, vel multa alia scitu digna (ut in vitis & libris de placitis Philosophorum) continentur.

Obiisse videtur Plutarchus anno quarto vel quinto Hadriani Imp. circa A. C. CXX. cum natus esset circa decimum Claudii Imp. annum qui respondet anno CHRISTI quinquagesimo. Sacerdotio Apollinis Pythii admodum senem functum se testatur libro an seni gerenda Resp. p. 792. Morti vicinus somniavit a) in cœlum se adscendere duce Mercurio, & proxima nocte per somnium hoc ipsi quendam interpretantem & pollicitum fore *felicem*, b) h.e. moriturum.

II. Catalogum scriptorum Parentis sui Plutarchi composuit *Lamprias* filius teste Svida, c) compositque in gratiam amici, ut præfixa Epistola testatur, licet nomen amici excidit. Hujus πίνακος sive catalogi parteusus est H. Stephanus in sua Plutarchi editione, vulgavit eum deinde sed extrema parte adhuc mutilum Græce & latine. David Hœschelius nescio è qua Italiæ Bibliotheca Augustæ Vindel. 1597. 4. Deinde præmissus est editioni Plutarchi Parisiensi Græcolatinæ A. 1624. fol. Quoniam vero in unica hac editione exstat, & brevis est, integrum eum hoc loco exhibere volui, appositis iis scriptis quæ interciderunt asteriscis.

a) Artemidorus IV. 47. Onirocrit. p. 245. ὁ Πλούταρχος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνειν ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἀγόμενος ἐδόκει. καὶ τῇ ἐπιούσῃ ὄντως ἐπεχείρησέ τις αὐτῷ τὸν ὄνειρον, καὶ ἔφη μακάριον ἴσεσθαι αὐτόν, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ εἰς τὸν οὐρανὸν αὐτὸν ἀναβαίνειν, τὴν ὑπερβαλλούσαν εὐδαιμονίαν. Ἔτυχε δὲ νοσῶν, καὶ ὑπὸ τῆς νόσου κακῶς διακείμενος, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν ἀπέθανε.

b) Μακάριος & μακαρίτης uti apud latinos *felix* & *beatus* pro defuncto. Hesych. μακαρίτης ὁ τεθνεώς, ὁ μακάριος ὁ νεκρός. Horat. lib. 1. Sat. 9. *Omnes compositi, felices, nunc ego resto.* Ammianus XXV. 3. *quem cum beatum fuisse Sallustium respondisset præfectus, intellexit occisum.*

c) Svidas: Λαμπρίας Πλουτάρχου τοῦ χαιρωνέως υἱός. ἔγραψε πίνακα ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔγραψε περὶ πάσης Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας. Alius Lamprias Plutarchi avus IX. 2. Sympos. alius item ejus frater IX. 3. Sympos. &c.

Digitized by Google

ΛΑΜΠΡΙΑΣ
περὶ τῆς ἀναγραφῆς τῶν
Πλουτάρχου βιβλίων.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ.

Οὐδ' ἄλλοτέ ποτε τῆς γενομένης ἡμῖν ὑπὲρ τῆς Ἀσίας πρὸς ἀλλήλους συνουσίας ἐκλαθόμενος, οὐδὲ τῆς σῆς περὶ παιδείαν καὶ περὶ τοὺς φίλους ἀγωγῆς καὶ προθυμίας. καὶ νῦν εὐθέως, δεξάμενός σου τὴν ὑπόμνησιν, ἐγνώρισα τὸ πρᾶγμα. καὶ ἡδέως μὲν ἐπῄνεσα d) διετέθην, ἐῤῥωμένον ὑπάρχειν σε, καὶ ἡμῶν μεμνημένον. καὶ ἡδέως ἐν μέρει πάλιν ἀπαντάζομαί σε, καὶ τὴν γραφήν, e) ὧν ἠθέλησας τῶν ἐκ πατρὸς βιβλίων ἐπιμψάσαι. ἐῤῥῶσθαι εὔχομαι.

LAMPRIAS.
De scriptis Plutarchi Charonensis.

EPISTOLA.

Neque alias unquam veteris illius, quæ mihi tecum in Asia fuit, familiaritatis oblitus; neq; tui erga disciplinas & amicos studii ac propensionis ignarus: redditis mihi litteris tuis, nomen statim agnovi; summa adhæc animi voluptate sum perfusus, quod te valere, nostrique memoriam conservare intelligerem. Saluto itaque te vicissim; & quam patris mei Plutarchi optasti librorum exscriptionem ad te mitto. Vale.

Πλουτάρχου βιβλίων πίναξ.

α'. Θησεὺς καὶ Ῥωμύλος.
β'. Λυκοῦργος καὶ Νόμας.
γ'. Θεμιστοκλῆς καὶ Κάμιλλος.
δ'. Σόλων καὶ Ποπλικόλας.
ε'. Περικλῆς καὶ Φάβιος Μάξιμος.
ς'. Ἀλκιβιάδης καὶ Μάρκος Κοριόλιος f)
ζ'. Ἐπαμινώνδας καὶ Σκηπίων.
η'. Φωκίων καὶ Κάτων.
θ'. Ἄγις καὶ Κλεομένης.
ι'. Τιβέριος καὶ Γάϊος Γράκχοι.
ια'. Τιμολέων καὶ Παῦλος Αἰμίλιος.
ιβ'. Εὐμένης καὶ Σερτώριος.
ιγ'. Ἀριστείδης καὶ Κάτων.

Librorum Plutarchi Index.

1. Theseus & Romulus.
2. Lycurgus & Numa.
3. Themistocles & Camillus.
4. Solon & Poplicola.
5. Pericles & Fabius Maximus.
6. Alcibiades & M. Coriolanus.
7. Epaminondas & Scipio.
8. Phocio & Cato (minor)
9. Agis & Cleomenes.
10. Tiberius & Cajus Gracchi.
11. Timoleon & Æmilius Paulus.
12. Eumenes & Sertorius.
13. Aristides & Cato (major.)

d) ἐν ἄλλῳ γραφ. ἡδιαίτερον Ful. Ursin. ἴσως, ἡδύτ.
e) ἴσ. ἀναγραφήν. f) Κοριολάνος.

Digitized by Google

ιδ'. Πελοπίδης καὶ Μάρκελλος.	14. Pelopidas & Marcellus.
ιε. Λύσανδρος καὶ Σύλλας.	15. Lyſander & Sulla.
ις'. Πύρρος καὶ Μάριος.	16. Pyrrhus & Marius.
ιζ'. Φιλοποίμην καὶ Τίτος.	17. Philopœmen & Titus.
ιη. Νικίας καὶ Κράσσος.	18. Nicias & Craſſus.
ιθ'. Κίμων καὶ Λούκουλλος.	19. Cimon & Lucullus.
κ'. Δίων καὶ Βροῦτος.	20. Dion & M. Brutus.
κα. Ἀγησίλαος καὶ Πομπήϊος.	21. Ageſilaus & Pompejus.
κβ'. Ἀλέξανδρος καὶ Καῖσαρ.	22. Alexander & Cæſar.
κγ'. Δημοσθένης καὶ Κικέρων.	23. Demoſthenes & Cicero.
κδ'. Ἄρατος καὶ Ἀρταξέρξης.	24. Aratus & Artaxerxes.
κε. Δημήτριος καὶ Ἀντώνιος.	25. Demetrius & Antonius.
κς'. Αὐγούστου βίος.	26. Auguſti Cæſaris vita. *
κζ'. Τιβέριος.	27. Tiberius. *
κη. Σκηπίων Ἀφρικανός.	28. Scipio Africanus. *
κθ'. Κλαύδιος.	29. Claudius *
λ'. Νέρωνος βίος.	30. Neronis vita. *
λα. Γάϊος Καῖσαρ.	31. C. Cæſar. *
λβ'. Γάλβας καὶ Ὄθων.	32. Galba & Otho.
λγ'. Βιτέλλιος.	33. Vitellius.
λδ'. Ἡρακλέους βίος.	34 Herculis vita *
λε. Ἡσιόδου.	35. Heſiodi. *
λς'. Πινδάρου.	36. Pindari *
λζ'. Κράτητος καὶ Δαίφαντος. g)	37. Cratetis & Daiphantis (al. Deiphanti, rectiꝰ.) vitæ
λη. Ἀριστομένους.	38. Ariſtomenis *
λθ'. Ἀράτου h)	39. Arati. *
μ'. Βίος τῶν δέκα ῥητόρων.	40. Decem oratorũ Græciæ
μα. Ὁμηρικῶν μελετῶν, βιβλία δ'.	41. Homericarum declamationum libri IV. *
μβ'. εἰς Ἐμπεδοκλέα περὶ τῆς ε ̓ οὐσίας βιβλία ε.	42. In Empedoclem, de quinta eſſentia libri V. *
μγ'. περὶ τῆς i) εἰς ἑκάτερον ἐπιχειρεῖ k) βιβλία ε.	43. De concertatione in utramq; partem libri V. *

μδ'.

g) ἐν ἄλλῳ, Δαιφάντου. P. Urſ.
h) πλεοναζει ἴσως.
i) ἐν ἄλλῳ, τῶν.
k) ισ. ἐπιχειρήσεως ἢ ἐπιχειρημάτων.

ριέ. περὶ δὲ ΕΙ τοῦ ἐν Δελφοῖς.	115. De EI Delphis (inſcripto.)
ριϛ. περὶ δὲ κατ' Ἶσιν λόγου καὶ Σάραπιν.	116. De Iſide & Serapide (al. Oſiride.)
ριζ. αἰτίαι τῶν Ἀράτου διοσημείων.	117. Cauſæ ſignorum (ſeu prodigiorum) Arati *
ριή. εἰς τὰ Νικάνδρου θηριακά.	118. In Nicandri Theriaca *
ριθ'. Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου σύγκρισις.	119. Ariſtophanis & Menandri comparatio.
ρκ'. περὶ τῆς Ἡροδότου κακοηθείας.	120. De Herodoti malignitate (ſeu verſutia.)
ρκά. περὶ δὲ χρόνου τῆς Ἰλιάδος.	121. De tempore Iliados. *
ρκβ'. πῶς κρινοῦμεν τὴν ἀληθῆ ἱστορίαν.	122. Qua ratione veram hiſtoriam diſcernere liceat. *
ρκγ'. Ὑπομνημονεύματα.	123. Memorabilia. *
ρκδ'. Γυναικῶν ἀρεταί. [ἐν ἄλλῳδέ, περὶ δὲ πῶς δεῖ ζῆν γυναῖκα πρὸς ἄνδρα.]	124. Mulierum virtutes, vel de officio uxoris erga maritum.
ρκέ. περὶ ζώων ἀλόγων ποιητικός.	125. De animalibus rationis expertibus, poëticus ſermo. *
ρκϛ'. διηγήσεις παράλληλοι Ἑλληνικαὶ καὶ Ῥωμαϊκαί [Ἐπικουρείων ἐναντιωμάτων.]	126. Narrationes comparatæ Græcorum & Romanorum. [Epicureorum repugnantiæ. *
ρκζ'. πῶς ἄν τις ὠφελοῖτο ἐχθρῶν.	127. Qua quis ratione ex hoſtibus utilitatem capiat.
ρκή. περὶ δὲ μὴ μάχεσθαι τῇ μαντικῇ τὸν Ἀκαδημαϊκὸν λόγον.	128. Non adverſari divinationi doctrinam Academicorum. *
ρκθ. Ἐπιστολὴ πρὸς * Φαβωρῖνον. x)	129. Epiſtola ad Phaxorinum. *
ρλ'. περὶ Φιλίας y) [ἐν ἄλλῳ δὲ περὶ Φίλων χρήσεως.]	130. De amicitia * (F. de Amicorũ multitudine ſeu de amicorum uſu.)
ρλά. περὶ δὲ ἐφ' ἡμῖν, πρὸς Ἐπίκουρον, σχολαὶ Ἀκαδημαϊκαί.	131. De iis quæ in noſtra poteſtate, Academicæ ſcholæ adverſus Epicurum. *
ρλϐ. εἰ λόγον ἔχει τὰ ζῶα.	132. An bruta ratione prædita.
ρλγ'. Πλατωνικὰ ζητήματα.	133. Platonicæ quæſtiones.
ρλδ'. πῶς ἄν τις ἐν πράγματι φιλοπράγμονων δόξαν ἀλαφύγοι.	134. Quomodo quis in negotiis curioſitatis opinionem effugiat. *

x) ἐν ἄλλῳ, Φαβωρῖνον, F. Urſin.
y) ſc. πολυφιλίας.

ρλέ. αἰτίαι ρωμαϊκαί. — 135. Causæ seu quæstiones Romanæ.

ρλς'. αἰτίαι βαρβαρικαί. — 136. Item Barbaricæ. *

ρλζ'. περὶ τῆς κεστοῦ τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν. — 137. De cestu matris Deorum. *

ρλη. Πρωταγόρα περὶ τῶν πρώτων. — 138. Protagoræ de Principiis. *

ρλθ'. περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν. — 139. De Alexandrinorum proverbiis. *

ρμ'. ὅτι εὐδοξότερα οἱ Ἐπικούρειοι τῶν ποιητῶν λέγουσι. — 140. Epicureos absurdiora quam poëtas tradere. *

ρμά. τί τὸ συνιέναι. — 141. Quid sit intelligere. *

ρμβ'. περὶ τοῦ οὐδὲν καὶ μηδὲν, ὅτι οὐδεὶν ἔστι συνιέναι. — 142. Nihil intelligi posse. *

ρμγ'. ποτερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα. — 143. Ultra animalium, terrestriane an aquatilia, prudentiora.

ρμδ'. Στωϊκῶν καὶ Ἐπικουρείων ἐκλογαὶ καὶ ἔλεγχοι. — 144. Stoicarum & Epicurearum sententiarum collectio & reprehensiones. *

ρμέ. αἰτίαι τῶν περιφερομένων Στωϊκῶν περὶ ἡμερῶν. — 145. Causæ de iis, quæ circumferuntur Stoicarum opinionum de diebus. *

ρμς'. περὶ περιεργίας. — 146. De superflua sedulitate, sive de Curiositate. *

ρμζ'. περὶ τοῦ πρώτου ἑπομένου, πρὸς Χρύσιππον. — 147. De prima illatione, adversus Chrysippum. *

ρμή. Ὑποθετικὸν ἢ περὶ δεχῆς. — 148. Admonitorium seu de Imperio. *

ρμθ'. περὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν, πρὸς τοὺς Στωϊκούς. — 149. De iis, quæ in nostra potestate, ad Stoicos. *

ρν'. πρὸς δεισιδαιμονίας, [πρὸς Ἐπίκουρον.] — 150. De superstitione ad Epicurum.

ρνά. εἰ πᾶσι συνηγορητέον. — 151. An omnibus patrocinandum. *

ρνβ'. πρὸς Φηστίαν παραμυθητικός. — 152. Ad Phestiam consolatio. *

ρνγ'. περὶ τῶν Πύρρωνος δέκα τόπων - - - - - αἰτίαι καὶ τόποι. αἰτίαι ἀλλαγῶν. — 153. De Pyrrhonis decem locis causæ & loci. * Causæ vicissitudinem. *

ρνδ'. περὶ μονάδων. — 154. De unitatibus. *

ρνέ.

ξς'. πῶς ἡ ὕλη τῶν ἰδεῶν μετείληφεν, ὅτι καὶ σώματα ποιεῖ.

66. Quomodo Idearum materia assumsit, ut incorporea gignat. *

ξζ'. περὶ Σωκράτους Δαιμονίου.
ξη'. ὑπὲρ τοῦ Πλάτωνι Θεαγένους p)
ξθ'. περὶ μαντικῆς, ὅτι σώζεται καὶ τοῖς Ἀκαδημαϊκοῖς.
ο'. περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς.
οα'. περὶ τοῦ ἐν τῇ σελήνῃ φαινομένου προσώπου.
οβ'. πότερον, ὁ περισσὸς ἀριθμὸς ἢ ὁ ἄρτιος ἀμείνων;
ογ'. εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον:
οδ'. περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.
οε'. περὶ ἐννοιῶν, πρὸς τοὺς Στωϊκούς.
ος'. περὶ συνηθείας, πρὸς τοὺς Στωϊκούς.
οζ'. ὅτι παραδοξότερα q) οἱ Στωϊκοὶ τῶν ποιητῶν λέγουσι.
οη'. πρὸς τοὺς τοῦ Ἐπικούρου ἀκροατάς.
οθ'. περὶ Θεῶν.
π'. πρὸς Κολώτην ὑπὲρ τῶν ἄλλων Φιλοσόφων.
πα'. ὅτι οὐδὲ ζῆν ἐστὶν ἡδέως κατὰ Ἐπίκουρον.
πβ'. πρὸς Βιθυνικὸν περὶ Φιλίας.
πγ'. Ἀμμώνιος, ἢ περὶ τοῦ μὴ ἡδέως τὴν κακίαν συνεῖναι.
πδ'. πῶς ἄν τις ἑαυτὸν ἐπαινέσειεν ἀνεπιφθόνως.
πε'. εἰ ἀρετὴ ἡ Ῥητορική.
πς'. πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος πρὸς ἀρετήν.
πζ'. περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρησηρίων.
πη'. πῶς Δημοσθένους καὶ Φίλιππος κόλακες.

67. De Socratis genio.
68. Super Platonis Theage. *
69. De vaticinatione, defendi contra Academicos. *
70. De virtute morum.
71. De facie, quæ in Luna apparet.
72. Utrum impar numerus, an par, sit præstantior? *
73. An seni gerenda sit Respublica?
74. De Stoicis repugnantiis.
75. De communibus notitiis, adversus Stoicos.
76. De consvetudine ad Stoicos. *
77. Stoicos, quam poëtas absurdiora dicere.
78. De Epicuri auditione. *
79. De Diis. *
80. Adversus Colotem, de aliis Philosophis.
81. Ne svaviter quidem vivi posse, secundum Epicuri decreta.
82. Ad Bithynicum de Amicitia. *
83. Ammonius, sive, non jucunde cum vitio vitam traduci. *
84. Quomodo se quis citra invidiam laudare possit.
85. Sitne virtus Rhetorica. *
86. Quomodo quis in virtute se profeciſſe sentiat.
87. De oraculorum defectu.
88. De discrimine amici & adulatoris.

p) ἐν ἄλλῳ, Θεαγένους F. Ursin.
q) ἴσ. παραδοξότερα.

σβ'. προτρεπτικὴ εἰς Ἀσκλήπιον Περγαμηνόν.	202. Adhortatio ad Aſclepium Pergamenum. *
σγ'. περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι.	203. Fœnerandum non eſſe.
σδ'. περὶ κυνηγετικῆς.	204. De venatione. *
σε'. πρὸς τοὺς ἐξαπατᾶν πειρωμένους.	205. Adverſus eos, qui fallere conantur. *
σς'. αἰτίαι Φυσικαί.	206. Phyſicæ quæſtiones.
σζ'. πρὸς τοὺς διὰ τὸ ῥητορεύειν μὴ φιλοσοφοῦντας.	207. Ad eos, qui propter Oratoriam artem non philoſophantur. *
ση'. περὶ ποιημάτων h) τίς ἡ αὐτῶν ἐπιμέλεια.	208. De poëtis, quæ illorum cura. * nis.*
σθ'. τί κατὰ Πλάτωνα τέλος.	209. Quis ex Platonis ſententia fi.
ρ'. ἐρωτικαὶ διηγήσεις. i)	210. Amatoriæ narrationes ſeu (ut alii) Ad amantes.
τὰ ἐξῆς λείπει ἐν τῷ αἰτιγραφῷ.	Cætera in avtographo deſiderantur, unde è ſilentio hujus Catalogi haud licet colligere ſcriptũ aliquod Plutarchi non eſſe.

III. Opus Plutarchi pulcherrimum ſunt *Vitæ* quas vocat *parallelas*, in quibus viros virtute, rebus geſtis, doctrina vel etiam fortunæ ludibrio illuſtres Græcos cum totidem Romanis contulit & utrorumque mores ac fata deſcripſit tanta induſtria, ut viro præſertim in Rep. verſanti vel etiam Duci exercitus (ne de aliis in præſenti dicam) nihil poſſit ejus eſſe lectione utilius, nihil amœnius quoque propter incredibilem rerum varietatem, copiam exemplorum, judicium denique ac probitatem ſcriptoris. Agathiæ quidem Scholaſtico hac in parte merito viſus eſt prorſus incomparabilis, unde in Epigrammate lib. V. Anthолog. p. 518. negat vitæ ipſius Plutarchi in hoc opere locum fuiſſe, quod Plutarchi nusquam occurrat ſimilis ſive παράλληλος.

Σεῖο πολυκλήϊδα τύπον σήσαντο χερωνεῦ
Πλούταρχε κραπνῶν ἥσεες Αὐσονίων,
Ὅττι παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἐρίσσας
Ῥώμης ἰυπολέμοις ἤρμοσας ἐναίσιμως.
Ἀλλὰ τεῦ βιότοιο παράλληλον βίον ἄλλου
Οὐδὲ σύγ' αὐ γράψαις, ἐς δ' ὅμοιον ἔχεις. Ex-

h) ποιητῶν. i) ἐν ἄλλῳ, πρὸς τὰς ἐρωτικάς.

ρνέ. εἰ δώσει γνώμην ὁ πολίτης προσηκόντως ὅπ z) ἢ πείσει. — 155. An sit sententia dicenda civi, providenti se non esse persuasurum. *

ρνς'. περὶ δοξῶν τῶν καθ' a) — 156. De opinionibus inter se contrariis. *

ρνζ'. αἰτίαι Ἑλλήνων. — 157. Quæstiones Græcorum.
ρνη. αἰτίαι γυναικῶν. — 158. Quæstiones mulierum. *.
ρνθ'. περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν. — 159. De illustribus Viris. *
ρξ'. ἀποφθέγματα Λακώνων. b) — 160. Apophthegmata Laconum.
ρξά. ἀπορίων λύσεις. — 161. Difficilium quæstionum solutio. *

ρξβ'. χρησμῶν συναγωγή. — 162. Oraculorum collectio. *
ρξγ'. περὶ ἀλυπίας. — 163. De indolentia. *
ρξδ'. περὶ γυμνασμάτων. — 164. De gymnasticis exercitationibus. *

ρξέ. περὶ Ῥωμαίων τύχης. — 165. De fortuna Romanorum.
ρξς'. περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης. — 166. De fortuna Alexandri.
ρξζ. περὶ τοῦ, Γνῶθι σαυτὸν, [καὶ εἰ ἀθάνατος ἡ ψυχή.] — 167. De illo, Nosce te ipsum & An anima sit immortalis (ut in aliis est.) *

ρξή. περὶ τοῦ Λάθε βιώσας. — 168. De illo, Latenter vivendum.
ρξθ'. περὶ ἀπραξίας. — 169. De statu animi imperturbati. *

ρο. περὶ ἀρετῆς [εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή.] — 170. De virtute, vel (ut in aliis) An doceri virtus queat.
ροά. περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου Καταβάσεως. — 171. De descensu in Trophonii specum. *

ροβ'. Ἱκέτης. — 172. Supplex. *
ρογ'. Φυσικὴ Ἐπιτομή. — 173. Physicum compendium *
ροδ'. περὶ τῶν πρώτων Φιλοσοφησάντων καὶ τῶν ἀπ' αὐτῶν. — 174. De primis Philosophis, eorumque Successoribus. *
ροέ. περὶ ὕλης. — 175. De materia. *
ρος'. περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου ἀρετῆς. — 176. De virtute Alexandri.
ροζ'. Ἀχιλλέως παιδεία. — 177. Achillis institutio. *

z) al. ἢ ποιήσει.
a) ισ. κατὰ πλήθη ἐναντίων.
b) Λακωνικὰ γραφ. ἐν ἄλλῳ F. Urs.

pag. 153. Καὶ ἔστι τὸ βιβλίον δέκατον συντετάχαμεν, τὸν Πελοπίδου βίον καὶ τὸν Φαβίου Μαξίμου & Διαπλεμήσαντος πρὸς Ἀννίβαν.

11. Vita *Alcibiadis* de quo Nepos, Juſtinus libro V. &c. Latine vertit Donatus Acciajolus.
12. *C. Marcii* qui à captis Coriolis fortiſſima Volſcorum urbe dictus eſt *Coriolanus*. Latine vertit Gvarinus Veronenſis.

Comparatio Alcibiadis & Coriolani. p. 233.

13. Vita *Timoleontis*, ducis feliciſſimi. Latine vertit Antonius Tudertinus.
14. *L. Pauli Æmilii*. Transtulit latine Leonardus Aretinus.

Comparatio Æmilii ac Timoleontis p. 276.

15. Vita *Pelopidæ*. Latine vertit Antonius Becaria.
16. *M. Claudii Marcelli*. Vertit Gvarinus Veronenſis.

Comparatio Marcelli cum Pelopida p. 316.

17. Vita *Ariſtidis* cognomento juſti. Vertit Franciſcus Barbarus.
18. *M. Catonis Majoris*, Cenſorii. Idem.

Comparatio Catonis & Ariſtidis p. 353.

19. Vita *Philopœmenis*. Vertit Latine Gvarinus.
20. *T. Quinti Flaminii*, quæ allegatur in Catone Majore p. 343. Vertit idem Gvarinus.

Comparatio Flaminii & Philopœmenis p. 381.

21. Vita *Pyrrhi*. Vertit Leonardus Aretinus.
22. *C. Marii*. Vertit latine Gvarinus Veronenſis.

* Comparatio Marii ac Pyrrhi deſideratur.

23. Vita *Lyſandri*. Vertit Gvarinus Veronenſis.
24. *L. Cornelii Sullæ*. Vertit idem Gvarinus.

Lyſandri cum Sylla Comparatio p. 475.

25. Vita *Cimonis*. Transtulit Leonardus Juſtinianus.
26. *Luculli*. Idem.

Comparatio Luculli & Cimonis p. 521.

27. Vita *Niciæ*. Vertit Gvarinus, & Alamannus Rinuccinus.
28. *M. Craſſi*. Iidem.

Comparatio Craſſi & Niciæ p. 565.

29. Vita *Eumenis Cardiani*. Vertit Gvarinus.
30. *Q. Sertorii*. Vertit Leonardus Aretinus.

Comparatio Eumenis ac Sertorii p. 596.

31. Vita *Ageſilai* qui cum XLI. annos regnaſſet, annos natus LXXXIV. deceſſit. Vertit latine Simon Grynæus.
32. *Cn. Pompeji.* Vertit Antonius Tudertinus.

Comparatio Pompeji & Ageſilai p. 662.

33. Vita *Alexandri* Magni. Vertit Gvarinus.
34. *C. Julii Cæſaris.* Vertit Jacobus Angelus de Scarparia.
* Comparatio Cæſaris & Alexandri deſideratur.
35. Vita *Phocionis.* Vertit Lapus Florentinus.
36. *Catonis Minoris*, Uticenſis. Idem.
* Comparatio Catonis ac Phocionis periit.
37. Vita *Agidis* & *Cleomenis.* Vertit latine Antonius Tudertinus, & Alamannus Rinuccinus.
38. *Tiberii & Caji Gracchorum* fratrum. Vertit Leonardus Aretinus.

Comparatio Gracchorum cum Agide & Cleomene p. 843.

39. Vita *Demoſthenis* ad Soſſium Senecionem Vertit idem Aretinus, & Hieron. Wolffius in ſua Demoſthenis editione.
40. *M. Tullii Ciceronis.* Vertit Achilles Philerus Bochus Bononienſis.

Comparatio Ciceronis & Demoſthenis. p. 886. Hæ Demoſthenis & Ciceronis vitæ conſtituebant librum τῶν παραλλήλων quintum, ut Plutarchus ipſe teſtatur.

41. Vita *Demetrii* Poliorcetæ. Vertit Donatus Acciajolus.
42. *M. Antonii.* Vertit Leonardus Aretinus.

Comparatio Demetrii & Antonii p. 956.

43. Vita *Dionis* Syracuſani, ad Senecionem. Vertit Gvarinus Veronenſis.
44. *M. Bruti*, quæ allegatur in Cæſaris vita p. 740. & fuit cum Dione totius operis liber duodecimus. p. 958. ἐν τούτῳ δ' τῷ δωδεκάτῳ τῶν παραλλήλων ὄντι βίῳ. Transtulit latine idem Gvarinus. Hiſpanice Quevedo illuſtravit, unde non ita pridem Belgice recuſa eſt.

Comparatio Bruti & Dionis p. 1009.

Vitæ extra parallelas.

45. Vita *Artaxerxis* Mnemonis. p 1011. Vertit Lapus Florentinus.
46. Vita *Arati* Cliniæ F. Sicyonii, Tyrannorum hoſtis jurati & decies ſepties prætoris Achæorum, ſcripta ad Polycratem Sicyonium ex Arato genus ducentem, cujus filios Polycratem & Pythoclem

Digitized by Google

clem domeſtico hoc exemplo ad virtutem accendere Plutarchus voluit. Latine interpretatus eſt idem Lapus.

47. Vita *Galbæ.*

48. Vita *Othonis* Imp. Hujus & ſuperioris verſio latina incerto interprete in antiquis editionibus occurrit. Transtulit Franciſcus Philelphus.

49. Vita *Homeri*, Plutarcho auctori vulgo tributa, & cum Homero atque alibi ſæpius edita, in editionibus Plutarchi plerisque hactenus deſideratur. De ea vide ſi placet quæ dixi lib. II. cap. I. §. IV.

Evagoras qui Vitis Parallelis in editione Græca Plutarchi ſubjicitur, non Plutarchi eſt ſed Iſocratis. Exſtat & in antiquis latinis Plutarchi editionibus è verſione Gvarini Veronenſis.

Annibalis & *Scipionis* Africani vitæ quæ in antiquis latinis editionibus Plutarchi exſtant, à *Donato Acciajolo* compoſitæ, non ut fingit titulus è Græco verſæ ſunt.

Perierunt autem à Plutarcho ſcriptæ, & jam Photii * ut videtur tempore periiſſe videntur:

Vita *Herculis*, Lampr. & Plutarch. in Theſeo p. 14.

Epaminondæ Plutarch. in Pyrrho p. 387. & Lampr.

Scipionis, quam memorat Plutarchus in Gracchis p. 834. & 839.

Auguſti, *Tiberii*, *Claudii*, *Caji Cæſaris* (è qua videntur petita quæ de Julio Cano amicos de ſtatu animæ poſt mortem monente refert Syncellus p. 330.) *Neronis* ac *Vitellii.* Lampr.

Heſiodi Lampr. *Pindari.* Lampr. & Sopater apud Phot.

Cratetis Cynici, ut præter Lampriam teſtatur Sopater apud Phot. & Julianus Orat. VI. p. 200. & *Daiphanti* prætoris Phocenſium quam allegat Plutarchus ipſe de virtutibus mulierum p. 244. uſus etiam Sopater apud Photium Cod. 161.

* Photius Cod. 245. refert nonnulla è Plutarchi vitis Dionis & Bruti, Demoſthenis & Ciceronis, Phocionis & Catonis minoris, Alexandri & Cæſaris, Eumenis & Sertorii, Demetrii & Antonii, Pyrrhi & Marii, Arati & Artaxerxis, Agidis & Titi, quæ omnes exſtant. Sopater vero apud eundem Photium Cod. 161. p. 177. ſeq. in decimo Eclogarum libro uſus eſt Plutarcho de vita Niciæ, Alcibiadis, Themiſtoclis, Theſei, Lycurgi, Solonis, Alexandri, Cimonis, Lyſandri, Demoſthenis, Periclis, Pelopidæ, Phocionis & Ariſtidis: Inque libro undecimo vita Epaminondæ, Dionis, Ageſilai, Agidis & Cleomenis, Eumenis, Philopœmenis, Timoleontis, Arati, & Pyrrhi quæ itidem omnes editæ circumferuntur. At in nono præter vitas Demetrii & Bruti quas habemus, adhibuit vitas Cratetis, Daiphanti & Pindari quæ interciderunt.

Digitized by Google

Ariſtomenis. Lampr.

Arati (Poetæ fortaſſis.) Lampr.

Franciſcus Petrarcha quoque teſtatus eſt Plutarchum in vitis parallelis *Platoni* & *Ariſtoteli* contuliſſe *M. Varronem* & *Homero Virgilium*, quod unde hauſerit neſcire ſe fatetur Rualdus in Plutarchi vita pag. 66. quem de vitis Plutarchi diſſerentem vide cap. 17. ſeq. 19. & 25. ſeq. Equidem Platonis & Ariſtotelis vitæ in antiquis Plutarchi editionibus latinis exſtant ſed ſcriptæ à Gvarino, uti vita Caroli M. ab Acciajolo compoſita, & Cornelii Nepotis Atticus.

Promiſit etiam Plutarchus vitam *Leonidæ* Spartanorum Regis lib. de Herodoti malignitate p. 866.

Metelli in Mario p. 423.

Plutarchi exemplo alii etiam parallela ejusmodi ſcripſere ut *Amyntianus* qui M. Antonini temporibus floruit, & Photio Cod. VI. teſte ſcripſit vitas parallelas Dionyſii & Domitiani, Philippi Macedonis & Auguſti Imp. Noſtra ætate *Antonius Varillaſius* contulit Carolum V. cum Franciſco I. Galliæ Rege, & Ludovicum XI. Galliæ cum Ferdinando Catholico Rege Hiſpaniarum: *Evremonius* Alexandrum cum Cæſare, Condeum Ducem cum Turennio, & Tragicos cum Cornelio Racinum. *Renatus Rapinus* comparavit inter ſe Ciceronem & Demoſthenem, Homerum & Virgilium, Thucydidem Liviumque: *Franciſcus Blondellus* Pindarum cum Horatio, & nuper denique *Richardus* ** Abbas Gallus Ximenium ac Richelium Cardinales &c.

IV. Ut Tomus prior operum Plutarchi editionum Græco-latinarum Vitas cum verſione Herm. Cruſerii, ita poſterior moralia cum verſione Guil. Xylandri, complectitur, hoc ordine:

50. Περὶ παίδων ἀγωγῆς ſive de libris educandis, quod opuſculum præter rem ſpuriis accenſet Rualdus cap. 20. vitæ Plutarchi. Frequentiſſime ſeorſim excuſum, à variis translatum notisque illuſtratum prodiit, & cum orationibus quibusdam Iſocratis editum ut dixi lib. II. cap. XXVI. p. 851. Prodiit etiam ex *Georgii Sylvani* editione Londini 1685. 12. & cum verſione & ſcholiis *Franciſci Fabricii* Antverp. 1663. 8. Vertit præterea Guil. Plantius Francof. 1574. 4. Editiones Hermanni Rayani, Marci Beumleri, Theodori Vietoris recen-

** Conſer Acta Erud. A. 1706. p. 85. ſeq.

recenſet Draudius p. 1025. ibidem meminit ſcholiorum Suffridi Petri, Leovardienſis. Græce, Lat. Ital. Gallice & Germanice junctim edidit Georg. Joach. Stuppius Gelhuſanus Francof. 1599. 8. Ex interpretatione Gvarini Veronenſis fuit in Bibl. Iſ. Voſſii.

51. Πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, ſive de ratione audiendorum utiliter vel legendorum Poëtarum p. 14. ad M. Sedatum, liber ſcriptus in gratiam Soclari ſui & Cleandri qui Sedati filius erat. Hunc librum ex verſione ſua edidit etiam *Hugo Grotius* & cum Baſilii libro ſimilis argumenti & poëticis excerptis ex Stobæo præfixit Pariſ. 1623. 4. Cum notis Chriſtiani Guntheri prodiit Lipſ. 1689. 8. Georgii Weiſſii Jen. 1672. 8. Meminit inter Plutarchi ſcripta Sopater apud Photium Cod. 161. In Lampriæ catalogo non memorantur niſi forraſſis num. 101. ubi poſt librum Πῶς δεῖ ἀκούειν τῶν Φιλοσόφων in MSto vacuum ſpaatium eſt - - - - - - - ἀκούειν. ſupplendum ſit πῶς δεῖ ποιημάτων, vel in eod. indice num. 208. Περὶ ποιημάτων τίς ἡ αὐτῶν ἐπιμέλεια. Cum Grotii verſione notisque ſuis recudi curavit Jo. Potterus V. C. Oxon. 1694. 8.

52. Περὶ τοῦ ἀκούειν ſive quomodo audiendi ſint qui recta præcipiunt p. 37. liber utiliſſimus ad Nicandrum juvenem, qui jam virilem togam ſumſerat, quod fiebat initio anni duodevigeſimi ætatis. Integer titulus apud Lampriam num. 100. eſt Πῶς δεῖ τοῦ ἀκούειν τῶν Φιλοσόφων.

53. Πῶς ἄν τις διακρίνοι τὸν κόλακα τοῦ φίλου quomodo adulator ab amico internoſci poſſit, ad Antiochum Philopappum. Sopater apud Photium Cod. 161. Lampr. num. 88. Liber verſus etiam ab Eraſmo Venet. 1518. 8. Baſil. 1520. 4. & T. 8. Opp. Gallice ab Antonio du Saix. Anno 1537. 8.

54. Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ quomodo quis ſuos in virtute profectus ſentire queat p. 75. *Lampr.* num. 86. & Sopater loco laudato. Liber Soſſio Senecioni inſcriptus diſputat adverſus Stoicorum ſententiam peccata non eſſe æqualia.

55. Πῶς τις ὑπ' ἐχθρῶν ὠφελοῖτο, illuſtrando dicto Xenophontis, quod ſapiens debeat ex inimicis etiam utilitatem capere. Ad Cornelium Pulchrum. p. 86. Lampr. n. 127. Sopater apud Photium cod. 161. Vertit etiam Eraſmus Venet. 1518. 8. Baſil. 1520. 4. & T. 8. Opp. item Jo. Rainoldus Lond. 1619. 12. hunc librum laudat Cardanus lib. 3. c. 13. de utilitate ex adverſis capienda. Exſtat & Græce

ce atque latine in Caſp. Dornavii Amphiteatro ſapientiæ Socraticæ T. 2. p. 104. ſeq. Gallice transtulit Antonius du Saix. A. 1537. 8. De eodem argumento adeundus Chryſoſtomus homilia III. de Davide & Saule T. 2. p. 869. Auguſtinus lib. 1. contra Academicos cap. 1. Boëthius Conſolatione Philoſ. lib. 2. proſa 8. Rogeri de Rabutin liber Gallice editus Pariſ. 1694. 12. Jo. Chriſtophori Beckmanni V. C. Exercitatio cui titulus : *felices injuria.*

56. Περὶ πολυφιλίας ſive non eſſe expetendam multitudinem amicorum p. 93. In Lampria num. 82 memoratur liber περὶ φιλίας ad Bithynicum, & num. 130. περὶ φίλων χρήσεως. Sed ab utroque videtur hic diverſus fuiſſe, in quo πολυφίλως confert ſcorto quod ut eſt apud Ennium

Alium tenet, alii nutat, alibi manus
Eſt occupata, alii perpellit pedem,
Alii anulum dat ſpectandum à labris.

Scythæ apud Lucian. in Toxari p. 58. T. 2. ὅστις ἂν πολύφιλος ᾖ ὅμοιος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς κοιναῖς πώπυς καὶ μοιχευομέναις γυναιξί. Ariſtoteles IX. 10. Nicomach. οἱ πολύφιλοι καὶ πᾶσιν εἰκείως ἐντυγχάνοντες ὑδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι. Latine vertit hunc Plutarchi librum ante Xylandrum Luſcinius.

57. Περὶ τύχης ſive de fortuna libellus p. 97. refellit dictum Theophraſti à Cicerone etiam memoratum quinto Tuſc. *Vitam regit fortuna, non ſapientia*, Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ' οὐκ εὐβουλία.

58. Περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ſive de virtute & vitio, ſive de perpetua malorum miſeria & proborum felicitate p. 100.

59. πρὸς Ἀπολλώνιον παραμυθητικὸς ſive conſolatio pulcherrima ad Apollonium filio orbatum. p. 100. Diverſa ab hac eſt Conſolatio quæ in Lampriæ catalogo memoratur num. 109 πρὸς Ἀσκληπιάδην. Latine vertit *Jo. Leunclavius* ap. Oporin. 8. 1593. 8. addita nova ſimilis argumenti commentatione.

60. Ὑγιεινὰ παραγγέλματα ſive de ſanitate tuenda dialogus poſt Titi Imp. obitum ſcriptus, in quo colloquuntur Moſchion & Zeuxippus p. 122. Sopater apud Phot. Cod. 161. & Lampr. num. 93. Vertit m. Eraſmus Baſil. 1520. 4. & T. 8. Opp.

61. Γα-

Digitized by Google

61. Γαμικὰ παραγγέλματα sive conjugalia præcepta ad Pollianum & * Eurydicen p. 138. Lampr. num. 113. & Sopater loco laudato p. 177.

62. Ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον sive convivium VII. sapientum p. 146. Lampr. num. 108. vertit & Gvil. Plantius Francof. 1574. 4. Danielis Claſenii commentarius prodiit Magdeb. 1649. 4.

63. περὶ δεισιδαιμονίας sive de ſuperſtione, quod Atheiſmus illo tolerabilior ſit. Apud Lampriam num. 150. περὶ δεισιδαιμονίας πρὸς Ἐπίκουρον. Sed videntur ſeparanda eſſe verba πρὸς Ἐπίκουρον. Gallice vertit *Tanaquillus Faber*, & cum diſſertatione de Romuli vita edidit Salmurii 1666. 12. Ex hoc libro Plutarchum in Atheiſmum propenſiorem fuiſſe neſcio an ſatis æque colligit Petrus Molinæus libro de Dei cognitione p. 81. ſeq. Sane Atheiſmum quemlibet ** in ſe ſuperſtitione quacunque meliorem eſſe, nemo ſanus dixerit: neque hoc usquam facit Plutarchus, qui contrarium diſertis verbis docet libro quod non ſvaviter poſſit vivi ſecundum Epicurum p. 1101. & 1104. Cum enim & ſuperſtitio & Atheiſmus ambæ res ſint peſſimæ & turpiſſimæ, & ſuperſtitionis præſertim ſint quodammodo innumerabiles gradus, ſaltem non fert Plutarchus eos qui atheiſmum faciunt ἀποφθέγμα δεισιδαιμονίας, ut loquitur libro de diſcrimine amici & adulatoris p. 66. Dantur enim genera quædam ſuperſtitionis tam flagitioſa, ut in DEUM æque injuria ſint quam Atheiſmus ipſe, & gravius bellum etiam indicat honeſtati, virtuti & ſocietati humanæ, non quam Atheiſmus univerſe ex principiis ſuis deducens conſecutiones omnes, malitiamq; ſuam exſerens, ſed quam Atheiſmus nonnullorum hominum in ſola ſpeculatione falſiſſima acquieſcentium, & naturæ bonitate non admittentium errorem hunc in actiones integrũ ſuas influere. Ita κακοπιστίαν χείρονα τῆς ἀπιστίας pronunciavit Epiphanius T. 2. p. 13. & Arnobius lib. V. p. 151. *rectius multo, Deos non credere quam tales.* adde lib. IV. p. 148. & innumera hujus

* Hanc Eurydicen Plutarchi filiam fuiſſe ſuſpicabatur Jonſius, qua de ſententia vide ſis quæ dixi ſupra §. 1. nota e.

** Bodinus Colloqv. Heptaplomere MS libro V. *Superſtitio quantacunque ſit, quovis Atheiſmo tolerabilior eſt. Namqui ſuperſtitione aliqua obligatur, hunc Numinis metum in officio quodammodo & Naturæ legibus continet, Atheum vero qui nihil niſi teſtem metuit aut judicem, ad omnia ſcelera proclivi lapſu vere oportet. Ac tametſi actionum humanarum præſtantiam ſapientiſſimus quisque non ſolum finibus ipſis metitur, verum etiam omnibus partibus & cauſis, ſcilicet efficienti, forma, ſubjecto, fine: ſummam tamen ac præcipuam cauſam omnium actionum ipſo fine dijudicat.*

jus generis à Clariſſ. Bælio collecta fervido ſententiæ Plutarchi latius etiam acceptæ martyre in Cogitationibus de Cometis, earumq; continuatione & in Voluminibus quæſtionum provincialium.

64. Ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν ad Trajanum Imp. pag. 172. Lampr. num. 106. ἀποφθέγματα ἡγεμονικὰ, στρατηγικὰ, τυραννικά. Memorat & Sopater apud Phot. Cod. 161. qui hæc Apophthegmata βασιλέων καὶ στρατηγῶν diſtinguit ab alio Plutarchi libro cui titulus ἀνδρῶν ἐνδόξων ἀποφθέγματα. Præfixum Apophthegmatis anteloquium & opus ipſum κίβδηλον eſſe putat Rualdus in vita c. 21. nec unquam Plutarchi nervos vel ſanguinem nedum colorem deprehendi in illo, itaque videri vel σεσύμνασμα filii Plutarchi vel ex variis pannis conſutum. H. Stephanus 1568. 12. edidit apophthegmata Græca Regum & Ducum Philoſophorum & aliorum quorundam ex Plutarcho & Laërtio Gr. L. Multa etiam ex Plutarcho verſa in opere Apophthegmatum Eraſmiano quod prodiit Baſil. 1531. 4. poſteà ſæpe ſub Manutii quoque & aliorum nominibus recuſum. De Machiavello Menagius in Menagianis T. 2. p. 96. *un Manuſcrit des Apophthegmes des anciens de Plutarque étant tombé entre les mains de Machiavel, il en prit ce qui lui plût d' avantage, & ne croyant pas qu'une ſimple traduction lui fit aſſez d' honneur dans le monde, il entreprit la vie de* Caſtruccio Caſtracani, *& là il mit dans la bouche de ſon heros la plus part des bonnes choſes que Plutarque rapporte des anciens.*

65. Apophthegmata Laconica ordine Alphabetico digeſta p. 208. & Inſtituta Laconica p. 236. Lacænarum Apophthegmata p. 240. Ἀποφθέγματα καὶ ὑποτυπώσεις Λακωνικά. Lampr. num. 160.

66. Γυναικῶν ἀρετή p. 242. ſ. de virtutibus mulierum ad Cleam eruditam fœminam atque ut p. 243. ait Plutarchus, πολλοῖς βιβλίοις ἐντυχοῦσαν. Lampr. num. 124. ἐν ἄλλῳ ᾧ, πῶς δεῖ ζῆν γυναῖκα πρὸς ἄνδρα. Hujus magnam partem Polyænus ſuo ſtrategematum operi inſeruit. Laudat & anonymus περὶ ἀπίστων ſcriptor cap. VIII. Gallice vertit Dionyſius Sylveſter (Sauvage) Lugd. 1546. 8.

67. Ῥωμαϊκά ſive Quæſtiones Romanæ p. 263. quibus rationem reddit Plutarchus de variis ritibus priſcis apud Romanos olim receptis, ſeorſim editæ & notis illuſtratæ ſunt à Boxhornio Lugd. B. 1637. 4. ſed admodum juvene, unde poſtea hoc op^a vix pro ſuo agnovit, recuſa tamen Boxhornii editio in T. 5. theſauri antiquitatum Romanorum Græviani. Κεφάλαια ῥωμαϊκὰ à Plutarcho in Camillo αἰτίαις ῥωμαϊ-

ῥωμαϊκὰς dicuntur p. 138. ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ περὶ αἰτιῶν Ῥωμαϊκῶν Πα-μελέστερον διήρηται. ita & Lamprias n. 135. Meminit quoq; Plutarchus in Romulo pag. 26. περὶ ὧν Πανάλιον ἐν ταῖς αἰτίοις εἰρήκαμεν. & in parallelis minoribus pag. 315. ὡς ἐν δευτέρῳ αἰτιῶν. Meminisse videtur & Arnobius lib. V. p. 168. *nec myrteas fas sit inferre verbenas, sicut suis scribit in causalibus Plutarchus.* Ita enim legunt nonnulli pro *Putas* quod habent Codices vetusti. Et sane Plutarchus pag. 268. rationem reddit cur matronæ sacello bonæ Deæ myrtum non inferrent. Sed potuit eadem tradere quoque *Butas* quidam quem non minus atque Callimachum, Dionysium Corinthium aliosque αἴτια hujusmodi scripsisse notavi lib. III. cap. 19. p. 482.

68. Ἑλληνικά sive Quæstiones Græcæ p. 291. In Lampriæ catalogo post αἰτίας ῥωμαϊκὰς memorantur αἰτίαι non Ἑλληνικαὶ sed βαρβαρικαί num. 136. Memorantur tamen etiam αἰτίαι Ἑλλήνων n. 157.

69. Περὶ συγγενῶν Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν sive Parallela Historiarum Gr. & Romanar. pag. 305. Alius cujusdam Plutarchi multo recentioris esse ait *Is. Vossius* pag. 46. ad Melam, sed memorat etiam Lamprias num. 126. διηγήσεις συγγενῶν Ἑλληνικὰς καὶ Ῥωμαϊκάς. Et αἴτια sua laudat auctor p. 315. Quod vero ex numerorum ratione Vossius probare conatur Lampriæ libello titulum διηγήσεων esse intrusum, probaret aliquid si doceret numeros esse ab ipso Lampria non à librario vel editore. Meminit etiam Stobæus.

70. Περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης sive de fortuna Romanorum p. 316. Lampr. n. 165. multum virtuti, sed fortunæ etiam plurimum debere res Romanorum disputat.

71. Περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς λόγοι α', β', pag. 326. libri 2. de Alexandri M. fortuna & virtute. Lampr. n. 166. & 176. Cum versione Gvil. Budæi Arriano de expeditione Alex. subjecti sunt ineditione Vulcaniana. Duabus hisce dissertationibus (in extremo ut videtur mutilis) ostendit non fortuna sed virtute magnum fuisse Alexandrum. Dissertatio una vel plures à Plutarcho præmissa de eo quod fortuna Alexander magnus fuerit, perierunt.

72. Πότερον Ἀθηναῖοι κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ σοφίαν ἐνδοξότεροι sive de gloria Atheniensium p. 345. Lampr. num. 186. κατὰ τί ἔνδοξοι οἱ Ἀθηναῖοι. Liber initio mutilus, quo rerum gestarum potius gloria quam scriptorum Athenienses efferuntur.

73. Περὶ Ἰσιδος καὶ Ὀσιριδος ad Cleam * eruditam fœminam. Lampr. num. 116. ὃν δ' κατ' Ἴσιν λόγον καὶ Σάραπιν. Vertit etiam Suffridus Petri Lovan. 1564. 8. Frigidas in hoc libro allegorias reprehendit Samuel Parkerus de Deo p. 22. Ad hunc librum illustrandum operæ pretium est conferre Laurentii Pignorii mensam Isiacam, Marshami canonem Chronicum & Oedipum Ægyptiacum Athanasii Kircheri etsi in hoc plurima sunt obelo digna uti pluribus ostendere voluit Jacobus Vindetus vir doctiss. in notis ad hunc librum sed quæ lucem publicam non adspexerunt.

74. Περὶ τοῦ Εἰ ** τοῦ ἐν Δελφοῖς. pag. 384. Lampr. num. 115. sive de Ἐι apud Delphos, ad amicum Serapionem, eundem ni fallor quem poëtam Athenienſem memorat Plutarchus libro proximo p. 396. affirmatque poëmata scribere τοῖς μὲν πράγμασι φιλοσόφως καὶ αὐστηρῶς, δυνάμει δὲ καὶ χάριτι καὶ κατασκευῇ ὠδὴ λέξιν ἐοικότα τοῖς Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου. Et p. 402. Ἀλλὰ σὺ δὲ ἀνθρὶς εἰς Φιλοσοφίαν πιπτικὴ κάτεισιν. Stoicus fuit ut colligas è p. 400. Vertit librum quoque Arnoldus Ferronus. Lugd. 1557. 8.

75. Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα νῦν τὴν Πυθίαν. p. 394. Lampr. num. 114. sive de vilitate & vitiositate versuum in plerisque oraculis & quare oracula Pythia non amplius reddat carmine. Dialogus quo Philinus Basilocli narrat colloquium Theonis cum Boëtho Geometra ab Epicuri partibus stante, Zoo, Diogeniano, Serapione poëta, & interpretibus oraculorum habitum. Neque antiquioribus ætatibus omnia oracula versibus *** edita, neque suo tempore plane desiisse Pythiam oracula reddere versibus, diserte Plutarchus testatur pag. 403. ἔνιοι δὲ χρησμοὶ καὶ νῦν ἐν μέτροις ἐκφέρονται. Ceterum negat Plutarchus Deum ipsum esse versuum auctorem sed Pythiam ejusq; interpretes. Deum tantum visa suggerere & animum ad futura videnda illustrare. Καὶ γὰρ εἰ γράφειν ἔδει, μὴ λέγειν τοὺς χρησμούς, οὐκ ἂν οἶμαι δὲ θεὸν τὰ γράμματα νομίζοντας ἐγκαλεῖν ἐπὶ λείπεσι καλλιγραφίας τῶν βασιλικῶν. *Etenim si scribenda fuissent, non enunciandа oracula, non puto nos litteras Deo imputaturos fuisse, ac reprehensuros quod elegantiа regias non aquarent* p. 397. adde p. 404. Ter mille annos viguisse Delphicum illud Oraculum scribit Plutarchus p. 408.

76. περὶ

* Vide supra num. 66.

** Eustathius ad Iliad. ε. ἴστέον ὅτι τὸ ε ξυγχεῖον εἰ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ, προστιθέντες τὸ ι. Vide & Plutarchum de Orac. defectu p. 416.

*** Cic. 2. de divinat. *Pyrrhi temporibus jam Apollo versus facere desierat.*

Digitized by Google

76. Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων sive de oraculorum defectu p. 408. Dialogus inter Demetrium Grammaticum, Cleombrotum Lacedæmonium, Ammonium, Plutarchum, Heracleonem Megarensem, Didymum Cynicum & Philippum, dicatus Terentio Prisco. Lampr. n. 87. Prodiit Adriano Turnebo interprete Paris. 1556. 4. & cum proœmio Joach. Camerarii & notis editus est Lipsiæ 1576. 8. 1565. 8. Non omnia tum oracula defeciſſe, ex ipso Plutarcho & superiore ejus libro perspicuum est, & variis testimoniis ostendit V. C. Antonius VanDalen libro de Oraculis. Sed sensim jam illa propagato per orbem Evangelio CHRISTI dilabebantur, ac cessabant, licet hæc Plutarchum * ratio penitus fugit.

77. Ὅτι διδακτὸν ἡ ἀρετή sive virtutem doceri posse p. 439. Lampr. num. 170. περὶ ἀρετῆς vel εἰ διδακτὸν ἡ ἀρετή. Vertit & H. Stephanus: spuriis accenset Rualdus c. 20. vitæ Plutarchi. Præter rem ni fallor. Virtutem doceri non posse, disputaverat Plato in Menone.

78. Περὶ τῆς ἀρετῆς sive de virtute Morali quod in affectuum rationabili moderatione non exstirpatione consistat. p. 440. Lampr. n. 70. exstat & cum explicationibus Joach. Camerarii Lips. 8. vertit præterea Gvil. Plantius Francof. 1574. 4.

79. Περὶ ἀοργησίας sive de ira cohibenda Fundano ** inscriptus liber p. 452. quem pulcherrimum vocat Gellius lib. 1. capite 26. Apud Lampriam num. 92. liber περὶ ὀργῆς memoratur. Similiter apud Photium Cod. 161. è Sopatri eclogis. Vertit & Erasmus T. 8. Opp.

80. Περὶ εὐθυμίας sive de animi tranquillitate ad Paccium quem improbitas ministrorum suorum perturbaverat. p. 464. Lampr. n. 94. vertit Gvil. Budæus.

81. Περὶ Φιλαδελφίας sive de fraterno amore ad Nigrinum & Quintum fratres qui mutuo se invicem amore prosequebantur. pag. 478. Lampr. num. 97. Vertit & Gvil. Plantius Francof. 1574. 4. & Thomas Naogeorgus.

82. Περὶ τῆς εἰς τὰ ἔκγονα Φιλοστοργίας sive de amore prolis à natura ipsa brutis animantibus longe vero magis homini commendata. pag. 493. Vertit & Gilbertus Longolius.

83. Εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν sive quod vitiositas ad infelicitatem sufficiat p. 498. vertit & Ottomarus Luscinius.

* Confer Jo. Lightfooti Opera posthuma p. 158.

** Hic fortassis Minicius Fundanus ProCOS. Asiæ sub Hadriano de quo Marqv. Gudius ad Vet. Inscript. Gruteri p. MXIV. 6.

Digitized by Google

84. πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα, quod animi quam corporis longe pejores sint morbi. p. 500. Lampr. n. 196. Vertit & Erasmus Basil. 1520. 4. & T. 8. Opp. item Jo. Rainoldus Lond. 1619. 12. male à Rualdo p. 38. c. 19. vitæ Plutarchi num. 123. refertur inter ea quæ Lamprias memorat Plutarchi deperdita.

85. περὶ ἀδολεσχίας sive de garrulitate p. 502. Lampr. num. 91. Sopater apud Phot. cod. 161. vertit & Thomas Naogeorgus. Præterea Ludovicus Russardus Lugd. 1554. 8. testatus hunc librum adeo probatum viro eximio Francisco Hospitalio, ut penitus ediscendum & nunquam de manibus deponendum judicaret. Ex versione & cum scholiis Joannis Caselii viri doctissimi lucem vidit Rostoch. 1589. 4.

86. Περὶ πολυπραγμοσύνης de cujus vocabuli significatione vide Gellium XI. 16. ubi hujus libri meminit. Meminit etiam Lamprias n. 96. Græce separatim bis edidit Jo. Caselius Rostoch. 1588. 4. & Helmst. 1590. 8. & è latina versione sua cum notis. ibid. 1595. 4. In Græcolat. editione Plutarchi legitur cum Xylandri versione p. 515. Transtulit quoq; Erasmus Basil. 1520. 4. & Tomo VIII. Opp. Memorat præterea Lamprias num. 146. librum Plutarchi περὶ περιεργίας, quod est genus curiositatis ineptæ atque inutilis, uti πολυπραγμοσύνη exitiosæ ac molestæ.

87. περὶ Φιλοπλουτίας sive de divitiarum cupiditate p. 523. Lampr. n. 199. Vertit etiam Erasm⁹ Basil. 1520. 4. & Tom. VIII. Opp. Sopatro apud Photium Cod. 161. memoratur liber Plutarchi περὶ πλούτου.

88. περὶ δυσωπίας Lampr. num. 95. & Sopater apud Photium Cod. 161. ubi inscribitur περὶ δυσωπίας λόγος de immoderata & vitiosa verecundia qua vel ab utilibus aut honestis impediri, aut ad noxias & honestas actiones compelli nos temere patimur. p. 528. Exstat hic liber lectu dignissimus latine versus etiam à Jo. Cæsario Consentino & ab Erasmo T. 8. Opp.

89. περὶ Φθόνου καὶ μίσους. de odio & invidia & utriusque differentia. p. 536. Vertit & H. Stephanus.

90. πῶς ἄν τις αὐτὸν ἐπαινοῖ ἀνεπιφθόνως sive ad Herculanum liber, quæ quis ratione se ipsum citra * invidiam laudare possit. pag. 539. Lamprias. n. 84. vertit & Thomas Naogeorgus.

91. πε-

* Cicero de haruspicum responsis: *Potest quisquam vir in rebus magnis cum invidia versatus, satis graviter contra inimici contumeliam sine sua laude respondere?*

Digitized by Google

91. περὶ τῶν ὑπὸ τῆς θείας βραδέως τιμωρουμένων. Sopater apud Phot. Cod. 161. Lamprias num. 90. De ſera Niminis vindicta Dialogus Cynio inſcriptus & initio mutilus in quo colloquuntur Patrocles, Timon, Olympianus & Plutarchus pag. 548. Initio pro ὁ Πατὴρ malim legere ὁ Πατήρ. Ceterum in hoc dialogo ſive libro ſi pro Diis Deum reſcribas plurima invenies digna quæ à Chriſtiano dicantur, ut ait Grotius pag. 128. de ſatisfactione CHRISTI adverſus Socinum. Vertit & Bilibaldus Pirckeimerus. De eodem argumento conferes ubi lubebit Caſparis Barthii Adverſaria p. 2906. ſeq. & Acacii Enenkelii Sejanum.

92. περὶ εἱμαρμένης ſive de fato liber (extrema parte mutilus) ad Piſonem quem Φίλτατον vocat p. 568. Diſſerit autem de fato ex mente Platonis, non quatenus οὐσία ſed quatenus ἐνέργεια eſt & res non particulatim ſed καθόλου inſtar legis dirigit & ſub certis conditionibus definit ita ut contingentibus & libero arbitrio locum relinquat & caſui fortunæque: tota vero Divinæ ſubſit providentiæ. E verſione Hugonis Grotii hic liber exſtat in Philoſophorum ſententiis de fato quas magnus hic vir congeſſit. Libros 2. hujus argumenti memorat Lamprias. num. 56.

93. περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου * dialogus de genio Socratis pag. 575. 580. ſeq. Lampr. num. 67. Vertit præter Xylandrum Thomas Naogeorgus.

94. περὶ Φυγῆς de exſilio æqua mente tolerando ad amicum qui Sardibus patria ſua exſulabat. pag. 599. Lampr. n. 99. Vertit & Angelus Barbatus.

* δαιμόνιον vocant itidem alii, ut Ariſtides T. 3. pag. 36. Apulejus *Deum* Platone ipſi præeunte. Atque ut vel è Polluce notum eſt, δαίμονες Græcis ſcriptoribus ſunt Spiritus etiam boni, & Platoni ſummus DEUS μέγιστος Δαίμων. Bonum angelum fuiſſe illum Socratis genium, præter Plutarchum, Proclum, alioſque veteres v. dubitarunt è Chriſtianis Ficinus, Campanella, Auguſtinus Steuchus & in Hiſt. Philoſophica Anglice edita Tho. Stanleius, quibus ſuffragatus nuper eſt amicus noſter Godfridus Olearius in peterudita diatriba de hoc argumento edita Lipſiæ 1702. Fateor tamen veriſimillimam mihi videri eorum ſententiam quibus mens provida Socratis ejus fuiſſe genius creditus fuit. Nam ut Plato in Timæo, τὸ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε· ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε τοῦτο. Dio Chryſoſt. IV. de regno p. 71. ὁ δὲ ἑκάστῳ τῶν ἐν τούτῳ ἐστὶ δαίμων τῷ ἔχοντι ἀνδρός. Porro Socratis exemplo genios ſibi adeſſe gloriati ſunt Conſtantius Imp. apud Ammian. XXI. 14. ac recentiore ætate Cardanus, Campanella, Niphus, Poſtellus, Hermolaus Barbarus, Jo. Picus, Aſcolus, Bodinique quidam amicus teſte H. Moro in antidoto adverſus Atheiſmum, & Bodinus ipſe ut traditum Franciſco Pithoeo in Pithoeanis.

95. Παραμυθητικὸς πρὸς τὴν ἰδίαν γυναῖκα sive Conſolatio ad uxorem Timoxenam morte filiolæ cognominis afflictam, quam poſt filios duos unum natu maximum & alterum Chæronem amiſerat altero poſtquam nata fuiſſet anno. p.608. Lampr. num. 110. Vertit & latine *Robertus Britannus.* Gallice *Stephanus Boëtius* Pariſ. apud Fed. Morellum 1572. 8. cum Xenophontis Oeconomico.

572. b. 598. c. 634. b. 657. d. 679. d. 695. e. 742. b. 749. b. 808. d. 821. b. 834 e. 909. d. 994. e. 1000. a. 1061. c. 926. f. M. 11. b. 15. c. 16. f. 17. b. 18. f. 25. a. c. 35. c. 93. f. 104. d. 107. d. 114. f. 117. c. 118. a. 120. f. 122. c. 126. d. 133 e. 143. d. 145. b. 151. e. 153. f. 156. e. f. 160. a. 164. b. d. 169. b. 279. a. b. 387. b. 390. b. 410. d. 415. a. 422. e. 436. c. 875. e. 947. d. 545. 544. 543. 541. &c.

Horatius 518. e.
Hortenſius Rhetor 864. c.
Hyperides 851. e. 859. c. 852. b.

Ibycus 76. e.
Idomeneus 157. e. 171. e. 319. b. 325. a. 743. c. 853. a. 856. d.
Jon poëta 154. d. Chius, 9. a. 167. d. 484. a. 489. b. 847. a. M. 113. a. 116, d. 466. d.
Iphitus 54. c.
Iſæus 848. b.
Iſocrates 887. a. 848. b.
Iſocratis περὶ ἀντιδόσεως Oratio 196. d. πίναξ 848. c.
Iſter 16. c. 691. a.
Iſter Alexandrinus M. 301. d.
Itanus 377. b.
Juba 25. e. 28. b. 64. c. 69. a. 317. a. 462. d. M. 269. b. 278. d. 282. e. 285. c. 311. c.

Laconicæ Epiſtolæ formula 207. d. σκυτάλη 213. a.
Laconici commentarii 606. c.
Lælius Sapiens 827. e.
Lamachus Myrrhinæus Alexandri & Philippi Regum Encomium ſcripſit 839. f.
Leophanes M. 915. e.
Leucippo M. 909. d.
Leucippus M. 883. e. 915. e.
Livius 132. a. 304. a. 312. c. 316. b. 317. a. 346. c. 379. c. 380. d. 455. d. 511. b. 513. e. 730. c. 738. a. M. 269. d.
Lycurgus legislator Spartanor. M. 3. a. 15. c.
Lycurgi ῥήτραι 844. d. 797. d.

Digitized by Google

Lycurgus Rhetor 856. e. M. 541, f.
Lynceus Samius de cœna Lamiæ 901. b.
Lyſias M. 833. a.
Lyſis M. 1136. c. d.

Manethos M. 371. c.
Marſyas 854. a.
Megarenſes hiſtorici 4. e.
Melanopus 851. f.
Melanthius M. 551. a.
Melanthius poëta 480. c. 481. b.
Meliſſus M. 884. c.
Menander M. 19. a. 21. c. 25. a. 34. c. 547. c. e. 59. b. 103. e. 119. c. 133. a.
Menandri comœdia 673. c.
Menecrates in Hiſtoria Nicææ 12. b.
Menippus Car Rhetor Aſianus quem audivit Cic. 862. f.
Menylus M. 312. b.
Meryllus M. 309. b.
Metrodorus M. 879. c.
Meſſala 1002. c. d. 1003. f. 1005. b.
Meton Aſtrologus 199. f.
Miltas Theſſalus μάντις καὶ μετοχηκὼς τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ διατριβῆς 967. d. 968. a.
Mnaſeas M. 365. e.
Mnaſigeito M. 295. e.
Mneſiphilus 112. d.
Munatius 777. d.
Muſæus poëta 426. e.
Myrocles Rhetor 852 b. 856. e.
Μυρσίλος ἱστορεῖ. 1028. d.
Myrtis Anthedonia poetria M. 300. e.
Mutius JCtus 861. f. Mutius Scævola 828. b.
Naſica 263. a. c. 266. e.
Nauſicrates rhetor 491. c.
Neanthes 111. f.
Neanthes Cyzicenus 127. a.

Nican-

Digitized by Google

Nicander M. 16. c.
Nicias Mallotes M.308. e.
Nicodemus Meſſenius 852. a.
Nicolaus Philoſophus (Damaſcenus) 1009. d.
Pub. Nigidius Philoſophus Ciceronis amicus 870. e.
Nidius M. 268. e.
Nymphis M. 248. c.
Numæ inſtituta 233. b. ὑπομνήματα 302, c.

Oenopides Chius M. 888. c.
Olympiadis Epiſtola 688. a.
Olympi Medici Hiſtoria de rebus Cleopatræ 953. d.
Oneſicrates 668. d.
Oneſicritus 672. a. 691. a. 698. c. 699. c. 701. c.
C. Oppius 623, d. 716, a.
Oracula 1047, e. 863, a. 854, e. 855, d. 799, b.

Pænon Amathuſius 9, a.
Panætius Philoſophus 319, a. 335, d. 481, c. 852, a.
Παπποφίλης ὁ τῶν ἰσοδείαν ἔχοντα ἀντίληψις 860, a.
Parmenides M. 16, c. 45. a. 884. c.
Parthenius poëta, M. 310, e.
Paſiphontis Dialogus 523, c.
Patæchus 81, d.
Pelops Byzantinus a.
Pericles 880, e. 850, a. 852, c. M. 6, c. 8, b.
Perſæus Stoicus 1037, f.
Phanius Epheſtius 96, f.
Phanias Lesbius 85, c. 115, d. 119, a. Ereſius 422, d.
Phanias 111, f. 125, d. 127, a.
Phanodemus 118, e.
Pherecydes 8, a. 12, a. 799, f.
Philager Rhetor, Pompeji præceptor 874, b.
Philemon M. 35, d. 456, e.
Philippi Regis Epigramma 373, e.
Philippides comicus 894, c. 900, e.
Philippus Chalcidenſis 691, a.
Philippus Iſangelus ibid.

Philiſtus 296,e. 523,f. 536,a. 542,a. 963,d. ejus interitus 973,f. 974.
Philo Academicus 862,d. 861,d.
Philo Thebanus 691,a.
Philochorus 6,e. 7,d. 8,b. 12,a. 14,a. 16. d. 539,a. M. 847. a.
Philocrates 853,c.
Philoctetes Æſchyleus M. 1087,f.
Philolaus M. 887,a.
Philologus Quinti libertus, Ciceronis proditor 885,d.
Philoſtephanus 54,b.
Philoſtratus Academicus & Sophiſta 953,a.
Philotas Amphiſſenſis Medicus 928,a.
Phocion Orator 850,d. 852,c. 795,f.
Philoxenus poëta M. 14,d.
Phocylides M. 3,f. 45,a. 47,e.
Phrynichus Comicus 201,d. 523,e.
Phylarchus 128,c. 138,b. 401,e. 799,c. 807,b. 818,b. 819,c. 1858,e. 1045,c. M. 362,b.
Pindarus 13,d. 35,e. 53,b.c. 115,e. 310,b. 315,c. 422,d. 523,d. 909,e. 1027,d. M. 68,c. 120,b. 88,b. 539,c. 91,e. 104,b. 107,b. 109,a. 116,d. 167,b.e. 415.d. 602,f. 575,d. 949,a.
Piſo 74,b.
Plato 37,b. 42,d. 43,d. 48,e. 49,f. 56,e. 59,a. 64,d. 73,d. 92,f. 161,c. 165,c. 192,a. 193,d. 120,d. 234,d. 287,d. 334,d. 339,e. 363,f. 407,a. 521,a. 522,b. 792,e. 844,c. 847,f. 861,d. 887,e. 889,c. 904,c. 909,e. 928,c. 932,b. 959,c.d.e. 961,c. 962,d. 965,d. 966,a.b. 981,a.b.c. 1053,b. M. 3,f. 8,d. 15,d. 29,d. 35,f. 10,d. 11,e.f. 15,e. 36,a. 40,c. 45,a. 48.e. 49,a. 50,e. 56,c. 70,e. 78,e. 83,a. 84,e. 90,a.c. 92,e. 98,b. 99,c. 101,a. 108,a. b.d. 112,e. 120,e. 125,b. 129,c. 137,d. 140,d. 141,f. 148,e. 167,b. 272,c. 386,e. 389,e. 415,e. 416,f. 419,a. 422,a.e. 426,f. 427,c. 428,a. 430,a. 435,e. 436,e. 948,c. Ariſtonis filius M. 878,a. 958,e. Cicero de dialogis Platonis, Jovem ſi Græce loqueretur ejus oratione uſurum 872,e. Platonis auditor Demoſthenes 838,c.
Platonis Epiſtolæ 1010,e.
Plato Comicus 128,d. 154,a. 197,b. 530,e. 948,d. M. 801,a. 875,c.
Plutarchi de Hercule ſcriptum 14,a. liber de Quæſtionibus 26,d. de anima ad Phædonem Platonis, M. 120,e.
Polemo periegetes 1032,e.

Poly-

Polybius 262,c. 263,c. 265,b. 286,e. 317,a. 341,f. 365,d. 816,e. 818,b. 825,c. 1045,c. M. 258,e. 325, e.
Polybii compendium à Bruto ſcriptum 985.
Polybus M 918, a.
Polycritus 691, a. Medicus Artaxerxis 1021, f.
Polyevctus Rhetor 852, b. 856, e.
Polyzelus Rhodius 87, a.
Poſidonius Philoſophus 862, f. 185, b. 265, c. f. 266, e. 298, c. 302, f. 310, a. 316, b. 432. d. 641, d. 984, d. M. 903, a. 885, b. 950, f.
Promathionis Italica 18, f.
Protagoras M. 118. d.
Ptolemæus 691, a.
Ptolemæus μάϊπις Galbæ Imp. familiaris 1063.
Pyrander M. 315, a.
Pyrrho Liparæus M. 282, e. (mata 12, d.
Pythagoras M. 12, c. 35, f. 96, a. 116, e. Mneſarchi F. 876, d. 877, a. ænig-
Pytheas 855, a. rhetor. 858, d. 839, d. 855, a.
Pytheas Maſſilienſis M. 907, b.
Pytho Byzantius 839, f.
Pythocles Samius M. 309, f.

Roſcius ὁ κωμῳδός 863, b.
Rutilius 422, a.

Salamis poëma Solonis 82, c.
Salluſtius 476, c. 498, d. 514, d.
Sappho 907, b. M. 145, f. 456. e.
Satyrus M. 847, a.
Satyrus hiſtrio 839, a.
Secundus Rhetor Othoni Imp. ab Epiſtolis 1070, e.
Seleucus mathematicus M. 907, c.
Seneca 1061, e.
Sergius Mimus 920, a.
Serviliæ ἀκόλαϛον ad Cæſarem θηϛύλιον 986, e.
Sibyllina 299, d. 869, b. 854, d.

Simonides 4, f. 7, d. 40, a. 112, a. 119, e. 253, e. 596, c. 958, b. 1048, e. M. 15, c. 49, b. 84, d. 91, e. 105, a. 107, b. 111, c. 125, c. 602. c.

Digitized by Google

Simyli poëtæ verſus 28, c.
Socrates M. 16,c. 70,e. 6,a. 10,c. 11,e. Sophroniſci filius 878,a. 881,d. ejus adverſus Alcibiadem benevolentia 191,f. 193,a. c. 194,b. d. 199,f. Socratis Alcibiades in militia contubernalis ſive σύσκηνος 194,f.
Solonis verſus. Vide paſſim in ejus vita.
Solon M. 78,c. 92,e. 472,d.
Σολώνειοι νόμοι 912,d.
Sophocles 77,a. 253.c. 661.a. 667,f. 742,a. 795,c. 911,c. 925,f. 1025,f. M. 16,a. 21,b. 23,b. 27,c. 33,c. 45,b. 48,a. 53,c. 79,b. 84,a. 89,b. 97,f. 107,c. 141,d. 144,b. 280,e. 394,b. 414,d. 417,f. 1093,d.
Ejus Oedipus 912,b.
Soſibius 55,b.
Sotades M. 11,a.
Sotion 699,d.
Spartanus quidam poëta 53,c.
Spendon Laco 57,b.
Speuſippus 967,b. 964,e. M. 10,c.
Sphærus 42,e.
Statilius Epicureus 989,a.
Steſichorus M. 344,b. 555,a.
Steſimbrotus Thaſius 112,c. 113,e. 124,b. 156,d. 166,c. 172,b. 480,e. 487,e. 488,c.d.
Stilpo Megarenſis Philoſophus 893,a. M. 5.f.
Strabo Philoſophus 468,c. 511,b.
Strato Phyſicus M. 472,d. 903,b. 915,b. 948,c.d.
Strato M. Bruto λόγων ῥητορικῶν γραφὰς σεσήφης 1009,a.
Sylla 420,a.d. 425,c.d. 453,b. 460,c.d.e. 470,c. 491,c. 507,a.
Sulpitius Galba 28,b.

Teleclides 161,e. 525,d.
Terpander 57,b. 799,f.
Thales Mileſius M. 875,e.
Thaletas 799,f M. 1134.d.
Themiſtocles M. 270,b.c.
Theocritus M. 534,b.
Theocritus Sophiſta M. 11,b. Chius 603,c.
Theodorus M. 311,a. Cyrenenſis 880,d. Solenſis 427,a.

Digitized by Google

Theodorus liberorum Antonii pædagogus perfidus 953. b.
Theodotus Chius Δημοσθ. ῥητορικῶν λόγων διδάσκαλος 999, c.
Theognis M. 16, c. 22, a. 96, c.
Theophanes 639, a.
Theophilus M. 309, a. 313, c.
Theophraſtus 45, c. 80, d. 96, d. 124, b. d. 164, e. 171, e. 173, a. 334, a. 440, b. 443, f. 529, b. 531, a. 574, 596, f. 617, a. 666, c. 777, b. 853, e. 795, e. M. 104, d. 874, e. 952, b. 953, c.

Ejus de Demoſthene & Demade judicium 850, c.
αὐτὸς φιλήκοος καὶ ἱστορικὸς παρ' ὀτιοῦν τῶν φιλοσόφων 196, a. Ciceronis deliciæ 872, a.
Theopompus 58, c. 121, c. 124, d. 127, d. 209, c. 237, e. 442, c. 450, e. 601, c. 614, c. 968, c. 847, c. 851, e. 852, d. 854, b. c. 855, d. 857, f. 968, d. M. 1093, c.
Theopompus comicus 440, d.
Theramenes 880, e.
Theſpis M. 36. b.
Thucydides 56, c. f. 124, c. 125, b. 156, e. 161, c. 167, b. e. 170, a. 194, c. 196, b. 201, d. 233, d. 333, d. 523. c. e. 525, c. 536, a. f. 542, a. 614, f. 848, c. 852, M. c. 56, b.
Thraſeas 770, e. 777, b.
Timæus 59, f. 59, c. 237, e. 253, c. 276, f. 523, c. 535, e. 542, a. 960, c. 963, f. 974, a. b. M. 907, b. c. 917, e.
Timagenes 645, a.
Timocreontis Rhodii verſus 122, c. e.
Timotheus 362, c. 603, d. 909, d. M. 322, c. 323, d.
Timotheus Mileſius M. 539, c.
Timon Miſanthropus 199, c. 948, e. 949, a. b.
Timon Phliaſius 65, a. 154, b. 964, f. M. 446, c.
Timonides Leucadius Philoſ. 967, e. Hiſtoricus 971, c. γράφων περὶς Σπινσιππον 974, a.
Timoxenes M. 145, a.
Tiro Ciceronis libertus 881, f. 886, a.
Trebatii Epiſt. ad Ciceronem, 879, d.
Triſimachus M. 307, a.
Tyrtæus 43, c.

Vale-

Valerius Antias 25,e. 74,e.
Valerius Maximus 316,b. 1009,d.
Varro 24,b. 27,c. M. 267,b.
Κιγγώνιος Βάρρων 1059,a.
Versus sine auctore 224,c. 432,c. 476. 477,e. 482,c. 530,c. 566,f. 647, e. f. 658,d. 796,b. 850,b. 874,d. 887,b. 995,b. 1008,9.
P. Volumnius ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ σπουδαιοπαιμένος ἀπ' ἀρχῆς βρέτῳ 1006, f. 1008, c. (Alius Volumnius Mimus qui cum Saculione γελωτοποιῷ memoratur 1005,d.
Xenocrates M. 419,a. 889,a.
Xenophanes M. 886,e.
Xenocles Adramyttenus Rhetor Asianus quem audivit Cic. 862,f.
Xenophantus αὐλητῶν ἐλλογιμώτατος προσήλθε τῶν μελῶν τὸ ἱερώτατον 915,c.
Xenophon 39,f. 209,c. 310,b. 317,d. 441,f. 597,e. 605,c. 606,c. 612,b. 614,e. 1017,d. e. 1015,e. 1014,e. 1013,a. M. 11,e. 40,b. 1093,b. e. 539,d.
Zeno Stoicus 1037,f.
Zeno M. 545,f. 534,a. Mnaseæ filius, 878,b. 913. c. 915,b.
Zenodotus Trœzenius 62,a.
Zoilus ὁ πιτύλης 898.
Zopyrus M. 314.
Zopyrus Alcibiadis pædagogus 192,a.

CAPUT XII.
DE APPIANO ALEXANDRINO.

Appiani vita & ætas 1. *Historiæ Romanæ libri XXIV.* 2. *Quantum ex illis hodie supersit,* 3. *Interpretes & editiones.* 4.

1.

APPIANUS Alexandrinus Vitam suam ipse scripserat, ut colligo ex postremis præfationis ejus verbis: *Qui vero hæc scribam, multi norunt,* καὶ αὐτὸς σοφίην *& ipse ante docui.* (in titulo scili-

Digitized by Google

ſcilicet operis) *Ille autem apertius dicam*, Ἀλεξανδρεὺς ἐς τὰ πρῶτα ἥκων ἐν τῇ πατρίδι καὶ δίκαις ἐν Ῥώμῃ συναγορεύσας ἐπὶ τῶν βασιλέων, μέχρι με σφῶν ἐπιτροπεύειν ἠξίωσαν. *Alexandrinus ſum, honeſtiſſimo loco habitus in Patria, verſatusque Romæ in agendis cauſis apud Auguſtorum tribunalia, donec me inter ſuos procuratores optaverunt.* Καὶ εἴ τῳ αὐτοῦ καὶ τὰ λοιπὰ μαθεῖν, ἔστι μοι καὶ ταῦτα συγγραφή. *Cætera* (vitæ meæ capita) *qui volet ſcire, ex commentariis de hac ipſa ſcriptis cognoſcere poterit.* Sub Trajano floruiſſe ſe indicat lib. 2. de bellis Civilibus p. 792. Νεμέσεως τιμωρὸν, ὅπερ ἐπ' ἐμοῦ κῦ Ῥωμαίων Αὐτοκράτορα Τραϊανὸν &c. & ſub Hadriano, lib. de bello Syriaco p. 191. Τὰ ἱερόσυλα κατόπαλψεν ὁ Ἀδριανὸς αὖθις ἐπ' ἐμοῦ. Hiſtoriam vero ſuam edidiſſe demum videtur ſub Antonino * Pio, qui Anno Chriſti CXXXVIII. Urbis DCCCXCI. Hadriano ſucceſſit, teſtatur enim in præfatione Appianus, tempore quo ſcripſit, nondum quidem per ducentos annos locum fuiſſe Imperatoribus, at Urbem per nongentos ſtetiſſe.

II. Scripſit, teſte Photio cod. 57. Ῥωμαϊκῶν ſive ἱστορίας Ῥωμαϊκῆς *Hiſtoriæ Romanæ libros XXIV*, quorum viceſimum ſecundum laudat Zonaras T. 2. Annal. Diſtributum erat totum opus in τεύχη ſive volumina tria, teſte eodem Photio. Inſtituit autem Appianus in illo Hiſtoriam Romanam non ordine omnem perſequi, ut factum Dionyſio Halicarnaſſeo vel Polybio: neque per vitas illuſtrium virorum, ut fecit Plutarchus, ſed ordine regionum ac provinciarum, ut quas res in Italia, quas in Sicilia, Africa, Hiſpania, quas in Aſia, quas in Gallia denique ac Germania geſſiſſent, ſingillatim conſtaret.

Liber I. erat Ῥωμαϊκῶν βασιλική. *De originibus Romanorum ab Æneæ usque & de ſeptem Regibus.* Meminit Appianus ipſe in præfat. Svidas & Photius, qui ejus argumentum prolixius recenſet. Idem pag. 23. ἄρχεται μὲν ἀπὸ τῆς ἱστορίας ἀπὸ Αἰνείου &c.

Liber II. Ἰταλική. *De iis, quæ geſta ſunt in Italia extra ſinum Jonicum.* Appianus loco laudato, & Photius. Confer Fulvium Urſinum ad excerpta de legation. p. 109.

Liber III. Σαυνιτική. *De bello Samnitico* per LXXX. annos geſto. Appianus, ubi male ** Σαννιτική, & Phot. Fulvius Urſinus p. 110 ſeq. Svidas:

* Ita rectè ex eodem loco colligunt Voſſius II. 13. de Hiſt. Gr. Hanckius lib. 1. de Rom. rerum ſcriptoribus c. 18. Tillemontius in Vitis Imperatorum T. 2. p. 583.

** Samnites à Græcis Saunitas dictos teſtatur Plinius III. 12. Hiſt. adde Stephanum Byz. in Σαυνῖται.

αἱ μὲν τρεῖς βίβλοι Ἀπωτικαὶ αἱ πρῶται περιλαμβάνουσι ὅσα Ῥωμαίοις ἀγωνιζομένοις εἰς Ἰταλιώτας ἐπὶ τῷ ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπρόχθη.

Liber IV. Κελτική. *De bello cum Gallis.* Fulv. Urſinus p. 115. ſeq.

Liber V. Σικελική καὶ νησιωτική. *De bellis Sicilienſibus & per inſulas geſtis.* Fulv. Urſinus p. 118.

Liber VI. Ἰβηρική. *De bellis Hiſpanienſibus.*

Liber VII. Ἀννιβαϊκή. *De bello cum Hannibale.*

Liber VIII. Λιβυκή, Καρχηδονική, καὶ Νομαδική, *de bellis Africanis, Punicis & Nomadicis.* Laudat Evagrius lib. V. hiſt. c. ult.

Liber IX. Μακεδονική. *De bello Macedonico.* Fulv. Urſinus p. 118. ſeq.

Liber X. Ἑλληνική καὶ Ἰωνική. *De bellis per Graeciam atque Joniam.* Appianus initio Syriacor.

Liber XI. Συριακὴ καὶ Παρθική. *De bellis cum Regibus Syriæ & Parthorum.*

Liber XII. Μιθριδατική. *De bello Mithridatico.*

Liber XIII-XXI. ἐμφυλίων *de bellis civilibus* Marii & Syllæ, Cæſaris ac Pompeji, Antoniique & Auguſti, *libri IX*, in quorum poſtremo egit etiam de Ægypto à Romanis redacta in provinciam. Atque hæc ſunt τὰ Αἰγύπτια, quæ promittit in Mithridaticis p. 414. edit. Tollii.

Liber XXII. Ἑκατονταετία. *De primis centum annis ſub Cæſarum imperio exactis.*

Liber XXIII. Δακική. *de bellis Illyricis.*

Liber XXIV. & ultimus Ἀραβική. *De bello Arabico.*

Ex his libris quod plures interciderint, ratio eſt, quia pleraque videbatur exactius tradidiſſe Dionyſius Halicarnaſſeus, &, qui poſt Arrianum ſcripſit, Dio Caſſius: ita enim notat auctor Anonymus, qui in duo volumina ſive τύχη ſelectos Appiani libros conjeciſſe ſe teſtatur, reliquis utpote de quorum argumento alii rectius conſuli poſſint, reſciſſis: Δεῖ μέν τοι τῷ μὲν Ἀρχαιολογίαν τῇ Ῥωμαϊκὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου λαμβάνειν, εἴ τις μὴ τῇ ἀκοὴν μίσην ἀλλὰ καὶ τῇ γλώτταν ὠφεληθήναι ἐκ τῶν ἀναγινωσκομένων αἱροῖτο. Τὰ γὰρ μετὰ τοὺς Μοναρχας, ἐκ τοῦ Δίωνος. Τὰς γὰρ κατ' ἐθνικὰς πράξεις ἐκ τοῦ παρόντος Ἀππιανοῦ. Ἀφ' ὧν ἀναλεξάμενος ἔγωγε τῶν μὲν ἐμφυλίων τὰ τοῦ Λιγυστίου καὶ Ἀντωνίου, καὶ ἔξης τούτοις τὰ Ῥωμαίοις πρὸς Αἰγυπτίους ἔχει Κλεοπάτρας γενόμενα, ἔτι τε τὰ Ἰουδαϊκὰ καὶ τὰ Παρθικὰ καὶ τὰ Δακικά, εἰς ὁ Τραϊανὸς ἐλαμπρύνατο, τά τε Ἰβηρικὰ καὶ τὰ Ἀννιβαϊκὰ τά τε Καρχηδονικὰ καὶ τὰ Σικελικὰ καὶ πρὸς τούτοις τὰ Μακεδονικὰ, καὶ πολλῶν ἄλλων ὄντων, τούτοις δεχθεὶς ἐν δυσὶν αὐτὰ συνέθηκα τύχεσι. pag. 1229. edit. Alexandri Tollii.

III.

Digitized by Google

III. Ætatem itaque tulerunt, & hodieque exſtant, *Præfatio* toti operi præmiſſa, in qua de magnitudine Imperii Romani, quamque late ejus patuerint provinciæ differit, teſtatus ſe Romæ vidiſſe legatos aliquot præterea gentium barbararū, non opulentiſſimarum, qui ſe ſuosq; populares Imperatoribus in poteſtatem dederent, neque tamen ab illis recepti fuerint, tanquam inutiles & oneri futuri.

Ex libris novem primoribus fragmenta XXVII. legas in Excerptis de legationibus, quæ edidit Fulvius Urſinus Græce cum notis Antverp. 1582. 4. at in editione Appiani à Tollio curata incaſſum ea quæſivi. Alia ex iisdem libris fragmenta exſtant in excerptis Peireſcianis, quæ cum verſione Henr. Valeſii & notis edita ſunt Pariſ. 1634. 4. & habentur in editione Tolliip. 1210. ſeqq.

Libri primi argumentum apud Photium cod. LVI.

Libri quarti ſive Celticorum *Epitome* p. 1190. edit. Tollii cum *Sigism. Gelenii* verſione.

Librum ſextum & ſeptimum ſive Iberica & Hannibalica primus ex Italia ſecum attulit, & cum Cteſiæ, Agatharchidis, Memnonisque eclogis græce edidit ex Arnoldi Arlenii codice, valdeque depravatum caſtigavit & notis illuſtravit *H. Stephanus* Pariſ. 1557. 1594. 8. Curavit quoq; eadem latine reddi à *Franciſco Beraldo* Aurelianenſi & Appiani operibus primus adjunxit græce & latine Genev. 1592. fol. Transtulerat etiam Iberica *Cælius Secundus Curio*, cujus verſio in latinis veteribus Appiani editionibus legitur. Hic interpres, etſi non tantum cognitionis græcarum litterarum conſecutus erat, quam Beraldus, & in pluribus locis graviter impegit, interdum tamen non contemnendam operam præſtitit, eodem Stephano judice, ubi fortaſſe ſibi ipſe diffidens doctos quosdam viros & græce callentes adhibuit in conſilium.

Liber Octavus, ſive Libyca, exſtat cum latina verſione *Sigismundi Gelenii*, qui & proximos, quos jam memoraturus ſum libros ſeptem convertit. Sed & veterem Libycorum Appiani translationem latinam ineditam memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 201. niſi forte Petri Candidi interpretationem intelligit, vel Baſilii Chalcedonenſis.

Liber Undecimus itidem ætatem tulit, legiturque in duas partes diſtinctus Syriaca & Parthica, tum *duodecimus* ſive Mithridatica, nec minus libri quinque primores de bellis civilibus, *tertius decimus usque ad de-*

cimum ſeptimum, quibus poſt motus internos Reipubl. Romanæ à ſeceſſione usque plebis in montem ſacrum breviter recenſitos agitur de tumultibus ac bellis, quæ Remp. concuſſerunt, à tempore legis agrariæ per Ti. Sempronium Gracchum latæ Anno U. C. DCXX. usque ad cæſum per M. Antonii legatos Sextum Pompejum.

Denique exſtat *liber viceſimus tertius* ſive Illyrica, quæ ſeparatim excuſa ab Oporino cum verſione *Guil. Xylandri*, 8. ſed in latinis editionibus Appiani ex verſione *Petri Candidi* habentur: In Græcis & græco-latinis (noviſſima etiam Alexandri Tollii) tantummodo exordium occurrit græce. Sed integrum librum pridem ex MS. Codice Bibl. Auguſtanæ ediderat *David Hœſchelius*, Auguſtæ Vindel. 1599, 4. verteratque latine præterea *Stephanus Gradius* Patricius Raguſinus Abbas, Cuſtos Bibl. Vaticanæ, cujus verſio ad calcem librorum VI. de regno Dalmatiæ & Croatiæ, Jo. Lucii Dalmatæ Amſt. 1666. fol. Atque emendandum ſphalma in præſtantiſſimi Voſſii opere de hiſtoriis græcis, ubi Iberica ab Hœſchelio edita eſſe perperam legitur, pro Illyricis, facili typothetæ lapſu.

IV. Appiani interpretes & editiones.

Ne de *Baſilii Chalcedonenſis* translatione librorum Appiani dicam, quam ineditam memorat Gaddius de ſcriptoribus non Eccleſ. T. 1. p. 8.

Latinè Appianum vertit *Petrus Candidus December*, dicavitque Nicolao V. Pontifici cujus Magiſter brevium fuit, & Alphonſo Siciliæ Regi, cujus rogatu libros Appiani interpretatus eſt, hos nempe: Libyca, Syriaca, Parthica, Mithridatica, libros quinque de bellis Civilibus, Illyrica & Celticorum epitomen. Romæ A. 1472. Venet. 1477. & 1492. fol. & Moguntiæ 1529. Hinc Appiani Libyca, Syriaca, Parthica, Mithridatica, libri V. de bellis Civilibus & Celticorum Epitome latinè edita ſunt ex verſione accuratiore *Sigismundi Gelenii*, adjunctis Illyricis ex Petri Candidi, & Ibericis ex Cœlii Secundi Curionis interpretatione cum ejusdem Curionis epiſtola ad Bonifacium Amerbachium, qua Gelenii viri egregii non diu ante denati vitam exponit. Baſileæ apud Froben. 1544. fol. & Lugd. 1576. 1588. 12. Sane H Stephano judice Candidi interpretationi tantum cedit, Pampineis quantum cedit labruſca racemis. Eſt tamen, ut idem monet Stephanus, ubi Candidus quoq; juvat non modo ad veram

Digitized by Google

veram lectionem indagandam, ſed etiam, ubi rectius ſenſum eſt aſſecutus. Atq; ut Jovius * obſervat, manci paſſimque corrupti exemplaris Græci vitio, vel laborioſus interpres eo in opere ſeſe candidū præſtare non potuit, cum alia multo felicius perſcripſerit.

Græce Carolus Stephanus nitidiſſime edidit Appiani Præfationem in to- Opus, Epitomen Celticorum, Libyca, Illyricorum exordium, Syriaca, Parthica, Mithridatica & libros V. de bellis civilibus. Pariſ. 1551. fol. cum variis lectionibus ad voluminis calcem.

Græcè & latinè Appianus editus eſt ab *H. Stephano* Genev. 1592. fol. in qua editione græcis à Carolo Stephano pridem vulgatis acceſſerunt Iberica & Hannibalica cum Franciſci Beraldi verſione, in Illyricis Petri Candidi interpretatio ſervata eſt, Græco codice integro nondum reperto: in reliquis verſio Gelenii, adjectis H. Stephani in Iberica, Hannibalica, Parthica, & in conciones per totum opus ſparſas notis & caſtigationibus.

Denique *Alexander Tollius* Amſtelodami A. 1670. 8. 2. Vol. typis minoribus, ſed, ut ſolent eſſe Belgici ſatis elegantibus hanc Stephani editionem Græcolatinam adſcriptis etiam in libri ora ejus paginis, ita recudi fecit, ut græca & verſionem recenſeret, & notas H. Stephani, quas ille ad calcem voluminis rejecerat ſuo ſtatim loco ſubſterneret, & pauciſſimus quasdam aliorum Vjrorum doctorum à ſe hinc inde collectas & obſervatas adjungeret.

Si quis novam adornatur? eſſet Appiani editionem, is præter fragmenta legationum Photiiq; excerpta è libro primo, & Illyrica Græce ab Hœſchelio edita Stephaniq; Gradii latinam Illyricorum verſionem adjungere poſſet & expendere *Jacobi Palmerii* exercitationes ad quædam Appiani loca in ejus Exercitationibus ad Varios auctores græcos Lugd. Bat. 1668. 4. p. 151. - 167. in quibus p. 164. & 165. vir doctus inter alia contendit male hellenizare Appianum, neque in exemplum purioris Helleniſmi proponendum: præterea peſſimum in rebus Hiſpaniæ Geographum eſſe.

Translatus quoq; in plures linguas vernaculas eſt Appianus, nam Anglice tertium non ita pridem prodiit Londini 170?. fol. *Gallicè* Pariſ. 1659. fol. interprete Mareſio, ne dicam de veteri Gallica verſione *Claudii Seyſſelii* Archi-Epiſcopi Taurinenſis Pariſ. 1552. fol. tum de interpretatione Gallica Hannibalicorum per *Ludovicum Tagaut* Lugd. 1559. 12. vel Ibericorum, Hannibalicorumque per *Philippum de Avenelles*

* Jovius elog. Viror. Doctorum p. 28.

Pariſ. 1650. vel de *Hiſpanica* denique verſione Appiani, neſcio quo auctore edita Valentiæ A. 1522. aut *Italica* Alexandri Braccii Venet. 1538. 1510. 8. Confer, ſi placet, Pandectas Brandenburgicas Chriſtophori Heidenreichii.

A multis obſervatum eſt, Appianum in Hiſtoria ſua, qua Romani præcipue Imperii amplitudinem, incrementa ac militarem diſciplinam accuratius perſequitur, quamque ideo viro militari utiliorem, quam civili eſſe affirmat Conringius, * ad verbum multa hauſiſſe è Polybio, Plutarcho, aliisque, unde *alienorum laborum fucum* appellat Joſephus Scaliger ad Euſebii num. 2021. & Caſpar Barthius de Appiano lib. VIII. Epidorpidon pag. 136.

Legas, monebo, cautior vagum auctorem,
Clepit ſubinde verſa dicta majorum.

Johannes tamen Freinshemius ex his ipſis furtis alium potius quam Appianum fuiſſe hiſtoriæ hujus ſcriptorem ſuspicatur, miro ſane argumento in notis ad Flori IV. 10. 4. *Exſcriptor Plutarchi, qui Appiani nomine fertur, nam Plutarchi coætaneus, ne ſi voluiſſet quidem furta tam inſignia potuiſſet impune facere.* Forte non plus ſolididatis hoc videbitur habere argumentum, quam illa Joſephi Scaligeri ad Euſeb. num. 2140. qui fabuloſa quædam cum in libris Appiani deprehendere ſibi videretur, ea ab alio, neſcio quo, adtexta exiſtimabat. *Multa hujusmodi fabuloſa adtexta ſunt illi libro Appiani, ut mediocriter docto conſtare poteſt.* Addit tamen: *Quod ſi non aſſuta ſunt, valde infantem in hiſtoria Appianum fuiſſe neceſſe eſt.* Franciſcus quoq; Balduinus lib. I. de inſtitut. Hiſtoriæ p. 87. cum obſervaſſet bene multa è Plutarchi Craſſo in Appiani Parthicis repeti, id factum conjicit, non ab ipſo Appiano, qui Plutarchi fuerit æqualis, ſed à librariis ſupplendæ in illius Commentariis lacunæ. Equidem per exempla innumera oppido patet, his, qui religioni ſibi neutiquam ducunt alios exſcribere, non minus frequens eſſe, imo frequentius ſcriptores ſuæ ætatis compilare, quam vetuſtiores.

CAPUT

* De prudentia Civili c. 14.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

DE PHLEGONTE, ARTEMIDORO &c.

Phlegontis ætas. 1. *Scripta quæ exstant.* 2. *Scripta deperdita.* 3. *Liber de Nilo tributus Phlegonti à Menagio. ibid. Testimonium de Eclipsi admiranda Solis.* 4. *Index scriptorum à Phlegonte allegatorum.* 5. *Artemidori Daldiani ætas.* 6. *Ejus Onirocritica.* 7. *Editiones.* 8. *Alii Artemidori.* 9. *Scriptorum in Artemidoro allegatorum index.* 10. *De Astrampsychi Onirocriticis.* 11. *De Achmete scriptore ejusdem argumenti.* 12. *Alii scriptores de somniis.* 13.

1.

PHLEGON a) Trallibus Lydiæ civitate natus, Hadriani b) Imp. libertus fuit non Augusti, ut quibusdam visum esse Svidas prodidit. Certe Chronicon suum ad extrema Hadriani tempora usq; ad Olymp. CCXXIX. produxisse Phlegontem testatur idem Svidas, ut in re manifesta libenter abstineam aliis argumentis certissimis, quæ in medium attulere viri eruditi Meursius c) Vossius, Salmasius. Utrum vero à Patrono suo dictus quoque fuerit *Ælius Phlegon*, ut votari eum video à Naudæo quæst. 2. Jatrophil. p. 43. vel *Phlegon Hadrianus*, ut è lectione Codicis Palatini in Spartiani Severo c. 20. idem Salmasius conjicit, dubium valde esse & magis idoneo testimonio quam librarii fortassis hallucinatione indigere existimo. Neque probare possum Meursii emendationem, qui apud Phlegontem cap. 10. de mirabilibus reponit nomina Marci Plautii & Sentii Augurini, quos ait Consules fuisse anno XVIII. Antonini Pii, CHRISTI CLVI, quo pacto verisimile esset ad M. Aurelii usq; imperium ætatem productam à Phlegonte. Sed haud dubie apud Plegontem deletis verbis καὶ Σέξτου Καρμινίου reliqua jungenda, & legendum: Μάρκου d) Πλαυτίου Ὑψαίου καὶ Μάρκου Φυλ-

a) Alius Phlegon cujus meminit S. Paulus Apostolus Rom. XVI. 14. Memoratur & Attius quidam Phlegon Quintillæ pater in veteri inscriptione apud Gruter. pag. DCLXXI. 6. ut Meursio jam observatum. Ælium Maurum Phlegontis nostri libertum allegat Spartianus in Severo cap. 20.

b) Spartianus in Hadriano c. 16. Vopiscus in Saturnino c. 7. Photius Cod 97.

c) Meursius in limine notar. ad Phlegontem Vossius lib. 2. de Hist. Græc. c. 11. Salmasius ad Spartiani Hadrian. c. 16.

d) Publius Plautius dicitur in Codicibus Julii Obsequentis c. 90.

Digitized by Google

Φαλβ, & Φλάκκα qui Conſules fuere anno Urbis DCXXIX. ante CHRISTUM CXXV. Qui vero cum Augurino Conſul fuit Anno CHRISTI 156. male vocatur in Onufrii faſtis M. Plautius Sylvanus, quæ res Meurſio fraudi fuit, nam è veteri inſcriptione apud Gruterum p. CXXVIII. 5. conſtat appellatum eſſe M. Cejonium Silvanum, ut notavit illuſtris Noriſius in Epiſtola Conſulari e) vel certe Julium Silvanum, ut eſt in alia inſcriptione veteri quam è Gudiana collectione edidit doctiſſimus Cuperus in Epiſtola ad Almelovenium, faſtis hujº Viri clariſſ. Conſularibus præmiſſa. Idem Meurſius male inter falſa habere jubet quod Phlegon cap. 13. mirabilium ex Apollonio Grammatico ſcribit Tiberio propter urbes Aſiæ quas terræ motu deletas ſuo ſumtu reſtauravit, coloſſum in foro Romæ dedicatum poſitis infra ſingularum urbium ſtatuis. Quin imo ejus rei non modo memoria in numis exſtat, ſed ſi acutam Laur. Theodori Gronovii f) conjecturam ſequimur, etiamnum hodie ſupereſt marmorea Coloſſi illius baſis.

II. Scripta Phlegontis hæc ad nos pervenerunt:

1. περὶ θαυμασίων g) *de mirabilibus* liber, S. Hieronymo in Habacucum & Svidæ in Φλέγων memoratus, ſed initio mutilus.
2. περὶ μακροβίων liber *de* h) *longævis*, Italis maxime qui centum & amplius annis vixerunt, ibidem Svidæ memoratus & ex αὐτῶν τῶν ἀποτιμήσεων ſive commentariis cenſualibus ab auctore excerptus, in cujus extrema parte quædam deſiderari videntur. Carmen Sibyllinum quod poſt Phlegontem c. ult. refert etiam Zoſimus lib. II. c. 6. Metaphraſi latina donavit Politianus c. LVIII. Miſc. illuſtrant Petrus Taffinus libro de anno ſæculari & Iſ. Voſſius cap. IX. de Sibyllinis Oraculis, qui parum veriſimiliter Phlegontem ipſum carminis hujus facit auctorem.
3. περὶ τῶν Ὀλυμπίων, *de Olympiis* fragmentum: ſive præfatio ut conjiciebat Salmaſius i) præfixa à Phlegonte libris Ὀλυμπιονικῶν. Hanc Græce præmiſſam quoque habes præclaræ Pindari editioni Oxon. 1697. fol.

Edi-

e) T. XI. theſauri Antiqv. Rom. Græviani p. 453.
f) Vide Laur. Theodor. Gronovii obſervationes ad marmoream baſin ab Antonio Buliſono Neapolitano primum editam T. VII. theſauri Antiqv. Græcar. p. 448. ſeq.
g) Alios ſcriptores hujus argumenti habes ſupra lib. I. c. 22. §. 4. & lib. 3. c. 27. §. 8.
h) De eodem argumento ſcripſit poſtea Lucianus, ut infra ſuo loco dicam.
i) Salmaſ. ad Spartian. Hadriano 6, 16.

Digitized by Google

Edita ſunt hæc Phlegontis opuſcula Græce ex antiquiſſimo Palatino Codice à *Guilelmo Xylandro* primum una cum Antigoni & Apollonii mirabilibus & M. Antonino, & latina verſione ſeparatim excuſa Baſil. 1568. 8. apud Thomam Gvarinum. Deinde cum ejusdem Xylandri verſione & *Joannis Meurſii* notis, in quibus Conſulum præcipue nomina in libro de mirabilibus memorata cum faſtis Siculis & Capitolinis contulit ac ſubinde emendavit. Deniq; libellum de mirabilibus & alterum de longævis *Jacobus Gronovius* V. C. ex Meurſii editione recudendum dedit Tomo VIII. theſauri Antiquitatum Græcarum, notis Meurſii per ſingulas paginas ſtatim ſubſtratis. Fragmentum de Olympiis exſtat Tomo IX.

III. Scripta Phlegontis deperdita:

1. Ὀλυμπιονικῶν καὶ χρονικῶν ἀναγωγὴ de Olympionicis & rebus per orbem terrarum geſtis usque ad extrema Hadriani Imp. ſive Olympiadem k) CCXXIX. 1. libri XVI. ad Alcibiadem quendam unum ex ſtipatoribus Hadriani Imp. Vide Svidam in Φλέγων & Photium Cod. XCVII. qui legit primores hujus operis libros quinque, deſinentes in Olympiade CLXXVII. Allegatur hoc opus quod cum magna veteris Hiſtoriæ & Chronologicæ rei jactura intercidit, ab Origene, Euſebio, Stephano Byz. aliisque. Reprehendit in illo Photius inter alia intempeſtivam Φιλομνίαν & Φιλοπμίαν circa oracula, quam in his etiam quæ exſtant Phlegontis ſcriptis obſervare licet.
2. Ὀλυμπάδες βιβλίοις ἡ. Opus ejusdem * argumenti libris VIII. Svid.
3. Ἐπτομὴ Ὀλυμπιονικῶν ἐν βιβλίοις β'. Svid. Pro hac Epitome Phlegontis eruditiſſimus Reineſius l) male habebat Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴν à Scaligero ad calcem Chronici Euſebiani Græce editam, atq; ut multa ſvadent, ab eodem ipſo Scaligero è veterum ſcriptis ſingulari ſtudio congeſtam, etſi Meurſius, G. Jo. Voſſius & alii paſſim

k) Quoniam annus primus Olymp. 129. Imp. Hadriano emortualis fuit, & Photius Phlegontis ipſius verbis teſtatur hunc Chronicon ſuum perduxiſſe μέχρι τῶν Ἁδριανοῦ χρόνων, hinc malo aſſentiri Petavio XIII. de doctrina temp. ad annum P. I 4850. quàm viro doctiſſimo Antonino Pagi qui ad A. C. 136. n. 8. pro certo tenendum affirmat Olympiadem CCXXIX. apud Svidam integram includi non vero excludi oportere.

* Salmaſius ad Spartian. c. 16. putat Phlegontis Πραχθέντα πανταχῆ ſive Chronica libris 8. alterius argumenti fuiſſe ab Olympiadibus libris XVI. Sed liber XIII. & XIV. Chronicorum ab Origene, Euſebio &c. allegatur.

l) Reineſ. Epiſt. ad Hofmannum p. 585.

eam pro veteri ſcriptore in teſtimonium citant. Vide ſi placet quæ dixi lib. II. cap. 15. p. 533.

4. Ἔκφρασις Σικελίας. Deſcriptio Siciliæ. Svid.

5. Περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις ἑορτῶν βιβλία γ'. Libri III. de feſtis Romanorum. id.

6. Περὶ τῶν ἐν Ῥώμῃ τόπων καὶ ὧν ἐπικέκληνται ὀνομάτων. *De locis illuſtribus urbis Romæ eorumque nominibus.* Svid.

7. *Libri de Vita Hadriani Imp.* ab ipſo Imperatore ſcripta, & ſub Phlegontis nomine edita. Spartianus in Hadriano cap. 16. *Famæ celebris Hadrianus tam cupidus fuit ut libros vitæ ſuæ ſcriptos à ſe libertis ſuis litteratis dederit, jubens ut eos ſuis nominibus publicarent. Nam Phlegontis libri Hadriani eſſe dicuntur.* Viram Hadriani allegat idem Spartianus cap. 7. Ex hac quoque petita videtur Hadriani Epiſtola quam è Vopiſci Saturnino cap. 8. repetit Petrus Crinitus XII. 10. de honeſta diſciplina.

Miror Phlegonti etiam tribui librum de Nilo in Menagii notis ad Laërtii Thaletem lib. I. ſect. 37. *Vetus ſcriptor Anonymus forte Phlegon Trallianus in tractatu* περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως *qui manuſcriptus ſervatur in Bibliotheca Veneta, & cujus exemplum mecum communicavit Mericus Bigotius, ejusdem & ipſe meminit his verbis:* Θαλῆς ὁ Μιλήσιος εἰς τῶν ἑπτὰ σοφῶν φησὶ διὰ τὰς ἐτησίας γίνεσθαι τὴν ἀναπλήρωσιν. Πνεῖν γὰρ αὐτὰς ἐναντίας τῷ ποταμῷ, καὶ τὰ στόματα κεῖσθαι κατὰ τὴν πνοὴν αὐτῶν. Τὸν μὲν οὖν ἄνεμον ἐξ ἐναντίας πνέοντα κωλύειν τὴν ἔκβασιν τοῦ ποταμοῦ ἐμπίπτειν εἰς τὴν θάλασσαν. Τὸ δὲ κῦμα προσπίπτον τοῖς στόμασι καὶ βίαιον ὄν, αἴτιον ἀνακόπτειν τὸν ποταμὸν καὶ ἀναπλήρωσιν ὅτως φησὶν γίνεσθαι τοῦ ποταμοῦ. Eadem fere leguntur in libro de Nilo qui ſub Ariſtotelis nomine ex veteri tantum verſione exſtat in antiquis latinis Philoſophi editionibus. Sed plane iisdem verbis incipit Anonymus περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναπληρώσεως, quem cum Ariſtotelis & Theophraſti quibusdam ſcriptis primus Græce vulgavit H. Stephanus A. 1558. 8. & Græce atque latine Herodoto ſubjecit Jungermannus ac poſt eum præclariſſimus Galeus. Neque dubito hunc ipſum eſſe brevem illum libellum quem manu exaratum à Bigotio Menagius accepit.

IV. In Chriſtianorum ſcriptis nihil eſt Phlegonte noſtro celebratius propter memoratam in Chronici ſui libro XIII. ad Olymp. CCII. 4. Tiberii XVIII. ſingularem illam Eclipſin qua

Dies diem quæſivit, intremuit ſolum.

Ver-

Digitized by Google

Verba Phlegontis teſtatur afferre ſe Euſebius apud Syncellum p. 325. τῷ δ' ἔτει (Petavius XII. 21. doctrin. temp. legit τῷ β ἔτει ut ſemel eſt apud Philoponum p. 89. in Hexaëm. ſed eadem pagina bis deinde legitur πατέρτῳ) τῆς σβ' Ὀλυμπιάδ☉ ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν ἐγνωσμένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρας ἕκτης τῆς ἡμέρας m) ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. Σεισμός τε μέγας κ☽ Βιθυνίαν τὰ πολλὰ Νικαίας κατεπέσατο. Hæc de admiranda illa quæ CHRISTO patiente contigit Solis obſcuratione intelligenda eſſe ne dubitarunt quidem veteres Julius Africanus apud Syncell. p. 322. Origenes 2. contra Celſ. p. 80. & 96. Euſebius apud Syncell. p. 325. Hieronymus in Chronico, Oroſius VII. 4. Joannes Philoponus II. 21. & III. 9. in Hexaëm. Joannes Malalas T. 1. Chron. pag. 310. & Auctor Chronici Alex. ut Maximum ad Epiſtolam ſeptimam Dionyſii pſeudoAreopag. Syncellum aliosque juniores omittam. Et quanquam Chronologicis quibusdam difficultatibus permoti viri quidam doctiſſimi de alia eclipſi loqui Phlegontem exiſtimarunt, ut præter Keplerum n) in Eclogis Chronicis, G. Jo. Voſſius II. 10. Harmoniæ Evangelicæ & noviſſime Sam. Baſnagius ad A. C. *XXIX.* 30. ſeq. & *XXXIII.* n. 118. non tamen usque adeo exploratæ mihi videntur illorum rationes, ut non malim veteribus aſſentiri, cum certiſſimum ſit Plegontem etiam alia de rebus CHRISTI & Judæorum Chronico ſuo inſeruiſſe. Origenes tractatu *XXIX.* in Matth. *Si autem oportet & de temporibus aliquid dicere, dicimus quoniam in Chronicis Phlegontis cujusdam dicitur, ſi tamen & hunc debemus quaſi vera dicentem de templo ſuscipere, quoniam circa quadrageſimum annum à quintodecimo anno Tiberii Cæſaris facta eſt deſtructio Jeruſalem, & templi quod fuit in ea.* Idem lib. 2. contra Celſum pag. 69. Φλέγων μέν τοι ἐν τρισκαιδεκάτῳ ἢ πεντεκαιδεκάτῳ οἶμαι τῶν Χρονικῶν καὶ ᾗδέ τινων μελλόντων προγνωσιν ἔδωκε τῷ Χριστῷ, συγχυθεὶς ἐν τοῖς ᾗδὶ Πέτρε ὡς

m) Si hæc ſunt Phlegontis verba, fallit nos Africanus qui apud Syncell. p. 322. refert Phlegontem ſcripſiſſe quod eclipſis contigerit in plenilunio, & à ſexta hora in nonam duraverit. Φλέγων ἱστορεῖ ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρ☉ ἐν πανσελήνῳ ἔκλειψιν ἡλίου γεγονέναι τελείαν ὥρας ἕκτης μέχρις ἐνάτης, Sane πανσελήνῳ non meminiſſe Phlegontem, diſerte teſtatur Origenes 35. in Matth. de Eclipſi hac diſſerens. *Et Phlegon quidem in Chronicis ſuis ſcripſit, in principatu Tiberii Cæſaris hoc factum, ſed non ſignificavit in luna plena hoc factum.*

n) Keplerum impugnat Huetius in demonſtrat. Evangel. p. 49. Voſſium amicus noſter Jo. Frickius diſſ. de tenebris tempore ſalutiferæ paſſionis Orbi ſuperfuſis Lipſ. 1692. Vide & quæ de loco Phlegontis disputant Scaliger ad Euſeb. pag. 185. 186. Tillemontius ad vitam CHRISTI nota 35. Pagi ad A. C. 32. n. 13. Bælius in Lexico ubi de Plegonte & Hugo Ferrandus reflex. ſur la relig. Chrétienne T. 1. pag. 321. ſeq &c.

περὶ δὲ Ἰησοῦ, καὶ ἐμαρτύρησεν ὅτι καὶ τὰ εἰρημένα ὑπ' αὐτοῦ τὰ λεγόμενα ἀπήντησε.

V. Index ſcriptorum à Phlegonte allegatorum.

AGatharchides ἐν τῇ ἑνάτῃ τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν ἱστοριῶν. De Longæv. cap. 2.
Anacreon. id. cap. 4.
Antigonus. Mirabil. cap. 28.
Antiſthenes Peripateticus. id. c. 3.
Apollodorus ἐν τοῖς χρονικοῖς. Longæv. c. 2.
Apollonius Mirabil. c. 11. Grammaticus. id. c. 13.
Callimachus id. c. 4.
Clitarchus id. c. 4.
Craterus id. c. 32.
Dicæarchus id. c. 4.
Dorotheus ἐν ὑπομνήμασιν. Mirabil. c. 26.
Eumachus ἐν περιηγήσει id. c. 18.
Herodotus. Longæv. c. 4.
Heſiodus. Mirabil. c. 4.
Hieron (Meurſ. legit Heron) Alexandrinus ſive Epheſius. id. cap. 2.
Hippoſtratus περὶ Μίνω, id. c. 30.
Homerus id. cap. 11.
Megaſthenes id. c. 33. (c. 4.
Oracula. Mirabil. c. 3. & 10. Longæv.
Theopompus Sinopenſis περὶ σησαμῶν. id. c. 19.

VI. Phlegonti ſubjiciam ejusdem ætatis auctorem ARTEMIDORUM Daldianum, una cum aliis quibusdam ſcriptoribus Onirocriticis. Artemidorus ille Hadriani & Antonini Pii temporibus vixiſſe ſe innuit libro I. cap. 28. p. 26. & cap. 66. p. 55. ut Rigaltio jam obſervatum. Daldianus quam Epheſius maluit vocari, licet paterno genere Epheſius, materno Daldianus eſſet, ut Daldiæ ſive Daldidi opido Lydiæ alioqui obſcuro nomen aliquod ex ſe fœneraretur. En ejus verba lib. III, cap. ult. p. 193. ex quibus intelliges plura etiam alterius argumenti ſcripſiſſe: τὰ μὲν δὴ χρειώδη, Κάσσιε Μάξιμε, τοῖς βιβλίοις καθὼς προσῆκεν ἐξ ὁλοκλήρου πάντα ἀποδέδοται. Τὴν δ' ὑπογραφὴν μὴ θαυμάσῃς διότι Ἀρτεμιδώρου Δαλδιανοῦ καὶ οὐχὶ Ἐφεσίου ἐπιγέγραπται, ὥσπερ πολλὰ τῶν ἤδη εἰς ἄλλας πραγματείας πεποιημένων μοι βιβλίων. Τὴν μὲν γὰρ Ἔφεσον συμβέβηκε καὶ αὐτῷ δι' ἑαυτὴν περιώνυμον εἶναι, καὶ πολλῶν ἀξιολόγων κηρύκων τετυχηκέναι. Δαλδία δ' (Svidæ Codicibus Δαλδίς) πόλισμα Λυδίας καὶ σφόδρα ἐλλόγιμον διὰ τὸ μὴ τοιούτων ἀνδρῶν τετυχηκέναι, ἄγνωστον τὸ μέχρι εἰς ἐμὲ μεμένηκε, διὸ θρεπτήρια ἄσημ μοι πατρίδι πρὸς μητρὸς, ταῦτα ἀποδίδωμι αὐτῇ. Epheſius tamen vocatur à Luciano in Philopatride. Libro IV. capite 74. illum ſolum prædicat felicem Artemidorus ᾧ μηδὲν μέτεστι κακοδαιμονίας, qualis

lis eſt mortuus. Hinc Epicureum nonnulli voluerunt conjicere. Sed idem plane aliis etiam pronunciatum, ut Soloni illi ad Crœſum. Et ab Epicureo quidvis potius exſpectes quam divinationem tam ſollicitam è ſomniis, ex avium involatu, & ex manus lineamentis, o) Stoico Philoſopho digniorem. Philoſophum Svidas quoque appellat, ipſe vero ſe nec rei Medicæ, Phyſicæve nec rerum humanarum demonſtrat fuiſſe imperitum.

VII. Exſtant hujus Artemidori libri quinque de ſomniis, quorum *duo* primi Onirocritica ſive divinationem è ſomniis per claſſes rerum de quibus obtingunt ſomnia perſequentes in illuſtris cujusdam viri *Caſſii Maximi* gratiam ſcripti eique dicati ſunt, quem initio libri IV. κράτιστον appellat, atque alibi à virtute ac ſapientia celebrat. Liber *tertius* ad eundem Maximum miſſus eſt ſub titulo Φιλαλήθους ἐπῳδῆς, atque paralipomena quædam ejusdem argumenti complectitur. *Quartum* filio cognomini inſcripſit Attemidorus nova itidem paralipomena de ſomniis interpretandis continentem. Atque hi ſunt quatuor libri ὀνειροκριτικῶν quæ ſcripſiſſe Artemidorum, Svidas refert. Qui enim in editionibus ſubjungitur *quintus* itidem filio dicatus, continet ὀνείρων διηγήσεις ſive narrationes ſomniorum prope centum cum eorum eventibus. Bene de hoc opere Voſſius lib. de Philoſophia cap. V. §. 50. *Rem ſi ſpectes, nihil eo vanius. Sed utilis tamen ejus lectio erit ob tam multa quæ admiſcet de ritibus antiquis & ſtudio humanitatis.* Julio Scaligero quidem judice in lib. I. Ariſtot. de plantis pag. 121. *vix dici poteſt quam ridiculus plerumque ac plane ſomnians ſit. Non ille quæ contingerint aliquando quaque eum ad modum forte obſervata ſint potius deducere videtur ad præceptiones, quam præſcribere vel Deo vel naturæ quibus artibus ſomniorum lex ſit mortalibus edicenda. Tum ſparſim ac confuſe omnia: quæ ſolus ac primus Augerius* p) *noſter hic ad artem redegit ſubtiliſſimis inventis.* Artemidorum noſtrum cum Ariſtandro Telmiſſenſi, celebri Alexandri M. ſomniorum interprete memorat Lucianus in dialogo cui titulus Philopatris T. 2. pag. 775. Artemidorus ipſe præfat. libri I. teſtatur ſe non modo ſcriptores hujus argumenti quoscunque nanciſci potuit diligenter comparaſſe omnes & evolviſſe, ſed quoq; per

o) Præter Onirocritica quæ exſtant, ſcripſiſſe Artemidorum etiam διονοσκεπτικὰ & χειροσκεπτικά teſtatur Svidas.

p) Augerium Ferrerium intelligit in libro de ſomniis, quem cum ſcriptis Hippocratis, Galeni & Syneſii ejusdem argumenti edidit Lugd. 1549. apud Tornæſ. forma minore.

Digitized by Google

plures annos, in Græcia, Asia & Italia insulisque maximis & populosissimis esse versatum, ut de pluribus edoctus & plurimis divinatoribus consultis somniorum rationes quam perfectissime perscribere valeret. Nec dubitat affirmare quod à Numine ad hoc suscipiendum singulariter permotus sit impulsusque p. 197. Ἐπειδὴ κ᾽ δαίμονα καὶ τὸν ἅ κρατίστ᾽ Καισάρ᾽ Μαξίμᾳ ἀνδρὶ πεντάπαν ὀνειροκριτικὰ βιβλία μηδεπω: & clarius p. 161. ubi monet lectores ne quæ ipsis superflua videantur è libris suis eradant, vel de suis addant, sed potius propria scripta componant. Θεὸν ἐπόπτην καὶ φύλακα πάντων νομίζοντες Ἀπόλλωνα, ᾧ πειθόμενος. ἐγὼ πατρίῳ ὄντι θεῷ εἰς τήνδε τὴν πραγματείαν προῆλθον πολλάκις με προτρεψαμένῳ, μᾶλιστα δ᾽ νῦν ἐναργῶς προστάντι μοι ἡνίκα σοι ἐγνωρίσθην, καὶ μονονοὺ κελεύσαντι πᾶσι συγγράψαι. Οὐδὲν δὲ θαυμαστὸν τὸν ἐν Δαλδίᾳ Ἀπόλλωνα ὃν μύστην καλοῦμεν ἡμεῖς πατρῴῳ ὀνόματι πᾶσι με προτρέψασθαι τῆς σῆς ἀρετῆς καὶ σοφίας προνοούμενον. Καὶ γὰρ εἶναί τινα Λυδοῖς πρὸς Φοίνικας q) οἰκεῖα πάτρια ἡμῖν ἐξηγούμενοι φασίν.

VIII. Græce primum editi sunt libri quinque Artemidori ab Aldo r) A. 1518. 8.

Latine vertit *Janus Cornarius* Physicus Francofordiensis Basil. 1537. 8. apud Froben. & Lugd. 1546. 8.

Græce & latine, retenta Cornarii versione licet non usque quaque optima, recudi fecit *Nicolaus Rigaltius* Paris. 1603. 4. additis eruditis notis, in quibus hinc inde laudat emendationes Isaaci Casauboni. De titulis verocapitum observat p. 10. *Hic semel notandum, quod sæpicule in his libris observari possit, imperitos librarios ineptis titulis cohærentia capita disjunxisse.* Subjecit idem Rigaltius Onirocritica Astrampsychi, Nicephori CPol. & Achmetis de quibus infra §. XI. seq.

Artemidori editionem à *Grutero* promissam testatus est Is. Casaubonus Epistola 33. ad Frid. Lindebrogium scripta A. 1595. Nostra ætate novam hujus scriptoris ἔκδοσιν moliebatur V. C. *Jacobus Tollius*, qui loca perpauca Artemidori tangit in fortuitis suis. Plura emendavit & illustravit nuper *Lambertus Bos* Franequaranæ Academiæ lumen in Observ-

q) Cave credas Lindenio & Merklino, qui in opere de scriptis Medicis referunt præter libros quatuor de somniis editos etiam esse ab Aldo libros II. ejusdem Artemidori de auguriis ac manuum inspectione (οἰωνοσκοπικὰ & χειροσκοπικὰ) Græce. A. 1527. 4. Hoc observatum etiam Bælio in Lex.

r) Num itaque Cassius iste magistratum gerebat in Phœnicia? Ita videntur hæc Artemidori verba svadere. Phœnicium odoratus etiam est accuratissimus Tillemontius T. 2. Hist. Imperator. p. 732.

Digitized by Google

ſervationibus Criticis cap. 21. 22. 23. 24. caſtigatis etiam variis Cornarii interpretis erroribus.

Verſiones Artemidori *Gallicas*, *Anglicas*, *Italicas*, *Germanicas* & *Hiſpanicas* libenter prætereo, quia fere non ſunt ſinceræ, ſed fruſtra hoc & incaſſum deprecante & per Apollinis reverentiam deprecante auctore s) vel mutilæ vel variis modis interpolatæ. Eas petat qui velit ex Hendreichii pandectis Brandeburgicis, qui tamen ubi de hoc ſcriptore agit, non eſt valde accuratus. Quis enim vidit libros ejus de Auguriis & de manuum inſpectione? quis tres editiones Venetas Artemidori Græcas in 4. A. 1518. 1527. 1529? Quis Hiſpanicam Lugd. 1609. additis Auguſtini Niſi octo libris divinationum? Sane quæ in Indice Hiſpanico proſcribitur editio Artemidori illius anni Lugdunenſis (quemadmodum prohibentur in eodem indice omnes lingua vernacula quacunque editæ) Gallica eſt (non Hiſpanica) additis Auguſtini Niphi divinationum libris. Prodiit & Artemidorus Gallice Lugd. 1596. 12. & Epitome per Carolum Fontanum Lugd. 1555. 8. Pariſ. 1566. forma minore.

IX. *Alii Artemidori.*

Artemidorus *Ariſtophanius* Grammaticus, cujus περὶ ὠῳείδου & γλώσσαι ὀψαρτυτικαὶ laudat Athenæus. Gloſſas Opſartyticas Svidas quoq; memorat, qui Pſeudo Ariſtophanium appellat in Τιμαχίδας & Ἀρτεμίδωρον, ubi conſule notas doctiſſimi Neocori.

Artemidorus *Aſcalonita* Grammaticus quem περὶ Βιθυνίας ſcripſiſſe teſtatur Stephanus Byz. in Ἀσκάλων. Hunc male cum Epheſio Geographo Voſſius p. 143. de Hiſt. Græc. confundit. Veriſimilior, quanquam incerta conjecturæ jusdem Voſſii pag. 143. ubi cum Ariſtophanio conjicit eundem eſſe, vel Meurſii in Bibl. Græca, qui cum Artemidoro Capitone.

Artemidorus *Capito* Grammaticus ſub Hadriano Imp. clarus, qui junctis cum Dioſcoride Alexandrino operis Hippocratem olim recenſuit, non parum ſibi in eo licere ratus, ut Galenus haud uno loco conqueritur. Vide quæ notavi infra in indice ſcriptorum à Galeno allegatorum. Hujus neſcio an ſuperioris Artemidori Grammatici λέξεις allegat Erotianus in λάσιον.

Artemidorus *Cnidius* Theopompi F. Strabo XIV. p. 656. Rhetor & litterarum Græcarum doctor, is ipſe qui libellorum inſidiarum indicem Jul. Cæſari Idibus Martiis in curiam eunti fruſtra obtulit. Plutarch. Cæſare p. 738. Arte-

s) Artemidor. lib. 2. extrem.

Artemidorus *Dialecticus* qui contra Chryſippum ſcripſit. Laërt. *IX.* 53.

Artemidorus *Epheſius* Geographus Straboni, Plinio & Stephano Byz. ſæpius laudatus, claruit circa Olymp. CLXIX. adeoque ducentis circiter annis Artemidorum Daldianum ætate anteceſſit, cum quo eum aliud agens confundit Geſnerus vir præſtantiſſimus in Bibl. *Geographiam* complexus fuit Artemidorus *undecim libris* quorum Epitomen ſcripſit *Marcianus Heracleota*, ut dixi ſupra hoc libro IV. cap. 2. §. 10. Allegatur etiam à Diodoro Sic. Porphyrio de antro Nymphor. pag. 233. Conſtantino de adminiſtrando Imp. p. 23. ſeq. & Athenæo qui præterea Artemidori Epheſii (neſcio an hujus) *ἰωνικὰ ὑπομνήματα* laudat III. p. 111. Conf. Meurſium in Bibl. Græca & Voſſium de Hiſt. Græcis. Fragmenta hujus Artemidori pleraque collegit ad calcem Marciani doctiſſimus Hudſonus T. 1. Geographor. Græc. minorum.

Artemidorus *Eraſiſtrateus.* Vide infra in Artemidoro Sidenſi ſive Sidete.

L. *Artemidorus* in Vet. inſcriptione apud Sponium pag. 117. Miſc. Vide & Roſſi ſive Rubei memorias Brixianas p. 94. edit. ſecundæ.

Artemidorus *Muſonii* Philoſophi gener, Philoſophus & ipſe, amicus Plinii junioris quem vide lib. III. Epiſt. IX.

Artemidorus *Parianus.* Senec. lib. I. Nat. quæſt. c. 4.

Artemidorus *Pictor.* Martial. V. 41. Neſcio an alius IX. 22.

Artemidorus *Pugil.* Infra in Artemidoro Tralliano.

Artemidorus *Sidenſis* Eraſiſtrati ſectator Medicus, laudatus Cœlio Aureliano, & diverſus ni fallor ab Artemidoro Capitone de quo ſupra.

Artemidorus *Tarſenſis* Grammaticus. Strab. XIV. p. 675.

Artemidorus *Trallianus* pugil de quo Pauſanias 2. Eliac. & Martialis VI. 77. Loënſis V. 10. Epiphyll.

Incertum cujus Artemidori *Elegia περὶ ἔρωτος* laudantur in Eratoſthenis cataſteriſmis cap. 31. Artemidori *σωαγωγή* in Scholiis ad Ariſtoph. Veſpas v. 1164. Artemidorus quem inter ſcriptores *de pyramidibus* refert Plinius XXXVI. 12. niſi Epheſium alibi laudatum intelligit, qui in opere Geographico potuit ubi de Ægypto diſſerebat pyramides quoque deſcribere.

X. *In-*

Digitized by Google

X. *Index ſcriptorum ab Artemidoro allegatorum* Compoſitus ad paginas editionis Rigaltianæ.

Alexander Myndius. 58. 90. 152.
Antipater ὀνειροκρίτης. 240.
Antipho Athenienſis. 103.
Apollodorus Telmiſſenſis. 73.
Apollonius Attalenſis. 33. 175.
Archæus. 112.
Archelaus. 114.
Ariſtander Telmiſſenſis. 30. 73. 217.
Ariſtarchus ἄριστος ὀνειροκρίτης. 216.
Ariſtophanes (Grammaticus) ἐν τοῖς εἰς Ἀριστοτέλην (περὶ ζώων) ὑπομνήμασι. 103.
Ariſtoteles. 141. de animalibus. 103. 214.
Artemon Mileſius. 7. Ejus libri XXII. de ſomniis, in quibus σωτηρίαι καὶ θεραπεῖαι ἀπὸ Σαραπίδος δοθεῖσαι. 142.
Callimachus. 251.
Demetrii Phalerei libri quinque de ſomniis. 142.
Dionyſius Heliopolites. 152.
Evenus ἐν τοῖς εἰς Εὔνομον ἐρωτικοῖς. 12.
Euripides. 237. (142.
Gemini Tyrii libri III. de ſomniis.
Heraclides Ponticus. 239.
Heſiodus. 237.
Homerus. 1. 6. 199.
Lycophron. 239.
Melampus. 114.
Menander. 102.
Nicoſtratus Epheſius. 10.
Panyaſis Halicarnaſſeus. 10. 55. 124.
Parthenius in elogiis. 239.
Phœbus Antiochenus. 7. 90. 229.
Pindarus. 91. (241.
Theognis 32. 56.
Xenocrates Aphrodiſienſis. 114.
Xenophron. 56.

XI. Artemidoro Rigaltius ſubjecit ASTRAMPSYCHI Onirocriticon ſive monoſticha jambica Græca centum & unum de ſomniotum ſignificatione, digeſta ordine litterarum, cum latina proſaria verſione *Joannis Opſopœi*. Aſtrampſychus Magi Perſæ nomen eſt, ut è Laërtii proœmio patet ſect. 2. & Svida in Μαγοι. Sed hic Aſtrampſychus quidam junior eſſe videtur. *Non admodum vetus auctor eſt*, inquit Rigaltius, *ut ex charactere ſcribendi, item ex neglectu moduli ſyllabarum apparet*. Svidas ejus meminit his verbis: Ἀστράμψυχος, ὃς βιβλίον ἰατρικὸν εἰς ὄνων θεραπείαν πεποίηκε, καὶ Ὀνειροκριτικόν. Sed & ſingulos verſus Onirocritici ſparſim per totum lexicon ſuum protulit, nomine auctoris ut ſæpe ſolet præterito. Verſus LXXV. collegit (è Svida ni fallor) & auctoris nomen ſe

fugere profeſſus jambis latinis donavit Hadrianus Junius lib. I. animadverſ. cap. 18. Ex Junii editione Græce illos & latine exhibuit Julius Cæſar Bulengerus lib. V. de ratione divinationis cap. 5. Emendavit deinde & Aſtrampſycho reſtituit Joſephus Scaliger, è cujus recenſione legitur ad calcem Oraculorum veterum Græce & latine cum notis editorum à Joanne Opſopœo, & noſtra ætate à Servatio Gallæo V.C. Rigaltianam editionem ſecutus eſt Jo. Meurſius capite ultimo mantiſſæ libro de luxu Rom. Hafniæ 1631. 4. ſubjectæ, & caſtigationes quasdam addidit è Svida maxime & qui Aſtrampſychi veſtigiis paſſim inſiſtit NICEPHORO CPolitano Patriarcha, cujus ſive Nicephori Gregoræ Ὀνειροκριτικὸν κατ' ἀλφάβητον verſibus jambicis 146. è duobus MSS. Regiæ Bibl. uno & Iſ. Caſauboni altero ſubjunxit idem Rigaltius cum latina ſua verſione proſaria. Nonnullos Aſtrampſychi verſus male proverbiis accenſuere Eraſmus & Hadr. Junius. Nicephorus MS. exſtat quoque in Bibl. Cæſarea Vindobonenſi. Adi Lambecim lib. V. p. 237. ſeq. Aſtrampſychi ad Ptolemæum ſors qua interrogati vel interrogantes divinant MS. fuit in Bibliotheca Cardinalis à S. Angelo teſte Labbeo p. 168. Bibl. nov. MSS.

XII. Junxit præterea Rigaltius Artemidoro ſuo Oniroçritica Græce ante inedita, & Ægyptiorum, t) Indorum, Perſarumq; de ſomniorum ſignificatione Sententias exponentia, auctore ACHMETE ſive Achamete F. Seirim, u) qui Mamunis πρωτοσυμβούλου Caliphæ Babylonii interpres ſomniorū fuiſſe creditur circa A.C. 820. Ea circa A.C. 1160. latine vertit *Leo Thuſcus*, dicavitq; Hugoni Etheriano, itidem Thuſco. Confer ejus ſpecimina quædam apud Barthium XXXI. 14. Adverſ. Transtulit etiam Italice *Tricaſſus Mantuanus*. Denique è MSto Sambuci codice vertit *Joannes Leunclavius*, ediditque latine ſed ſub falſo ut ipſe poſtea agnovit *Apomaſaris* nomine, & aliquot capitibus mutilum. Francof. 1577. 8. Verſionem Leunclavii Rigaltius ſupplevit, Græca vero addidit è duobus MStis Codicibus Bibl. Regiæ Pariſ. ſed utroque ἀκεφάλῳ, ità ut inſcriptio & caput primum deſideretur quod è MSto Vindobonenſi ſupplet Lambecius lib. VII. p. 263. ſeq. Inſcriptio hæc eſt: Βιβλίον ὀνειροκριτικὸν ὅπερ συνῆρξε καὶ συνέταξεν Ἀχμὲτ υἱὸς Σηρεὶμ ὁ ὀνειροκρίτης ἔ πρώτου συμβούλου Μαμῶν. Abſolvitur opus capitibus CCCIV. quorum ſeptimum ex

t) Cap. 2. laudatur Συρβαχαὶμ ὁ ὀνειροκρίτης ἔ τῶν Ἰνδῶν βασιλέως. Cap. 3. Βαραὶμ ὁ ὀνειροκρίτης Σα[illegible]σαὰρ βασιλέως τῶν Περσῶν. Cap. 4. Ταρφὰν ὁ ὀνειροκρίτης ἔ Φαραὼ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων.

u) Cap. 45. ὅταν ἐθεάσατο ὁ πρωτοσύμβουλος Μαμῶν -- ἀπέστειλε πρὸς τὸν ὀνειροκρίτην Σειρείμ.

Digitized by Google

ex Apomaſare eſſe depromtum idem Lambecius obſervat p. 274. neq; p. 269. aſſentitur Rigaltio qui hæc Onirocritica ex Arabico Achmetis x) Arabis Medici verſa exiſtimabat, cujus *libros ſeptem de re Medica* habuiſſe ſe teſtatus eſt Janus Antonius Saracenus notis ad Dioſcoridem. Equidem Mamunus ille Cedreno, Zonaræ, Elmacino & continuatori Theophanis &c. celebratus in cujus gratiam opus de ſomniis Achmetes ſcripſiſſe putatur Græcæ linguæ haud erat ignarus. Sub Achmetis hujus nomine *Aſtrologica* quoque occurrunt MSS. in Bibliothecis, & laudantur à Meurſio in gloſſario Græcobarbaro. Onirocritica inſuper Gallice vidiſſe lucem Pariſ. A. 1581. 8. atque deinde Germanice edita eſſe, teſtis in Pandectis Brandenburgicis Hendreichius. Cangius vero refert in Codice Regis Chriſtianiſſimi 1845. inſcribi Ὀνειροκριτικὴν Συνάμει, & alio ordine quoad ſeriem capitum & ſecus etiam in contextu ac in edito legi. Forte collectum opus hoc Græcum eſt ex Achmete, Apomaſare & aliis à Chriſtiano quodam Græco qui diu poſt vixit. Confer Cangii gloſſarium in Μαμοῦν. Sane Chriſtiani ſcriptoris eſſe nemo qui vel primam paginam græcam legerit ambiget. Exſtat vero Arabice etiam in Bibliotheca Regia Pariſ num. 1034. hujusmodi liber de ſomniorum interpretatione diviſus in quinquaginta capita de quo Herbelotus in Bibliotheca Orientali, vocabulo *Sirin*.

XIII. Hippocratis & Ariſtotelis ſcripta de ſomniis ſuo loco recenſui, exſtat quoque Syneſii liber & in eum Nicephori Gregoræ ἐξηγήσεις; & Manuelis Palæologi Onirocriticum MS. Cangio laudatum, atque onirocriticum pſeudepigraphum Danielis Prophetæ ad Regem Nabuchodonoſorem de quo Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 122. ne tangam quæ de hoc argumento diſputarunt Cicero libris de divinat. Chalcidius p. 344. ſeq. Macrobius in ſomnium Ciceronis, aliique: & inter recentiores Cardanus, Augerius Ferrerius, Julius Cæſar Bulengerus, Caſpar Peucerus &c. Longe plures autem perierunt, quorum brevi catalogo præſens caput concludam.

Alexander Myndius. Artemidor. I. 69. II. 8. & 71.

Antipater. Artemidor. IV. 64.

Antiphon Athenienſis Tertull. c. 46. de anima. Artemidor. II. 14. & Fulgentius 1. Mythol. fabula de Daphne, Svidas in Ἀντιφῶν, Cicero 2. de divinat. & Seneca IX. controverſ. Confer Jonſium p. 328. ſeq.

x) Diverſus Achmet Medicus filius Abramii, nepos Chaletis. Vide Lambecium lib. VI. p. 126. ſeq. & Lib. VII. p. 265. ſeq.

Digitized by Google

Apollodorus Telmiſſenſis ἀνὴρ ἐυλόγιμος. Artemidor. I. 82.
Apollonius Attalenſis cujus librum ſecundum allegat Artemidor. I. 34. III. 28.
Ariſtarchus ἄλλος ὀνειροκρίτης. id. IV. 25.

Ariſtander Telmiſſenſis. Lucianus Philopatride & Artemidor. IV. 26. è quo loco conſtat eum Alexandri M. ætate fuiſſe.

Ariſtodemus ſive Ariſtophon. Tertull. c. 46. de anima.

Artemon. id. & Fulgentius loco laudato. Euſtath. ad Iliad. π'. Mileſius patria fuit & libris XXII. ſomnia expoſuit. Vide Artemidor. II. 49. laudat & lib. I. c. 2.

Caſſium Maximum cui Artemidorus libros ſuos dicavit inter ὀνειροκριτικῶν ſcriptores refert Jonſius p. 329. quo teſte vel argumento neſcio.
Cratippus. Tertull.

Demetrius Phalereus libris V. Artemidor. II. 49.
Dionyſius Heliopolites Artemidor. II. 71.
Dionyſius Rhodius. Tertull. c. 46. de anima.

Epicharmus etiam ſummum apicem inter divinationes ſomniis extulit eum Philochoro Athenienſi. id.

Geminus Tyrius libris III. Artemidor. II. 49.
Hermippus Berytenſis, quinione voluminum. Tertull.
Nicoſtratus Epheſius. Artemidor. lib. I. c. 2.

Panyaſis Halicarnaſſeus περὶ ὀνείρων libri II. Svid. Artemidor. lib. 1. c. 2. & 66. lib. 2. c. 35.

Pappi Alexandrini ὀνειροκριτικά. Svid.
Philochorus Athenienſis. Tertull. & Fulgent.
Phœbus Antiochenus Artemidor. lib. 1. c. 2. II. 8. IV. 50. & 67.
Serapion Aſcalonites. Tertull. & Fulgentius 1. Mythol.
Strato. Tertull.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XIV.

DE CLAUDIO PTOLEMÆO.

Ptolemæi ætas. 1. *Ejus Geographia.* 2. *Magna Syntaxis & in eam Theonis commentarii.* 3. *Tetrabiblus & in eum Anonymi Græci ſcholia, Porphyrii ſive Antiochi Iſagoge & Procli Paraphraſis.* 4. *Ptolemæi Carpus, & de electionibus.* 5. *Canon Regum.* 6. *De apparentiis fixarum.* 7. *Pars prior hujus libri jam primum Græce edita, una cum verſione Bonaventuræ Urbini. Editio alterius partis Petaviana è MS. emendata ac ſuppleta. ibid. De analemmate.* 8. *hypotheſes planetarum* 9. *Planiſphærium.* 10. *Harmonica.* 11. *Scripta Ptolemæi deperdita.* 12. *Alii Ptolemæi.* 13. *De globis cæleſtibus veterum & ſimilibus inſtrumentis Aſtronomicis.* 14.

1.

CLAUDIUS PTOLEMÆUS Ægyptius, Peluſienſis. a) (Arabibus inde *Elfeluſi*) diverſus non modo à regibus Ægypti hoc nomine, cum quorum aliquo nonnulli b) eum confuderunt, ſed etiam à Ptolemæo c) Mathematico ſive Aſtrologo, qui Galbæ aſſiduus comes adfuit teſte Plutarcho in Galba, p. 1063. & cum Othone Imperatore in Hiſpania verſatus ſuperfuturum eum Neroni pollicitus eſt, ut narrat Tacitus lib. 1. Hiſt. c. 22. Noſter ſub M. Aurelio Antonino d) floruit teſte Svida atque ipſo, libro VII. magnæ

a) Peluſienſis dicitur in inſcriptione Harmonicorum editionis Antonii Gogavini, etiam tetrabibli codices quidam præferunt nomen Κλαυδίου Πτολεμαίου τοῦ Πηλουσιέως. Effigiem Ptolemæi dat Boiſſardus parte III. imag. p. 310.

b) Iſidorus III. 25. Originum. Albumazar, Simon Grynæus præf. ad magnam σύνταξιν. Servius quoque in 3. Eclogam Virgilio antiquiorem perperam facit noſtrum Ptolemæum, ut notatum Voſſio IV. de Hiſt Gr.

c) Seleucum ejus loco nominat Svetonius in Othone c. 4.

d) Jacobus Gothofredus ad veterem orbis deſcriptionem à ſe editam p. 9. *Ex Ammiano nono XIV. 4. colligo Marci Imp. temporibus Saracenorum nomen primum innotuiſſe: quare cum Ptolemæus eorum meminerit, & quidem primus, hinc appareat eum ſub Antonino Pio non ſcripſiſſe, quod tamen hactenus creditur.* Non dicit tamen Ammianus tunc primum innotuiſſe Saracenos; & Saracenorum mentio apud Plinium VI. 28. Dioſcoridem &c. Vide Salmaſium ad Solin. p. 484 ſeq. edit. Pariſ. Meminit Saracenorum

gnæ ſyntax. pag. 167. teſtatur ſe obſervationes Aſtronomicas inſtituiſſe Alexandriæ (unde Alexandrinus Svidæ aliisq; appellatur) ſecundo anno Antonini Imp. (Pii, qui reſpondet anno CHRISTI 139. in cui proximum incidit etiam obſervatio æquinoctii verni de qua lib. 3. p. 62) poſt Obſervationes Hipparchi anno CCLXV. Olympiodorus e) vero in Phædonem Platonis teſtatur Ptolemæum hunc in Canobi Pteris per quadraginta annos habitaſſe, & inventas à ſe Aſtronomicas concluſiones ac demonſtrationes columnis illic poſitis curaſſe inſculpendas. Canon autem Ptolemæi notat Antoninum Pium regnaſſe annos XXIII, unde ei ſuperſtitem fuiſſe Ptolemæum conſtat. Dici non poteſt quantum ei omnis fere Mathematicæ diſciplinæ debeant, ſed hoc optime patet ex ejus ſcriptis, quæ jam recenſebo.

II. ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗΣ ὑφηγήσεως *Geographiæ Libri VII* quod opus promittit libro 2. magnæ ſyntaxeos cap. ult. unde adverſus Franciſcum Barocium III. 3. Coſmographiæ recte obſervavit Jo. Baptiſta Riccíolus VII. 10. Geographiæ reformatæ eundem eſſe magnæ ſyntaxeos & Geographiæ ſcriptorem: tum vero Julium Maternum, qui à Ptolemæo lib. 1. Geogr. c. 8. allegatur diverſum fuiſſe à Julio Firmico Materno, qui ſub Conſtantino M. de aſtrorum judiciis ſcripſit ad Lollianum. Docet porro Ptolemæus ipſe lib. 1. c. 19. ſe his libris ſecutum eſſe opus Geographicum *Marini* Tyrii non diu ante editum, ſed in plurimis emendaſſe ac ſupplevisſe, tum locorum poſitioni numeros longitudinis ac latitudinis, provinciis vero terminos, quibus ad quatuor plagas orbis terrarum circumſcribuntur, adſignaſſe. Meminit præterea Hipparchi, Maënis Titiani, Timoſthenis, Diodorique Samii, & quorum itinera Marinus notaverat Septimii Flacci ac Diogenis cujusdam Theophilique ac Philemonis mercatoris & Dioſcori.

Tabulas Geographicas Ptolemæi mentem preſſe ſecutus delineavit *Agathodæmon* Mechanicus Alexandrinus, incertum an idem cum Agathodæmone Grammatico, ad quem nonnullas Iſidori Peluſiotæ epiſtolas habemus, licet de hoc non dubitat Voſſius lib. de Philologia c. XI. §. 23. Sed non levis error auctoris pandectarum Brandenburgicarum, qui has Agathodæmonis tabulas confundit cum tabulis Peutingerianis à Marco Velſero editis. *Græce* lucem vidit Ptolemæi opus Baſil. 1553. 4. ap. Froben. Paris. 1546. 4. apud Chriſtian. Wechelum. *Gra-*

norum etiam Targum (non Onkeloſi ut Scal. ad Euſeb. p. 17.) ſed Hieroſolymitanum Gen. XXXVII. 25. Verum hoc recentius longe eſt & Turcas quoque nominatim memorat Gen. X. 2. ut omittam alia per illam paraphraſin inepta & Talmudicas fabulas reſipientia, quæ notavit Jo. Morinus Exercitat. Bibl. p. 345. ſeq.

e) Menag. ad Laërtii I. 109.

Græce & latine cum notis *Gerardi Mercatoris* Amſt. 1605. atq; iterum cum iisdem Gerardi Mercatoris notis & caſtigatione Petri Bertii Amſtelodam. 1618. forma majore in fol. cum tabulis Geographicis elegantib⁹. In Gerard. Voſſio de ſcientiis Mathem. p. 260. male excuſus Annus 1630. Cæterum dolendum eſt, quod lucem non vidit Ptolomæi editio, quam paravit G. Voſſii filius doctiſſimus & Geographiæ veteris peritiſſimus Iſaacus, promiſſam in notis ad Melam p. 72. 77. 86. 105. &c. In Bertiana editione adſcriptæ Variæ lect. è Codice Palatino, & adjunctum Itinerariū Antonini, & Burdegalenſe, tum tabula Peutingeriana ex edit. M. Velſeri.

Latine Romæ 1482. in membrana apud *Nic. Habn* f) ſive Gallum, gente Germanum, qui primus Geographiam Italiæ intulit, quam editionem forma majori in fol. tabulis Geographicis nitido colore pictis ornatam evolvi in Bibliothec. Abr. Hinckelmanni Ἐμαχαίτης. Inſcripta eſt Paulo II. Pontifici & recuſa Ulmæ 1486. fol. Prodiit etiam Ptolemæi Geograhia è recenſione Marci monachi Cæleſtini Beneventani, Jo. Cotæ Veronenſis, Scipionis Carteromachi Piſtorienſis & Cornelii Benigni Viterbienſis Romæ 1507. cum privilegio Julii II. Papæ.

Jacobi Angeli Florentini verſionem MS. Venetiis in Bibl. S. Antonii evolvit Jo. Mabillonius T. 1. Muſei Italici p. 37. illam caſtigavit *Jo. Mullerus Regiomontanus* annotationibus in Ptolemæi Geographiam Argentorat. 1625. Liber primus à *Biblibaldo Pinckheimrero* translatus eſt commentariolo illuſtratus Anno 1525. reliqui è verſione veteri caſtigata & cum Græcis collata per *Sebaſt. Munſterum* qui tabulas quoq; Geographicas addidit Baſil. 1540. fol. 1552. 12. Nec contemnendæ editiones Lugd. 1541. fol. Colon. 1584. fol.

Ex recenſione *Joſephi Moletii*, qui verſionem ad Græca emendavit & ad lib. I. & VII. commentarios addidit Vener. 1562.

Cum commentario *Jo. Antonii Magini* Colon. 1597. 4.

Jo. Stobnicæ Poloni introductio in Ptolemæi Geographiam. Cracoviæ 1519. *Jo. Dryandri* 1535.

Liber primus è verſione *Jo. Werneri* Norimbergenſis cum ejus paraphraſi & notis, aliisque opuſculis Geographicis 1522. & Ingolſt. 1553.

Gallicam verſionem manuſcriptam ſe habere in membrana teſtatus eſt Antonius Verderius Bibl. Gallica p. 191.

Italice per *Petrum Andream Matthiolum*, cum additamentis è Seb. Munſtero & tabulis Geographicis curante Jac. Caſtaldo. Venet. 1548. 8.

Per

f) Hunc eſſe puto Nicolaum Donis, quem Voſſius p. 413. de ſcient Math. è Ficino tradit anno 1470. emiſiſſe in Coſmographiam Ptolemæi opus mirandum cum novis tabulis.

Per *Hieron. Ruſcellum* cum Joſephi Moletii expoſitione vocabulorum Geographicorum Venet. 1574. & cum notis ac Geographia recenti Joſephi Roſaccii Venet. 1599. 4. Per *Leonardum Cernotum* Venetum Patav. 1621. fol. cum commentariis J. A. Magini.

Laudat hoc opus Marcianus Heracleota, teſtatus ſe profeciſſe ἐκ τῆς Γεωγραφίας καὶ Θεσπέτου καὶ σοφωτάτου Πτολεμαίου. Stephanus Byz. in χαραχμῶβα. ἀξιόπιστος δ' ἀνὴρ περὶ τὰ τοιαῦτα, ὅτου δὴν μᾶλλον ἐβούλετο ἱστορῆσαι ἀκριβῶς τὰ τῆς Ἀραβίας. Ammianus (qui Ptolemæum libenter ſequitur) XXII. 8. *ut Eratoſthenes affirmat & Hecataeus & Ptolemaeus aliique hujusmodi cognitionum minutiſſimi ſcrutatores.* Agathemer. l. 1. c. 6. Τὸ πρῶτον Πτολεμαίου διεξιόντος ὅσα τῇ γεωγραφίᾳ συμφερόντως διέθετο οὐκ ἀπλῶς, οὐδ' ὡς ἄν τις εἴποι ἐξ οἰκείας γνώμης ἢ δείξης, ἀλλὰ τῆς τῶν παλαιοτέρων καὶ ὅτῳ ἐπακολουθῶν ὁδηγήσεσι καὶ τῶν μὲν τὰ δόξαντα ἀληθῆ εἶναι, ὡς καὶ αὐτὰ πράγματα συμβάλλεσιν ὑπιβεβαιῶν Idem c. 8. ὡς ὁδηγεῖ τὸ πρῶτον Πτολεμαίου μανθάνομεν. Jornandes de rebus Geticis c. 3. *De hac* (Scanzia Inſula) *in ſecundo ſui operis libro Claudius Ptolemaeus, orbis terrae deſcriptor egregius meminit,* dicens &c. Jo. Philoponus IV. 5. ad Hexaëmeron: Ὅσοι τῶν Γεωγράφων γεγόνασιν ἀκριβέστεροι, ὧν ἐστι καὶ Πτολεμαῖος καὶ Πάππος &c.

A recentioribus Geographis obſervatum eſt, gradus longitudinis & latitudinis in Ptolemæo ut plurimum fallere, in locis præſertim longius à regione, qua verſabatur, diſſitis. Confer. If. Voſſium c. 16. de Nili origine, & Jobum Ludolfum commentar. ad Hiſt. Æthiop. p. 91. Quin in ipſius Alexandriæ deſignatione non mediocriter aberraſſe notavit Chazelius Aſtronomus & Mathematicus è ſocietate Regia Pariſ. ut didici ex Bernardi Lamii apparatu Geographico ad Harmoniam Evangelicam p. 273. ſeq. Sed & numeri in Codicibus editis paſſim male ſunt expreſſi, & nominatim in Bertiana Ptolemæi editione multos errores animadvertit Jo. Gravius conſulto MSto. Ptolemæi codice Seldeniano, è quo deſcriptionem Arabiæ excerpſit & Abulfedæ deſcriptioni Arabiæ ſubjicere voluit. Chriſtophoro Cellario viro de veteri Geographia præclariſſime promerito ſuſpectus eſt ipſius induſtriæ nomine Ptolemæus; *mirari enim ſubit, unde Ægyptius disjunctiſſimarum rerum tam certam ut prodit notitiam acceperit. Æque enim in remotiſſimis quo vix dum homines adierant, copioſus eſt, nec dubius ut in propinquis & cognitiſſimis.* Non minus de eo conqueritur Paulus Merula præf. in Geographiam, cauſatus plurima magno auctori ſcripta eſſe ab auditu & ex incerta aliorũ fide, multa item, quæ aliis nominatiſſima negligenter in iis omiſſa, multa ſequiorem nacta eſſe ſtationem, & extra verum locata ſitum, multa dubiam adepta nomenclaturam, infinita

Digitized by Google

finita non ſuis tributa populis vel regionib⁹, plurima deniq; cum ab aliis tum ab ſeipſo & alibi dictis diſſentientia. Salmaſius p. 1186. ad Solinum de Ptolemæo: *Nomina urbium quaſi recentia & extantium ubique recenſet quæ jampridem eſſe deſierunt. Sæpe vetus ac recens ejusdem opidi vocabulum velut urbium diverſarum appellationes poſuit. Interdum urbes jampridem extinctas & everſas cum novis commemorat quæ in eorum locum ſucceſſere, aliquando eodem aliquando alio loco poſitæ. Perſepolin inter regias Perſidis numerat, quam ab Alexandro everſam fuiſſe nec poſt illa tempora unquam reſurrexiſſe, omnibus auctoribus id aſſerentibus conſtat.* Plures Ptolemæi errores Ortelius ac Gerhardus Mercator, alios Philippus Cluverus, alios Marcus Velſerus in rerum Auguſtanarum libris, alios alii annotarunt. In Scotiæ deſcriptione ſatis accuratum eſſe, niſi quod loca quædam magis ſita ſint verſus ſeptentrionem, notatum Guil. Nicolſono in Bibl. Scotica.

Novam Geographiæ Ptolemæi editionem à V. C. Jacobo Gronovio ſtudioſi harum litterarum exſpectant.

III. ΜΕΓΆΛΗ ΣΎΝΤΑΞΙΣ ΤΗ̃Σ ἈΣΤΡΟΝΟΜΊΑΣ Syncello pag. 206. Svidæ ΜΈΓΑΣ ἈΣΤΡΟΝΌΜΟΣ. *Magnæ Conſtructionis*, ſive ut Abulpharajus & alii pag. 47. Arabes vocant *Almageſti* libri XIII. complexi demonſtrationes de motibus ſiderum & univerſæ ſphæræ cœleſtis ratione, poſt obſervationes *Ariſtylli, Timocharidis* p. 164. *Metonis, Euctemonis* ac præcipue *Hipparchi* p. 62. quem ἄνδρα Φιλόπονον καὶ Φιλαλήθη vocat p. 59. *Prodierunt* græce cum *Theonis* Alexandrini qui ſub Theodoſio ſeniore Imp. vixit commentariorum libris XI. Baſileæ 1583. fol. *Pappi* enim, quem laudat Eutocius in Archimedem de circuli demenſione p. 49. *Ammonii*, qui libros Ptolemæi Aſtronomicos Damaſcio expoſuit teſte Photio cod. CLXXXI. p. 213. & aliorum veterum ἐξηγήσεις interciderunt. *Arabicam* verſionem Mohamedis filii Alhaſami Tuſini ineditam memorat Labbeus Bibl. nov. MSS. p. 251. 258. 256. *Perſicam* p. 253. confer Bibliothecam Orientalem Bartholomæi Herbeloti p. 101. b. qui codicem Arabicum Almageſti cum commentariis MSS. evolvit in Bibl. Chriſtianiſſimi Regis. *Hebraica* verſio ſervatur Vindobonæ in Bibl. Auguſtiſſimi Imperatoris num. 56. Et *Averrois* Epitome ex Arabico Hebraice verſa per R. Jacob Antoli A. C. 1231. ibidem n. 124. *Latinus* codex MS. ex Arabico verſus exſtat Oxoniæ in collegio omnium animarum. Codex græcus ante annos 200. pulcherrime exaratus Londin. in Bibl. Archi Ep. Cantuarienſis, ex quo emendationem quandam Petavii firmat Seldenus in apparatu Chronolog. ad Epochas marmoreas Arundelianas pag. 236. Alius codex Græcus cum prolegomenis & græcis ad marginem ſcholiis

fuit in Bibl Caroli de Montchal, teſte Labbeo p. 189. Latine vertit *Georgius Trapezuntius*, g) ſed ut ſoler fere parum accurate parumque fideliter Venet. 1515. & 1528. fol. & cum aliis * Ptolemæi Baſil. 1551. fol. recenſente Eraſmo Oſvvaldo Schrekkenfuſio. Tum Pariſ. 1556. 8. Dilucida & brevi epitome latina majorem lucem Almageſto attulerunt *Joannes Regiomontanus* & *Georgius Purbachius* Baſil. 1543. fol. cum præfatione Hieronymi Gemuſæi. Librum primum Almageſti Græce cum verſione ſua & commentariis ſeparatim edidit *Eraſmus Reinhold* Salfeldenſis Witeb. 1549. 8. librũ I. & II. latine Pariſ. 1556. 8. Georgii Trapezuntii Iſagogen in Almageſtum Ptolemæi Græce ſcriptam & in Bibl. Auguſtana atque Scorialenſi pridem obviam memorat Leo Allatius pag. 379. de Georgiis. *Nicolai Cabaſilæ* in librum tertium prodiit Baſil. 1550. *Barlaami Monachi* quomodo ex Mathematica Ptolemæi conſtructione liceat Eclipſin Solis deprehendere, Labbeus p. 202. Bibl. nov. MSS. Alanus in anti Claudiano l. 1. pag. 18.

Divitis ingenii vena Ptolemæus *inundans*
Devectus ſuperas curru rationis in arces
Colligit aſtrorum numeros, loca, tempora, curſus.

Damaſcio in vita Iſidori apud Photium cod. 242. p. 562. Ptolemæus dicitur ὁ ἄριστος ἡμῶν τῆς ἀστρολογίας ὑφηγητής. Vide & Procli Hypotheſin Aſtronomicarum poſitionum, Bedam de Natura rerum c. 47. ſive potius ſcholion in illud caput T. 2. Opp. p. 38. Iſidorus III. 25. Orig. *In utraque lingua diverſorum quidem ſunt de aſtronomia ſcripta volumina, inter quos tamen* Ptolemæus *Rex Alexandriæ* (error hic eſt jam ſupra à me notatus) *apud Græcos habetur præcipuus; hic etiam & canones inſtituit, quibus curſus aſtrorum inveniatur.* Etiam Joanni Hevelio, Hipparcho noſtræ ætatis, Ptolemæus audit *ſcientiæ Aſtronomicæ plane primus quaſi conditor, qui Hipparchi aliorumque obſervationes additis etiam propriis in formam deduxit, ac luculentas rationes, atque*

g) Nandæus in libro, qui inſcribitur conſiderations politiques ſur les coups d'eſtat pag. 358. *Le mort de Regiomontanus fut plus ſtrenerime des enfans de George Trapezonze, les quels faſchez de ſa mort & croyant que Regiomontanus en eſtoit cauſe pour avoir trop librement remarqué une infinité de fautes dans la traduction latine de l'Almageſte de Ptolemée faite par le dit Trapezonze, ils ſe reſolurent enfin de lui rendre la pareille & de la traiter plus teſt à la Grecque qu'à la Romaine.* Vide & Allatium lib. de Georgiis p. 378. ubi ex Nic. Perotti judicio traditur Trapezuntius non latinum ſed barbarum multisque locis mendacem feciſſe Ptolemæum, nec in Trapezuntii ad Ptolemæum commentariis quicquam eſſe alicujus duntaxat momenti, quod non ſit à Theone Ptolemæi expoſitione ſubtractum.

* Cetera ſunt: Tetrabiblus ex verſione Camerarii. Carpus ex Joviani Pontani translatione: Fixarum ſignificationes ex edit. Leoniceni, ſubjunctis Procli hypotheſibus Aſtronom. poſit. è verſione G. Vallæ.

que ita omnem doctrinam de Sole, Luna, deque tum inerrantibus tum errantibus ſtellis in Almageſto ſuo complexus eſt, quam non ſolum Alexandrini ſed omnes Arabes & Latini longa temporum ſerie etiam retinuerunt. Jo. Mabillonius in itinere germanico p. 49. exhibet Ptolemæi effigiem à ſe repertam in veteri codice ante annum 1240. ſcripto, dioptram manu tenentis & ſidera contemplantis. Dioptram enim referre potius, quam tubum opticum à recentioribus demum ingeniis repertum, jampridem viri docti obſervarunt.

IV. ΤΕΤΡΆΒΙΒΛΟΣ ΣΎΝΤΑΞΙΣ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΉ. *Quadripartitum* ſive *quatuor libri de apotelesmatibus & judiciis aſtrorum*, ad *Syrum* h) Græce primum editi à *Joachimo Camerario*, cum verſione ſua duorum priorum librorum & præcipuorum è reliquis locorū Norimb. 1535. 4. Hinc cum verſione *Phil. Melanchthonis*, qui in præfat. ad Eraſmum Ebnerum Senatorem Norimbergenſem teſtatur ſe editionem Camerarii multis mendis purgaſſe, tum numeros in locis apheticis tam græci quam latini textus emendaſſe. Baſil. 1553. 8. *Latinè* pridem verterat *Ægidius Tebaldinus* ſive latino-barbare ex Hiſpanica verſione, Alfonſi Caſtellæ Regis juſſu ex Arabico i) confecta. Vertit & *Antonius Gogava* Lovan. 1548. 4. Patavii 1658. 12. Pragæ 1610. 4. Commentario illuſtravit *Hieron. Cardanus* prioribus 2. libris Camerarii, poſterioribus Gogavæ verſione ſervata Baſil. 1554. fol. 1579. fol. Lugd. 1555. 8. & in Cardani Opp. *Georgii Vallæ* Commentarius Anno 1502. editus nihil aliud eſt, quam latina verſio ſcholiorum græcorum, ſive exegeſeos jejunæ *Demophili* in tetrabiblon, quæ cum *Porphyrii* ſive *Antiochi* Iſagoge græce & latine, addita *Hieron. Wolfii* verſione lucem vidit Baſil. 1559. fol. In his ſcholiis Dorotheus allegatur p. 48. 110. & 139. Cleopatra p. 88. Porphyrius Philoſophus p. 169. Meminit & Auctor Petoſiridis ac Necepſo pag. 112. λέγει ἡ παλαιὸν τὸν Νεχεψὼ (ita leg. pro χειψὼ ut p. 112.) καὶ Πετόσιριν, ὅτοι δὲ πρῶτοι τὸ δι' ἀστρολογίας ἐξηπλωσαν θεογνωστικόν. Paraphraſin tetrabili à

h) Schol. Græc. Προσφωνεῖ τῷ Σύρῳ ὁ Πτολεμαῖος τὸ βιβλίον πρὸς ὃν καὶ τὰς ἄλλας αὐτῷ πάσας πραγματείας προσεφώνησεν. Λέγουσι δέ τινες ὡς πέπλασαι αὐτὸ τὸ ὄνομα Σύρῳ ὄνομα. Ἄλλοι δὲ ὅτι οὐ πέπλασαι, ἀλλ' ἰατρὸς ἦν ὄντος ἀχθεὶς καὶ διὰ τούτων τῶν μαθημάτων.

i) Selden. uxor Hebr. p. 342. Cæterum de Alphonſi Regis cura in promovenda Arabica Quadrapartiti verſione, vide, ſi placet, Nic. Antonium in Bibl. veteri Hiſpana T. 2. p. 55. vel Acta Erud. Anno 1697. p. 302. Latina verſio ex Arabico facta lucem vidit Venet. 1493. fol. Viderit porro Gaſſendus, qui in Philoſophia Epicuri, ubi contra Aſtrologos diſputat T. 2. p. 501. contendit, tetrabiblon indignum eſſe Ptolemæi genio & ſubdititium. Equidem Jo. Pico judice l. 1. contra Aſtrologos p. 285. Ptolemæus *malorum* ſive Apotelesmaticorum eſt optimus.

Proclo concinnatam Græce edidit Melanchthon Basil. 1554. 8. Græce & latine cum versione sua *Leo Allatius* Lugd. Bat. 1654. 8. Locum Ptolemæi è codice Græco MS. in collegio corporis Christi Oxon. feliciter restituit Seldenus pag. 35. ad marmora Arundeliana. *Haly Heben Rodoan* Arabis commentarium laudat Cardanus cum Demophilo latine editum.

V. ΚΑΡΠΟΣ sive *fructus librorum suorum*, centum Aphorismis Astrologicis, ad eundem Syrum. Græca & latinam *Joviani Pontani* versionem edidere *Joachimus Camerarius* & Phil. Melanchthon una cum tetrabiblo. Exstat & Versio latina ex *Arabico* facta & post editionem Venetam 1493. fol. sæpius edita. Tum ex græco versio *Georgii Trapezuntii* cum commentariis Basil. 1550. &c. *Arabicum* codicem memorat Labbeus Bibl. MSS. p. 256. Cum Commentariis *Persicis Nasirodini Thusii* fuit inter codices manu exaratos, quos Jac. Golius ex Oriente secum attulit. Ulmæ 1674. 12. latine prodiit Astrologia Aphoristica, in qua Aphorismi Astrologici Ptolemæi, Hermetis, Ludovici de Rigiis, Almansoris, Cardani & Anonymi. Prodiit etiam Ptolemæus *de electionibus* Venet. 1509. latine.

VI. ΚΑΝΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, *recensio Chronologica Regum* à Nabonassoro Assyriorum, Medorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum usque ad Antoninum Pium, memorata *Georgio Syncello* pag. 207. seq. 261. 264. & 326. aliisque & inde ex parte restituta *à Josepho Scaligero* 3. Isagog. Canonum p. 291. integrius è codice D. Overalli edita à *Setho Calvisio* in Isagoge Chronologica pag. 97. Postea è *Theonis* Alexandrini commentariis εἰς τὸς πρόχειρους κανόνας vulgata græce & latine à *Dionysio Petavio* ad calcem rationarii temporum sæpe recusi, quem vide etiam lib. IX. thesauri temporum c. 58. Hinc *Jo. Bainbrigius* edidit cum libro Ptolemæi de Hypothesibus Planetarum Lond. 1620. 4. Denique *Henricus Dodwellus* collatis præter editos Codicibus MSS. Is. Vossii, (à quo integriorem edendum canonem Ptolemæi promiserat G. Vossius pater pag. 140. de scient. Mathem.) Savilii, Usserii edidit cum variis lect. & notis, adjectisque aliis fastis græcis recentioribus fragmentisque è *Theonis* & *Heraclii* Imp. commentariis in πρόχειρους Ptolemæi κανόνας subjecit dissertationibus suis Cyprianicis Oxon. 1684. 8. & 1685. fol. Brem. 1690. fol. & Amst. 1700. fol. Svidas de *Triboniano* Sidete, qui Justiniani Imperatoris ætate floruit: ἔγραψεν Ἁπλοῦν ὑπόμνημα εἰς τὸν Πτολεμαίου κανόνα. Videtur etiam *Demophilus* sive quisquis auctor scholiorum Græcorum in tetrabiblum p. 65. commentarium promittere in Canonem Astronomicum

Digitized by Google

cum Ptolemæi : Ταῦτα γὰρ ἐν τῷ κανόνι μαθησόμεθα. Svidas inter ſcripta Ptolemæi noſtri etiam refert πρόχειρον κανόνα. Fidei Canonis hujus Mathematici circa annos Regum Babyloniornm detrahit Hermannus Conringius in Adverſariis Chronologicis de antiquis Aſiæ & Ægypti dynaſtiis cap. 12. Et ſane fatendum eſt numeros annorum haud ſatis conſtare, & varie corrumpi potuiſſe, Theonis quoq; commentaria eſſe interpolata à Chriſtiano qui Julianum dicit parabatam. In Canone Ægyptiaco Ptolemæus annos Regum non à vero die eorum natali, ſed à Thoth vago qui poſtea pro uſu civili alligatus eſt ſub Auguſti Imperio diei XXIX. menſis Auguſti numerat, ut obſervatum Antonio Pagi ad A.C. 69. n. 3.

VII. ΦΑΣΕΙΣ ΑΠΛΑΝΩΝ ΑΣΤΕΡΩΝ ΚΑΙ ΣΥΝΑΓΩΓΗ ΕΠΙΣΗΜΑΣΕΙΩΝ *de apparentiis & ſignificationibus inerrantium* per univerſum annum. Ejusmodi quatuor parapegmata inter ſe diverſa exſtant Ptolemæi nomine, ut notavit Jac. Uſſerius c. 6. de Macedonum & Aſianorum anno ſolari.

Primum ſolum genuinum eſt, in quo Φάσεις ſuo tempori congruentes ex proprio calculo exhibet Ptolemæus, Ἐπισημασίας ex veterum tabulis atq; obſervationibus *Ægytiorum, Cæſaris* (in Italia) *Calippi* Cyziceni (330. annis ante CHRISTUM in Helleſponto) *Cononis* Samii (270. ante Chriſtum, in Italia & Sicilia) *Democriti* Abderitæ (in Macedonia & Thracia, 430. ante Chriſtum) *Doſitbei* Colonienſis (Coloni prope Athenas, ante Chriſtum 200.) *Euctemonis* Athenienſis (Athenis, in Cycladibus, Macedonia, Thracia, 432. ante Chriſtum annis) *Eudoxi* Cnidii (366. ante Chriſtum, in Aſia, Sicilia & Italia) *Hipparchi* Bithyni (in Bithynia, 130. ante Chriſtum annis) *Metonis* Athenienſis (432. ante Chriſtum, in Cycladibus, Macedonia, Thracia, Athenis) *Metrodori* Scepſii (80. ante Chriſtum, in Italia ac Sicilia) *Philemonis* (MS. Φίλωνι habet, niſi Philippi, vel Euctemonis legendum p. 46. Uranolog. edit. Amſt. pro Philemone) & *Philippi* Medmæi (in Pelopponneſo, Locride ac Phocide, 340. ante Chriſtum annis.) Hoc integrum latine edidit à ſe verſum *Federicus Bonaventura* Urbinas cum notis, Urbini 1592. 4. Partem, eamque ipſam ad modum mutilam ac depravatam in Uranologoſio ſuo græce cum verſione ſua vulgavit 38. annis poſt *Dionyſius Petavius* Pariſ. 1630. fol. Recuſum eſt Petavii Uranologium Amſtelod. (titulus quamvis præfert Antvverpiam) 1703. fol. Hujus parapegmatis exemplar integrum Græcum ab Henr. Savilio ſibi communicatum fuiſſe Uſſerius teſtatur. Svi-

das quoque inter Ptolemæi ſcripta memorat περὶ φάσεως καὶ ἀπημασιῶν ἀστέρων ἀπλανῶν βιβλία β'.

Secundum Parapegma faſtorum libris Ovidio antiquiores editiones ſubjiciunt, in Petavii quoq; Uranologio comparet, traditurque è Græco Ptolemæi translatum eſſe à *Nic. Leoniceno*. Sed Scaligeri, Petavii aliorumq; ſententia falſo ad Ptolemæum refertur, cum ſit Rhapſodia ex variis parapegmatibus nullo judicio conſuta (confer. Petav. VII. 5. diſſ. ad Uranolog.) & forte ut Uſſerius ſuſpicabatur à Leoniceno ipſo ex Ovidio & aliis ſcriptoribus latinis congeſta.

Tertium & brevius & nullius plane momenti anno CHRISTI 1345. Aſtrologicæ ſuæ ſummæ inſeruit *Joannes Eſchenden.*

Quartum ſubjectum habetur Iſagogico Aſtrologiæ Ptolemæi ex Arabico *ab Abrahamo de Balmes* converſo, quod non aliud eſt quam Gemini Rhodii Iſagoge in Phœnomena, de qua Libro III. dixi.

VIII.

CLAUDII PTOLEMÆI

Inerrantium Stellarum Apparitiones & ſignificationum collectio.

1.

INerrantium ſtellarum apparitiones quotnam habeant differentias, quasve cauſas; item quibus niti ad ſingulas demonſtrandas obſervationibus oporteat; quibusq; theorematibus reliqua (eadem methodo utentes) venari debeamus; nimirum quibus circuli, qui per medium ſignorum eſt, partibus, ſingulæ ſtellæ ubique; ſimul in medio cœli ſint, atque in unaquaque habitatione cooriantur, ſimulque occidant: adhuc quot partibus & in maximo deſcripto circulo & in eo, qui per medium ſignorum eſt, ſol ſub terris in apparitionibus diſtare debeat, omnesque ipſius partes, quarum ratione tempora particularia definiuntur, longius *in proprio quodam hujusce rei tractatu* perſecuti ſumus; addentes præterea omnes per ſingula Climata differentiarum modos inerrantium ſtellarum primæ & ſecundæ magnitudinis, quæ in quinque acceptis à nobis circa partem noſtræ terræ climatibus horæ ſemiſſe viciſſim differentibus, oriuntur & occidunt, quorum primum quaſi ab Æquinoctiali accepimus, ſcriptum per Syenem atque univerſaliter, per loca illa in qui-

bus

VIII. Cum Ptolemæi liber hujus argumenti genuinus, quem *Federicus Bonaventura* una cum Apologia * ſua pro Theophraſto atque Alexandro Aphrodiſeo latine cum notis edidit, ille ipſe in manus meas pervenerit græce, beneficio doctiſſimi atque amiciſſimi Collegæ mei *Jo. Frid. Winckleri*, qui eum cum ante aliquot annos Oxoniæ verſaretur ex Codice Saviliano deſcripſit, operæ pretium exiſtimavi partem priorem quæ Græce nunquam lucem vidit hoc loco una cum verſione Bonaventuræ integram ſubjungere, poſterioris vero partis quam in Uranologio Petavius edidit, tantum annotare ea quibus locis Codex iſte vel plenior eſt, vel à Petaviana editione recedit.

* Titulus integer libri eſt: Fed. Bonaventuræ Urbinatis pro Theophraſto atque Alexandro Aphrodiſienſi de vero tempore ortus atque occaſus Orionis Apologia tribus libris diſtinctia, in qua de ſpeciebus ortus & occaſus ſiderum ex Ptolemæi ſententia latiſſime agitur, multaque loca veterum Poëtarum Medicorum ac Philoſophorum & præſertim Homeri, Hippocratis, Heſiodi, Ariſtotelis, Arati, Hipparchi, Galeni, Theophraſti, Alexandri, Virgiliique enarrantur ad Clariſſ. Mathematicum Jo. Antonium Maginum, Patavinum.

ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ

Φάσεις ἀπλανῶν ἀστέρων, καὶ συναγωγὴ ὑποθέσεων.

I.

Ὅσαι μὲν ἂν συνίστανται περὶ τὰς Φάσεις τῶν ἀπλανῶν διαφοραὶ, καὶ περί τινας αἰτίας, ἔτι δὲ πίας ὀφείλομεν ὑποτίθεσθαι τηρήσεις πρὸς τὰς τῶν κατὰ μέρος ἀποδείξεις, καὶ διά τινων θεωρημάτων τὰ λοιπὰ μεθοδεύειν, τέτων πίαις τε διὰ μέσου τῶν ζωδίων κύκλε μοιρῶν ἕκαστος τῶν ὑπεζευγμένων συμμέτρως ἀνίσχει τὰ πανταχῆ, καὶ συναναπέλλει καὶ συγκαταδύνει καθ' ἕκαστον τῶν ἀνισήμων. ἔτι τε πηλίκας διὰ τὴν ὑπὸ τῶν Φάσεων ἀπέχειν ὑπὸ γῆν περιφερείας ὑπό τε τὸ γεγραμμένε μεζίονος κύκλε, καὶ ὑπὸ διὰ μέσου, καὶ πόσας ἀπέχειν αὐτῶν μοίρας ἀφ' ὧν οἱ καθ' ἕκαστον χρόνοι συνίστανται διὰ μακροτέρας ἐν τῇ κατ' ἰδίαν συνθέσει τῆς τε τῆς πραγματείας ἐφωδεύσομεν. προεκθέμενοι τὰς εἰρημένας πίστεις καθ' ἕκαστον κλίμα τῶν διαφόρων πηλικοτέρας τῶν ποιουμένων ἀνατολὰς καὶ δύσεις πρώτε καὶ δευτέρε μεγέθες ἀπλανῶν ἀστέρων ἐν τοῖς ὑποτεθειμένοις ἡμῖν ἐν κλίμασιν τοῖς πρὸς τὸν μέσον μαλίστα τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκεμένης ἡλιωρίῳ διαφέρεσιν ἀλλήλων. ὧν πρῶτον μὲν ὡς ἀπὸ μεσημβρίας λαμβάνωμεν τὸν γεγραμμένον διὰ Συήνης καὶ Βερενίκης, καὶ καθόλε διὰ τέτων τῶν τόπων ἐν οἷς ἡ μεζίη τῶν ἡμερῶν ὡρῶν ιγ', S.

bus maximus dies horarum eſt 13.30. Secundum vero paulo Cyrene auſtralius per inferiorem Ægyptum atque per ea univerſaliter loca, in quibus maximus dies æquinoctialium horarum eſt quatuordecim. Tertium per Rhodum ac per ea omnia loca, in quibus diei magnitudo horarum eſt 14. 30. Quartum per medium Helleſpontum; atq; univerſaliter per loca illa, in quibus maximus dies horarum eſt quindecim. Quintum demum ac poſtremum per medium Pontum ſcriptum; univerſaliterque per illa loca, in quibus maximus dies horarum eſt 15. 30. æquinoctialium. Jam vero tempora ipſa apparitionum à nobis annotata (quibus ut poſſemus uti, neceſſe fuit illud ſubire onus calculationum, quod tamen in illuſtrioribus tantum ac ſplendidioribus fecimus) ſimul cum obſervatis apparitionum tempore ab eis qui ante nos fuere ſignificationibus, ut magis hæc omnia in promptu habeantur, in præſenti tractatu compendio explicabimus; ubi tamen antea nonnulla de apparitionibus ipſis; ac de particularium obſervationum uſu præfati fuerimus.

2. Apparitionem igitur appellamus ſyderis inerrantis apparentem ad ſolem & horizontem acceptam primam, vel ultimam configurationem; unde & nomen deductum eſt. Horum autem, qui hoc modo accipiuntur, aſpectuum quatuor generales admodum reperiuntur differentiæ; tot enim modis ſolis poſitus ac ſyderis tum viciſſim, tum duorum horizontis ſemicirculorum ratione variantur, ortus videlicet, atque occaſus. Porro ſyderum poſitio utriusque ſemicirculorum reſpectu, indicatur communius quidem ab ortu atque occaſu; ſolis autem, à temporibus ab ipſo adductis: proprie vero à matutino & veſpertino ortu atque occaſu. Quamobrem, cum ſol ac ſtella in ſemicirculo ſunt orientali, hujusmodi aſpectum communiter matutinum exortum vocamus; ubi autem in occidentali rurſus collocati fuerint, aſpectum hunc veſpertinū occaſum dicimus. Quod ſi contraria loca occupaverint, quando ſol occidentalem tenet angulū, ſtella orientalem, aſpectus hic veſpertinus ort⁹ dicitur: ubi vero ſol in orientali, ſtella in occidentali, ſtella in occidentali ſemicirculo fuerit, hujusmodi aſpect⁹ matutinus occaſus appellatur.

3. Jam vero hi quatuor explicati aſpectus bifariam ſinguli dividuntur; in veros ſcilicet & apparentes. Et ſane communiter quidem veros aſpectus eos dicimus, qui non ſtellam tantum, ſed ipſum quoque ſolem in horizonte habent exacte collocatum; apparentes vero illos, in quibus ſtella quidem horizontem tenet, ſol vero ſub terris verſatur; atq; hoc non ſimpliciter, ſed vel ante ortum vel poſt occaſum. Magis vero proprie in hisce configurationibus matutinum exortum verum dicunt, quan-

Digitized by G

ιγ', S. Δεύτερον ἢ τὸν χειμερινὸν διὰ τῆς αἰλίκος αἰγύπτου καὶ τὸν μικρῷ νοτιώτερον Ἀλεξανδρείας τε καὶ Κυρήνης, καὶ καθόλου διὰ τούτων τῶν τόπων ἐν οἷς ἡ μεγίστη τῶν ἡμερῶν ιθ' ὡρῶν ἐστιν ἰσημερινῶν. Τρίτον ἢ κλίμα, τὸν χειμερινὸν διὰ Ῥόδου καὶ καθόλου διὰ τούτων τῶν τόπων ἐν οἷς ἡ μεγίστη τῶν ἡμερῶν ιθ' S. ἐστιν ὡρῶν ἰσημερινῶν. Τέταρτον ἢ κλίμα τὸν χειμερινὸν διὰ μέσης Ἑλλησπόντου καὶ καθόλου διὰ τούτων τῶν τόπων ἐν οἷς ἡ μεγίστη τῶν ἡμερῶν ὡρῶν ἐστιν ἰσημερινῶν ιε. Πέμπτον ἢ κλίμα τὸν χειμερινὸν διὰ Κιλικίας καὶ Διέννης καὶ καθόλου διὰ τούτων τῶν τόπων, ἐν οἷς ἡ μεγίστη τῶν ἡμερῶν ὡρῶν ιε, S. ἰσημερινῶν. αὐτὰς ἢ τὰς χρόνους τῶν φάσεων τὰς τοῦ πλ. εἰληφότας τῆς χρήσεως ὧν ἕνεκεν ἀναγκαῖον κἀκείνων ἁπάντων ποιεῖσθαι τὰς ἐπιλογισμὰς καὶ μέχρι μόνων τῶν ἐπισημοτέρων λαμπρῶν ἀστέρων μετὰ τῶν τετηρημένων τοῖς ἀφ' ἡμῶν ἐπὶ τῶν φάσεων ἐπισημασιῶν ἐπιταῦθα δ' ἀφορμὰς χάριν ἐκθησόμεθα μικρὰ προδιελθόντες περὶ τῶν φάσεων αὐτῶν καὶ τῆς χρήσεως τῶν ἐπ. μέρους παρατηρήσεων.

2. Φάσιν μὲν δὴ καλοῦμεν ἀπλανοῦς ἀστέρος, τὸν πρὸς ἥλιον καὶ τὸν ὁρίζοντα λαμβανόμενον αὐτοῦ σχηματισμὸν τὸν πρῶτον ἢ ἔσχατον τῶν φαινομένων παρ' ὃ καὶ τοιαύτης ἔτυχε προσηγορίας. τῶν ἢ τοῦτον τὸν τρόπον ὑποτιθεμένων σχηματισμῶν τέσσαρες αἱ γενικώτεραι συνίστανται διαφοραί, πασοῦται δὲ θέσεις μεταλαμβάνονται δ' ἥ τε ἡλίου καὶ δ' ἀστέρος πρὸς ἀλλήλους καὶ τὰ δύο δ' ὁρίζοντος ἡμικύκλια τόν τε πρὸς ἀνατολὰς, καὶ τὸ πρὸς δυσμάς. σημαίνεται ἢ ἡ μὲν τῶν ἀστέρων καθ' ἑκάτερον τῶν ἡμικυκλίων θέσις κοινότερον ἀπό τε τῆς ἀνατολῆς καὶ δύσεως. ἡ ἢ δ' ἡλίου πρὸς τὸ τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεικνυμένων χρόνων, ἴδιον ἀπό τε τῆς ἑῴας καὶ τῆς ἑσπερίας. διόπερ ὅταν μὲν καὶ τὸν ἀστέρα καὶ τὸν ἥλιον ἐπὶ δ' πρὸς ἀνατολὰς ἡμικυκλίου λαμβάνωμεν, τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν καλοῦμεν κοινῶς ἑῴαν ἀνατολήν. ὅταν ἢ ἀμφοτέρους πάλιν ἐπὶ δ' πρὸς δυσμάς, καὶ τοῦτον τὸν συσχηματισμὸν καλοῦμεν ἑσπερίαν δύσιν. ἐναλλὰξ ἢ ἐχόντων ὅταν μὲν τὸν ἀστέρα νοῶμεν ἐπὶ δ' πρὸς ἀνατολὰς ἡμικυκλίου καὶ τὸν ἥλιον ἐπὶ δ' πρὸς δυσμάς, ὅτε ὁ σχηματισμὸς καλεῖται ἑσπερία ἀνατολή, ὅταν ἢ τὸν ἥλιον νοῶμεν ἐπὶ δ' πρὸς ἀνατολὰς ἡμικυκλίου καὶ τὸν ἀστέρα ἐπὶ δ' πρὸς δυσμάς, καὶ ὅτον τὸν σχηματισμὸν καλοῦμεν ἑῴαν δύσιν.

3. Πάλιν δὴ καθ' ἕκαστον τῶν ἐγκειμένων τεσσάρων σχηματισμῶν δύο γίνονται πρῶται διαφοραί. τὰς μὲν δὴ αὐτῶν καλοῦμεν ἀληθινάς, τὰς ἢ φαινομένας. καὶ κοινότερον ἀληθινοὶ μέν εἰσιν, ὅσοι μὴ τὸν ἀστέρα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἥλιον ἔχωσι κατ' αὐτὸν ἀκριβῶς τὸν ὁρίζοντα. φαινόμενοι ἢ ὅσοι μὲν ἀστέρα κατ' αὐτὸν τὸν ὁρίζοντα, τὸν ἢ ἥλιον ὑπὸ γῆν. ἃ μὴν ὅτως ἁπλῶς, ἀλλ' ἤτοι πρὸ τῆς ἀνατολῆς αὐτῆς ἢ μετὰ ταύτην τὴν δύσιν. ἰδιαίτερα ἢ καθ' ἕκαστον τῶν σχηματισμῶν ἑῴαν μὲν ἀνατολὴν ἀληθινὴν λέγουσιν, ὅταν συναναπέλλωσιν ὅτε ἀὴρ καὶ ὁ ἥλιος. ἑσπερίαν ἢ ἀνατολὴν ἀληθῆ, ὅταν ἅμα τῷ ἡλίῳ δύνοντι ὁ ἀὴρ

quando ſtella ac ſol ſimul oriuntur: veſpertinum exortum verum, quando labente ſole ſtella horizontem conſcendit: matutinum occaſum verum, quando oriente ſole ſtella occumbit: veſpertinum occaſum verum, quando ſimul ſtella ac ſol occaſum petunt. Rurſus autem matutinum ortum apparentem, cum ante ſolis exortum ſtella oriens apparet: veſpertinum ortum apparentem, ubi poſt ſolis lapſum ſtella identidem oriens cernitur occidere. Porro in veris configurationibus non ſtellarū tantum, ſed ſolis quoque loca contemplari evenit: quandoquidem hoc modo ſol pariter ac ſtella in ipſo horizonte reperiuntur; in apparentib⁹ vero id eatenus contingit, quatenus eas exacte ac ſimpliciter accipimus; cum alioqui ſolis loca non ſemper definita ac certa intelligantur. Fieri namq; poteſt ut ſecundum diverſa ſolis ſub terris cōmorantis intervalla, pluribus diebus matutini ac veſpertini ſyderum ortus occaſusq; conſpiciantur: quaſi aliquam tempora hæc varietatem recipiant, qua de re nulla harum dictarū configurationū jam apparitio dicenda erit; ſiquidem apparitio definitio ſimulq; apparentis aſpectus manifeſtatio eſt. Atqui in his aſpectibus, qui poſiti ſunt, in veris quidem tempora ipſa latent, in apparentibus vero ſolis loca. Ubi igitur, non craſſiori Minerua, atq; ut contigerit, apparentes configurationes acceperimus, verum primos tum in occaſu & ultimos aſpectus definiverimus; ſane tunc quod proprium apparitionis eſt, aſſequemur; uno jam exiſtente etiam ſolis loco, in quo cum ipſe extiterit, primo & ultimo ſtellæ orientes & occidentes poſſunt apparere; atq; ſecundum hujusmodi jam definitum adſpectum conſtituuntur in expoſitis climatib⁹, ac omnino quaten⁹ horizon tropicos ſecat.

4. Matutina quidem orientalis apparitio primus apparentiū aſpectuum ortus; veſpertina orientalis apparitio ultimus apparentium aſpectuum ortus. Rurſusq; matutina occidentalis apparitio primus ſtellæ occaſus; veſpertina occidentalis apparitio ultimus ſtellæ occaſus. In ſtellis igitur inerrantibus, quæ in circulo, qui per medium ſignorum eſt collocatæ ſunt, apparitionum ordo ita ſe habet, atq; toto quidem illo tempore, quod inter matutinum, ac veſpertinum ortum eſt, hujusmodi quidem ſtellæ cum oriuntur apparent, non cum occidunt. Eo vero quod inter veſpertinum exortum & matutinum occaſum interjacet, apparent quidem ſed neque orientes neque occidentes: eo autem, quod eſt à veſpertino occaſu ad matutinum exortum, omnino non apparent: atque has quidem ſtellas, cum aliquo tempore diſparent, emergentes vocamus, ſeſeq; occultantes, ipſarumq; matutinum exortū ſimpliciter emerſionem appellamus; veſpertinum autem occaſum ſimpliciter occultationem: Cum vero aliquo tempore apparent, neq; orientes neq; occidentes, κολοβοδιεξόδους dicimus.

5. Cæte-

Digitized by Google

ἀνατέλλη. ἑῴαν μὲν δύσιν ἀληθῆ, ὅταν ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνατέλλοντι ὁ ἀστὴρ δύῃ. ἑσπερίαν δὲ δύσιν ἀληθῆ ὅταν συγκαταδύνωσιν, ὅτε ἀστὴρ καὶ ὁ ἥλιος. πάλιν δ' αὖ ἑῴαν ἀνατολὴν φαινομένην, ὅταν πρὸ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου καὶ ὁ ἀστὴρ ἀνατέλλων φαίνηται. ἑσπερίαν δ' ἀνατολὴν φαινομένην, ὅταν μετὰ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν ὁ ἀστὴρ ἀνατέλλων φαίνηται. ἑῴαν δὲ δύσιν φαινομένην ὅταν πρὸ τῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου ὁ ἀστὴρ δύνων φαίνηται. ἑσπερίαν δὲ δύσιν φαινομένην, ὅταν μετὰ τὴν τοῦ ἡλίου δύσιν καὶ ὁ ἀστὴρ δύνων φαίνηται. ἐπεὶ μὴν οὐ τῶν ἀληθινῶν σχηματισμῶν μόνους τοὺς τῶν ἀστέρων, ἀλλὰ καὶ τοὺς τοῦ ἡλίου τόπους θεωρεῖσθαι συμβέβηκεν, ἐπειδὴ καὶ οὗτος κατ' αὐτὸν συνίσταται τὸν ὁρίζοντα. ἐπεὶ οὖν τῶν φαινομένων ἐφ' ὅσον ἅπαξ ἁπλῶς αὐτοὺς ἀκούομεν, ἀκόπτει καὶ τοὺς τοῦ ἡλίου πάντως. δυνατὸν δὲ γίνεται καὶ πλείοσιν ἡμέραις τῆς διαφορᾶς ὑπὸ γῆν τοῦ ἡλίου διαστάσεις, ἑῳθινάς τε καὶ ἑσπερινὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς δύσεις φαίνεσθαι τῶν ἀστέρων ὡς αὖ ὑποδεχομένων σχηματισμοὺς ἤδη καὶ φάσεις τινὰς ὑποδεδραπευκότων ὑποκειμένων χρόνων. διόπερ καὶ ἕτερον τῶν κατειλεγμένων σχηματισμῶν ἤδη καὶ φάσεις ῥητέον. ἡ μὲν δὴ φάσις δήλωσίς ἐστιν ὡρισμένου τε ἅμα καὶ φαινομένου σχηματισμοῦ. τῶν δ' ἐκκειμένων οἱ μὲν ἀληθινοὶ τοὺς χρόνους αὐτοὺς καθιστῶσιν ἀφανεῖς. οἱ δὲ φαινόμενοι τοὺς τοῦ ἡλίου τόπους. ὅταν οὖν τοὺς φαινομένους μὴ καθ' ἁπλῶς ὅπως εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν ἐκδεχώμεθα παρασυρίζοντες τοὺς πρώτους ἢ ἐσχάτους τῶν ἀνατολῶν καὶ τῶν δύσεων, τότε καὶ τὸ τῆς φάσεως ἴδιον παρείξουσιν, ἑνὸς ἤδη γινομένου καὶ τοῦ τὸν ἥλιον τόπου, καθ' ὃν ἕνα πρῶτον καὶ ἔσχατον οἱ ἀστέρες ἀνατέλλοντες καὶ δύνοντες φαίνεσθαι δύνανται καὶ συνίστανται τὸν τοιοῦτον ἤδη διορισμένον, ἐπὶ μὲν γε τῶν ἐκκειμένων * κλιμάτων, καὶ ὅλως ἐφ' ὅσον τέμνει τὸν τροπικὸν ὁ ὁρίζων.

4. Ἑῴα μὲν ἀνατολικὴ φάσις ἡ πρώτη τῶν φαινομένων ἀνατολή. ἑσπερία δὲ ἀνατολικὴ φάσις ἡ ἐσχάτη τῶν φαινομένων τοῦ ἀστέρος ἀνατολή. καὶ πάλιν ἑῴα μὲν δυτικὴ φάσις ἡ πρώτη τῶν φαινομένων τοῦ ἀστέρος δύσις, ἑσπερία δὲ δυτικὴ φάσις ἡ ἐσχάτη τῶν φαινομένων τοῦ ἀστέρος δύσις. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν περὶ αὐτὸν διὰ μέσων τῶν ζῳδίων κύκλον τὰς θέσεις ἐχόντων ἀπλανῶν ἡ τάξις τῶν φάσεων τὸν εἰκότα περέχει τρόπον. διὰ μὲν τὸν ἀπὸ τῆς ἑῴας ἀνατολῆς ἕως τῆς ἑσπερίας ἀνατολῆς οἱ ἀστέρες χρόνον ἀνατέλλοντες, καὶ δύνοντες φαίνεται. τὸν δὲ μεταξὺ τῆς ἑσπερίας ἀνατολῆς καὶ τῆς ἑῴας δύσεως φαίνονται μὲν ὅτε ἀνατέλλοντες ὅτε δύνοντες. τὸν δ' ἀπὸ τῆς ἑσπερίας δύσεως ἕως τῆς ἑῴας ἀνατολῆς ὅλως οὐ φαίνονται. τούτους δὲ ὅτε μὲν ἀφανίζοντα τινὰ χρόνον, καλοῦμεν ἐπιτέλλοντας καὶ κρυπτομένους, καὶ τὴν μὲν ἑῴαν αὐτῶν ἀνατολὴν ἁπλῶς ἐπιτολὴν καλοῦμεν. τὴν δ' ἑσπερίαν δύσιν, ἁπλῶς κρύψιν. ἔτε δὲ φαίνοντάς τινα χρόνον μήτε ἀνατέλλοντες μήτε δύνοντες, κολοβοδιεξόδους καλοῦσιν.

* Ita interpres. Al. τάξεων.

5. Cæterum in ſyderibus illis, quæ à circulo, qui per medium ſignorum eſt, vel ad Urſam, vel ad meridiem inſigniter diſtant, expoſitus interdum ordo varietatem habet, ſecundum utramque Syzygiam; cum earum partem aliam illum retinere obſervemus aliam vero oppoſitam nequaquam. Enim vero in auſtraliorem habentibus à circulo per medium ſignorum poſitionem ſtellis, occaſum quidem veſpertinum præcedere matutinum exortum videmus; atque quod emerſionum occultationumque proprium eſt eas habere: propterea quod toto eo tempore, quod inter haſce apparitiones interjacet, penitus ſe celant. Matutinum vero occaſum è contra tempore veſpertinum exortum antecedere, eo quia non amplius ipſis contingat quod τῶν κολοβοδιεξόδων proprium eſt, ſed potius earum, quæ vocantur νυκτιδιέξοδοι naturam imitentur; quoniam toto eo tempore, quod ab occaſu matutino eſt, ad exortum uſque veſpertinum & exorientes & occidentes, totumque quod ſupra terram eſt hemiſphærium pertranſeuntes apparent: poſt ſolis quidem occaſum exorientes, atque ante ortum ipſius occumbentes. In ſtellis vero, quæ borealiorem à circulo per medium ſignorum poſitionem obtinent; ex contrario veſpertinus exortus (ut obſervatur) matutinum occaſum antevertit, atque hæ ipſæ, earum quæ κολοβοδιεξόδοι dicuntur, proprium retinent; quoniam toto rurſus intermedio tempore harum duarum apparitionum, neque orientes neque occidentes apparent. At matutinus exortus plerumque in illis veſpertinum occaſum antegreditur; eo quod non amplius, quod diſparentium aſtrorum, emergentiumque ac ſeſe occultantium proprium eſt, ſervant; ſed earum quæ ἐπαυτοφανεῖς appellantur; quoniam toto eo tempore, quod ab exortu matutino eſt ad veſpertinum occaſum cerni poſſunt, occidentes quidem poſt occaſum ſolis, atque ante ipſius exortum orientes; vocantur autem hujusmodi ſtellæ ἀμφιφανεῖς, quamobrem in ipſo commentario diligenter inſpiciendum eſt, propterea quod ſtellæ, quæ dicuntur emergere, & occultari, de earum numero ſunt, quæ abeunt à conſpectu noſtro abſcondunturq;: quæ vero ſimpliciter matutinum exortum efficere occaſumq; veſpertinum ponuntur, ad illas pertinent, quæ ἐπαυτοφανεῖς & ἀμφιφανεῖς appellantur: ſimiliter autem, quæ veſpertinum exortum ante occaſum matutinum efficiunt, de illarum numero ſunt, quæ κολοβοδιέξοδοι nuncupantur. Quæ vero è contra occaſum matutinum faciunt ante veſpertinum exortum, νυκτιδιέξοδοι dici ſolent. Quæ igitur circa differentias ordinemq; apparitionum præſenti inſtituto conveniunt, hujusmodi fere ſunt.

6. Adhi-

Πτολεμαῖος ὁ Μενδήτιος τὰ Αἰγυπτίων ἀνέγραψεν ἱερῶν Syncell. p. 64. Ptolemæi hujus *Mendeſii* ſacerdotis Tatiano, Juſtino, Tertulliano & Cyrillo Alex. laudati librum περὶ χρόνων allegat Apio apud Clementem Alex. I. Strom. p. 320. & Euſebium X. 12. præp. Neque valde antiquior fuerit hic Ptolemæus Apione, ſiquidem idem ſit quem ἐν πρώτῳ περὶ Ἡρῴδου τοῦ βασιλέως laudat Ammonius in Ἰδιωμαῖοι. Ita quidem doctiſſimus Voſſius II. 5. Hiſt. Gr. Magis tamen inclino in eam ſententiam, Ptolemæum Aſcalonitam ab Ammonio intelligi, quem & alibi laudat & qui Herodis Aſcalonitæ civis fuit.

In Morerii Lexico pro Ptolomée, *Medecin*, lege *Mendeſien*.

Ptolemæus *Naucratites* Sophiſta cognomento Marathon, Herodis Attici auditor, ſed qui ad Polemonem magis orationem ſuam conformabat. De eo Philoſtratus lib. 2. de Sophiſt. p. 591. ſeq. Ejus cum Heraclide Lycio contentionem refert, idem p. 608.

Ptolemæus *Peripateticus* cujus meminit Porphyrius in Plotini vita. Utrum diverſus fuerit à Ptolemæo Aſcalonita, dubitare me memini lib. III. cap. 11.

Pto-

Ptolemæus cognomento *Pindarion.* Vide ſupra in Ptolemæo Alexandrino.

Ptolemus *Platonicus* qui ſcripſit in Timæum Platonis, teſte Proclo.

Ptolemæum Philadelphum Regem, *Platonis* ſectatorem vocat S. Hieronymus præf. ad quæſtiones Hebr. in Geneſin, in eo quidem quod & ipſe inſtar Platonis unum DEUM colendum eſſe duxit.

Ptolemæus Philadelphus Philoſophus Pythagoricus quem Beda lib. de Muſica & ex eo Meurſius p. 185. ad Nicomachum atque Jonſius p. 114. memorat, nullus fuit, Harmonicorum enim quæ ille Ptolemæus dicitur ſcripſiſſe, auctor fuit Claudius noſter Ptolemæus, ut ſupra §. 12. demonſtravi.

Ptolemæenſis Philadelphus inter Dipnoſophiſtas colloquens ab Athenæo inducitur, ſed is à patria Ptolemaide Phœniciæ ita dicitur, ut Antiochus Ptolemenſis apud Marcellinum Comitem in Chronico. Itaque Jonſius male Philadelphum Ptolemaicum appellat, à Ptolemaide vero Ægypti dicuntur potius Ptolemaitæ, ut notavit illuſtris Ez. Spanhemius diſſ. IX. de uſu numiſm. p. 912.

Fuit & recens quidam ſcriptor Claudius Ptolemæus nobilis Senenſis cujus libri ſex Epiſtolarum Italice ſcripti exſtant, quarum ſeleotas Gallice transtulit Petrus Vidal Toloſanus, Pariſ. 1572. 8. Prætereo Ptolemæum Lucenſem circa A. C. 1300. clarum ſcriptorem Chronici quod laudat Joannes Gerſon de ſtatu Eccleſiæ V. & N. T.

XVI. Cum Geographos ſupra cap. 2. perſequerer, annotavi nonnulla §. 10. de tabulis ſive chartis veterum Geographicis, de quibus varia etiam obſervata eſſe video Petro Bertio in præfatione ad Ptolemæi Geographiam. Lubet igitur in præſenti ubi de Aſtronomorum principe Ptolemæo mihi ſermo fuit, ſimiliter pauca quædam ſubjungere de veterum ſphæris globisque cœleſtibus & aliis ejusmodi inſtrumentis Aſtronomicis, quibus interim utetur lector, donec oriatur alius me eruditior qui ſatisfaciat Clariſſ. Viri Jacobi Bernardi a) deſiderio, ut Hiſtoriam Globi plenius atque exactius deſcribat. De obſervationum quidem cœleſtium antiquitate præclara ſunt quæ disputavit magnus Gaſſendus

a) Nov. Reip. litterar. A 1699. T. 2. p. 471. *Quelques perſonnes curieuſes ſouhaiteroient que quelcun fit l'Hiſtoire du Globe, à peu pres comme on a fait celui du Calendrier, en montrant qui en a été le premier inventeur, & quels ont été les progrés. Que ſi ce plan eſt trop difficile à remplir, on voudroit ſavoir du moins, qui eſt le premier inventeur des globes celeſte & terreſtre.*

Digitized by Google

ſendus præf. ad Vitam Tychonis Brahei. Attigit hoc argumentum etiam Clariſſimus Jaquelotus diſſ. 1. de exiſtentia DEI adverſus Atheos cap. 22. Sed in præſenti unus mihi erit ſcopus propoſitus, veterum in efformandis cœleſtis machinæ imaginibus & inſtrumentis Aſtronomicis induſtriam breviter perſtringere.

Ut ab Hebræis initium ſumam, ſuſpicari quis poſſit Regem Salomonem in templo ſuo duas illas inſignis molis columnas ideo ſtatuiſſe ut ſingulis illis imponeret ſphæram ſive globum, ut vocatur 3. Reg. VII. 16. qui ſeptem erat circumdatus circulis ſive totidem planetarum orbitis. id. 17. Confer 2. Paralip. III. 16. Equidem uti ſanctum tabernaculum ita templum quoque referebat imaginem univerſi, unde ἐκμαγεῖον παντὸς κόσμου appellatur ab auctore Chronici Paſchalis pag. 77. In hoc per adytum ſive ſanctum ſanctorum in quo manna gratiæ, atque lex & Aaronis virga, providentiæ divinæ ſymbola erant & DEUS ſuper Cherubim apparebat, deſignabatur b) cœlum νοητὸν, in quod ingreſſus eſt JESUS. Hebr. IX. 12. 24. VI. 19. 20. Sanctum ſive media pars erat, cœlum viſibile & ἅγιον κοσμικὸν ut vocatur ab Apoſtolo Hebr. IX. 2. atrium denique quod animalibus pariter & hominibus ſacris profanis patens erat ſub dio, denotabat orbem terrarum. Menſa cum duodecim panibus, totidem ſigna Zodiaci, quæ menſa quoque Iſiaca Ægyptiorum videntur ſignificari. Menſa autem ipſa terram innuit quæ duodecim ſignis ambitur. Vide ſi placet P. Fabrum III. ſemeſtrium p. 408. Candelabrum cum ſeptem lampadibus referebat ſeptem planetas: quatuor cortinarum colores, & ara quadrilatera, quatuor elementa. In libro Sapientiæ IX. 8. non modo templum vocatur μίμημα σκηνῆς ἁγίας cœleſtis, uti Apoſtolo Hebr. VIII. cœlum ἀληθινὴ σκηνή, ſed cap. 18. v. 24. auctor libri Sapientiæ etiam in ornatu Pontificis maximi fuiſſe affirmat ὅλον τὸν κόσμον, quod diſertius explicans Philo lib. de ſomniis p. 463. teſtatur eum juſſum χιτῶνα ἐνδύεσθαι ᾧ πάντες αἰτιμίμημα ὄντα ἐφαπτὸς, ἵνα συνιερουργῇ καὶ κόσμῳ ἀνθρώπῳ καὶ τῷ παντὶ ἀνθρώπῳ. Lib. de profugis p. 364. ἐνδύεται δ' ὁ μὲν πρεσβύτατος ἢ ἔνι λόγος ὡς ἐσθῆτα τὸν κόσμον, γῆν ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ πῦρ καὶ τὰ ἐκ τούτων ἐπαμπίσχεται. Etiam Joſephus III. Antiqu. Jud. 9. p. 86. de veſtitu Pontificis maximi loquens ſingula ejus εἰς ὁμοίωσιν καὶ μιμήσεως τῶν ὅλων facta eſſe obſervat.

Ab

b) Confer Philonis & Joſephi loca apud Grotium in Matthæum XXVII. 51. Clementem Alex. V. Strom p. 563. Coſmam Indopleuſten lib. I. p. 115. II. p. 134 ſeq. III. p. 163. 173. ſeq. V. p. 197. 200. ſeq. VII. p. 297. IX. p. 309. 311. Menaſſeh ben Iſraël in Conciliatore ad Exod. XX. 5.

Digitized by Google

Ab Hebræis ad alios deſcendere juvat. In Achillis clypeo κόσμος μίμημα à Vulcano inſculptum narrat Homerus Iliad. Σ. v. 478. ſeq. usque ad extremum libri, ad quem locum confer allegorias Homericas Heraclidis p. 467. ſeq. & qui Homerum imitantur, Euripidem Electra v. 455. ſeq. Nonnum Dionyſiac. XXV. v. 381. ſeq. De Heliotropio in inſula Syro meminit Homerus Iliad. ε. 403.

Circulum 365. cubitorum in Oſamanduæ Epitaphio monumento ab Ægyptiis conſtructum & ad gradus annui curſus ſolis haud dubie reſpicientem memorat Diodorus Sic. lib. 1. f. 46. everſum ac disjectum à Cambyſe.

Sphæram primus compoſuit Atlas teſte eodem Diodoro lib. III. p. 193. obliquitatem ſigniferi addidit Anaximander, ſigna in eo Cleoſtratus. Vide Harduinum ad Plinii Hiſt. II. 8. T. 1. p. 148. Menagium ad Laërt. p. 70 & Lambecium prodromi Hiſt. litterar. p. 132. ubi & de Muſæo quem primum σφαῖραν πήξαι ſcripſit Laërtius in procem. quo de loco dixi lib. 1. c. 16. p. 103. ſeq.

Zonarum auctor Parmenides, ut ex Poſidonii teſtimonio obſervavit Scaliger ad Manil. p. 320.

De Sphæra Callipi Cyziceni, Eudoxi Cnidii, Avtolyci Pitanæi & Soſigenis conſulendus Simplicius ad Ariſtotelem de cœlo lib. 2. comment. 46.

Billari ſphæram quam expugnata Sinope abſtulit Lucullus, memorat Strabo XII. p. 546.

Pythagoras ſedens & baculo ſphæram monſtrans occurrit in numiſmate Samiorum. Confer Laur. Begeri ſpicilegium Antiquitatis p. 11. qui p. 10. illuſtrat etiam Amorginorum numum, in quo Apollo cum ſphæra & circino.

De gnomone & ſciothere quem ad obſervanda æquinoctia & ſolſtitia invenit Anaximander, vide Salmaſ. ad Solin. p. 623. ſeq. & Menagium ad Laert. lib. 1. ſect. 119. & lib. 2. ſect. 1. Ab hoc diverſa horologia ſolaria, Metonis inventum. Scal. ad Manil. p. 229. Gaſſend. T. V. Opp. p. 376. 380. Juſtus Rycquius cap. 38. de capitolio.

Archimedes non modo librum ſcripſerat περὶ σφαιροποιΐας quem laudat Carpus apud Pappum procemio libri VIII. ſed etiam ipſe compoſuit ſphæram vitream qua miro artificio lunæ ſolis & quinque errantium motus illigavit. Dixi de hac ſphæra lib. III. c. XXII. p. 552.

Eratoſthene auctore in Porticu Alexandrina ſub Ptolemæo Philometore poſitæ ſunt armillæ ac regulæ ad notandos quotidie motus cœleſtes, ut jam notatum Gaſſendo T. V. Opp. p. 378.

Globum cœleſtem primus videtur conſtruxiſſe ſtellis in eo notatis Hipparchus. Vide Plinium lib. 2. Hiſt. c. 26. Syneſius quidem de dono Aſtrolabii p. 310. teſtatur Hipparchum primum docuiſſe σφαιρικῆς ἐπιφανείας ἐξαπλωσιν ſive globoſæ ſuperficiei complanationem, in figuræ diverſitate proportionem rationum conſervando eandem, quod artificium poſtea in planiſphærio ſuo expoſuere Ptolemæus, Jordanus &c. Idem Syneſius auctor eſt Hipparchum illum παμπάλαιον ſolos ſedecim ἀστέρας in inſtrumento ſuo diſpoſuiſſe, quo contenti fuerint etiam Ptolemæus ejusque Εὐδόξειοι. Adde Gaſſendum T.V. Opp. pag. 378. ſeq. qui p. 375. Eudoxum putat eſſe primum qui partim Ægyptias partim Græcas imagines ſiderum repræſentari in globo ſolidave ſphæra curavit, & pag. 379. Hipparchum Hypotheſes tabulasque Aſtrologicas idoneas primum condidiſſe, quemadmodum poſtea fecit Ptolemæus qui omne genus obſervationum de Planetarum motu & fixarum ſive è veterum monumentis collegit, ſive propria induſtria emendavit aut addidit, ut hoc ipſo capite demonſtravi. Eudoxi ſphæram deſcripſit Aratus, ut Hipparcho pridem notatum fuit.

In Demetrii Poliorcetæ chlamyde intextum erat εἰκασμα ξ κόσμου καὶ τῶν κατ' ἀρχὰν Φαινομένων, teſte Plutarcho in Demetrio p. 909. S Menippus in pileo ſuo duodecim Zodiaci ſigna intexta circumferebat teſte Suida in Φαιός.

Poſidonii Philoſophi ſphæram celebrat Cicero 2. de natur. Deor. *cujus ſingulæ converſiones idem efficiebant in ſole & luna & in quinque ſtellis erraticis, quod efficitur in cœlo ſingulis diebus & noctibus.*

Sphæræ κρικωτῆς ſive armillaris meminit Varro apud Gellium III. 10. quem ſi placet vide.

Aſtris nomina impoſita ex quintuplici ratione ut docet Scholiaſtes Arati ad v. 27. ἀλλὰ πέντε αἰτίας εὐλόγως τέθειται τῆς ἀστροθεσίας, ἢ κατ' ὁμοίωσιν τέχνημα τῷ ἄστρῳ ὥσπερ ὁ σκορπίος. ἢ κατὰ πάθος, ὡς ὁ κύων, δοκεῖσι γὰρ ἐπὶ τῇ ὑπερβολῇ τοῦ καύσωνος λυττᾶν οἱ χερσαῖοι κύνες. ἢ μυθικῶς, ὡς ἡ μεταβληθεῖσα Καλλιστὼ εἰς ἄρκτον. ἢ κατὰ τιμήν, ὡς οἱ Διόσκουροι Δίδυμοι. ἢ διὰ σεμνὸν καὶ διδασκαλίας χάριν, ὡς τὰ πολλὰ τῶν ζωδίων. Honoris cauſa ſideribus adſcripta Ariadne, Coma Berenices, Cæſaris aſtrum, anima Antinoi &c. Sic ex Perſarum ſententia Orion erat Nimrod ἀποθεωθείς. Chronicon Paſchale pag. 36. Juſtinus Martyr pag. 67. τὸ γὰρ λέγομεν τὴν Ἀριάδνην καὶ τὰς ὁμοίας αὐτῇ καταστερισθῆναι λεγομένας; Homilia V. Clementin. §. 17. αὐτίκα γὰρ Ζεὺς κατεστέρισεν Καλλιστὼ &c. *Jam ergo Jupiter*

Digitized by Google

piter Calliſtonem ſtellam fecit, quæ vocatur urſa minor, quamque Cynoſuram appellant nonnulli. Neptunus in cœlo collocavit Delphinum Amphitrites gratia: & Orionem ex Euryale Minois filia natum, propter matrem Euryalem aſtris donavit. Bacchus coronam Ariadnæ, Jupiter aquilam qua in rapiendo Ganymede uſus fuerat, ipſumque Ganymedem in Aquarii honore conſtituit, ac taurum honoravit ob Europam. Quin & Caſtorem, Pollucem ac Helenam Ledæ gratificans ſtellas fecit, & Perſeum propter Calliſtonem, Virginem quæ & Dice ob Themin, Herculem propter Alcmenam. Similiter noſtra ætate Aſtronomi illuſtres ſideribus intulere Joannes Hevelius ſcutum Sobieſcianum, Gothofredus Kirchius Pomum imperiale, Gladios electorales Saxonicos, & ſceptrum Brandenburgicum, ut videre licet in Actis Erud. A. 1684. p. 397. & A. 1687. p. 452.

A diverſis gentibus diverſa nomina ſideribus data & diverſæ imagines impoſitæ fuerunt. Sic alia nomina aliæque imagines ſiderum apud Ægyptios, alia apud Chaldæos, Perſas, Indos, alia apud Græcos, alia apud Arabes denique. Vide Scaligerum ad quintum Manilii pag. 335. ſeq. Gaſſendum T. 5. p. 375. Salmaſium præf. ad lib. de annis Climacter. Tho. Hyde in Hiſt. religionis Perſarum pag. 390. Georgium Paſchium περὶ μαχαιρίδων in inventis novantiquis pag. 552. ſeditionis ſecundæ, Jac. Gaffarellum in curioſitatibus inauditis & Philippum Cæſium in Cœlo Aſtronomico Poëtico. Hinc vanitas innoteſcit Aſtrologiæ apotelesmaticæ quatenus ex nominibus naturam ſiderum & effectus colligit. Præſtat tamen vetera ac recepta ſemel nomina Græca imagines q; aſtrorum retinere quam cum Joanne Baiero c) & Julio Schillero ſanctos

c) Gaſſendus in vita Peireskii ad A. 1628. *Cum exemplum cœli Chriſtiani à Joanne Bayero affecti & à Julio Schillero* (Auguſtæ Vindel. 1627.) *confecti allatum fuit, commendavit quidem Peireskius pietatem, qua illi vulgatis Planetarum nominibus ſubſtituerunt propria Adami, Moyſis, aliorumque Patriarcharum: indiderunt que duodecim ſignis Apoſtolorum vocabula & aſteriſmis ceteris aliorum ſanctorum rerumq; religioſarum nuncupationes, præter figuras recens confictas conditaque nova de iis carmina: ſed inſtitutum non comprobavit pervertendi confundendique quicquid cœleſtis notitiæ à memoria usque antiquiſſima reſperſum eſt in omnes libros. Quanquam ſerio non timuit, ne propterea Aſtronomi univerſam illam aſtrorum nomenclaturam immutarent, quoniam illico perviderent nihil ſe inde adjutari, turbari vero plurimum. Addebat pervetuſtos illos ſchematiſmos ſiderum, tametſi profanos, nihil officere Chriſtianæ pietati, cum & ipſe olim obſervaſſet Vercellis hujuſmodi imagines à mille & ducentis annis fornici impreſſas. Denique optare, ut quæ ſolers manus novas iſtas calaverat, Vercellenſes illas ſua antiquitate commendabiles expreſſiſſet.* Jo. Hevelius prodromo Aſtronom p. 110. *Licet Bayerum & ex eo Schillerum multo plures quam Tycho. & Kepler-*

ctos vel cum Erhardo Weigelio d) insignia principum substituere, ne tota ratio astronomiæ perturbetur & omnia omnium superiorum Astronomorum scripta inutilia reddantur. Magis ferendum est & si fortassis parum utile vel necessarium Wilhelmi Schickardi viri cetera præstantissimi institutum, qui in Astroscopio suo veteribus nominibus & imaginibus servatis novas ex sacris indidit significationes, ut ei v. g. Gemini sint Jacob & Esau: Pisces, duo illi quibus CHRISTUS quinque millia virorum pavit &c. Mutavit tamen & ipse pleraque, dum pro Boote v. g. suggerit Nimrodum, pro Hercule Simsonem, pro Cassiopea Bathsebam ac similia. Video etiam simile quid jam pridem in mentem venisse Bedæ presbytero, qui in carmine quod incipit *Mira prorsus paganorum & sæva dementia* T. 1. pag. 417. duodecim signa Zodiaci in sensum Christianum trahit. Sic fuere jam olim qui dies hebdomadæ à planetis nollent denominari, quod hæresibus etiam adscripsit Philastrius cap. CXI. sed svaderent ea (ita Campanella in tractatu de Monarchia Hispan.) à septem sacramentis appellari, & menses à duodecim Apostolis, quod factum videre est in fastis sacris Ambrosii Novidii Fracci dicatis Paulo III. Pontifici, & elegiaco carmine ad Ovidii imitationem compositis. Rom. 1547. 4.

Neronis præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. Sveton. Nerone c. 31.

Σθαῖραν καλάμιν sive ex culmis aheneis πρὸς τὸ τὸ παντὸς μίμημα ποιεῖσθαι memorat Lucianus in Nigrino T. 1. p. 21. Galenus XIV. de usu partium T. 1. edit. Basil. p. 522. ὥσπερ δὲ οἱ τὰς τῶν πλανωμένων ἀστέρων περιόδους μιμούμενοι ἀφ' ὑπαρχούσης αὐτοῖς ἀρχὴν κινήσεως ἐνδόντες &c. Porphyrius de anima ad Boëthum Sidonium apud Euseb. XI. 28. præparation.

plerus stellas exhibuerunt, nihilominus reliquis omnibus minime fidendum, cum nullum plane fundamentum longitudinis & latitudinis indicaverint. Atque ideo penitus mihi persvadeo, quod maximam partem fixarum exceptis Tychonicis non nisi nudo oculo rudiori Minervæ tantum delineaverint - - - - Figura Bayeri nihil amplius præstant quam quod totum cœleste negotium perturbent, & quòd omnes stellæ quæ in globis ad sinistram sunt constitutæ, ad dextram appareant. Bayerus enim ordinem stellarum inconsiderate plane invertit, ex quo Catalogi omnium auctorum confunduntur; etiam lectores perturbantur, cum nullam stellam debito nomine, sed per litteras tantum, quod radicissimum, denominat. Confer eundem Hevelium introductione in firmamentum Sobiescianum p. 10. seq

d) Vide Acta erud. A. 1688. p. 451. & Georgii Paschii inventa novantiqua p. 544 seq. edit. secundæ.

Digitized by Google

tion. ἀνθρωποειπιτέτηκεν ὅτι γῆς συνόδους τῶν ἐπὶ τὰ μὴ τῶν κινήσεως δημιουργήσας διὰ μηχανημάτων τὰ ἐν ὄψει μιμούμενος.

In numis frequentissium est Imperatores à Cæsare usque, Regesque ac principes cum globo in manu conspici, potestatis denotandæ causa. Interdum etiam cum globo duplici, ut Imperium significetur in orientem & occidentem, v. g. in numo Commodi apud Rubenium LI, 51. vel cum triplici ut Europæ Asiæ Africæ imperium denotetur. Ita in numo Augusti apud eundem XV. 18. Idem Rubenius victoriam sphæræ cœlesti insistentem exhibet X. 13. quemadmodum Romam Deam cum hasta & orbe in manu. LXIII. 15. Etiam in imaginibus Imperatores sive sculptis sive pictis constat globum manu gestare. De sculpta imagine locus est insignis Ammiani XXV. 10. *Nam & Maximiani statua Cæsaris quæ locata est in vestibulo regiæ, amsit repente sphæram æream formatam in speciem poli quam gestabat.* De Justiniani statua equestri Codinus & Svidas: καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν ἐμπεπηγότα δὲ σαυρῷ ἐν αὐτῇ. Confer Marqu. Freherum in notis ad Petrum de Andlo II. 6. & doctissimi viri Christophori Becmanni notitiam dignitatem illustrium IV 4.

In palatio Farnesiano Romæ exstat statua Herculis circa Commodi Imp. tempora ut videtur sculpta sustinentis globum cœlestem sideribus insignitum de quo adscribam hæc Francisci Bianchini viri eruditissimi in historia Universali ex antiquis monumentis confirmata Rom. 1699. 4. p. 369. *Nel palazzo Farnesiano in Roma si conserva una statua antica d' Ercole da pochi bene osservata, abbenchè sia uno de più cospicui monumenti di antichità, percioche sostiene il globo celeste che dal sito delle costellazioni rispetto à punti de' solstizi e degli equinozi si conosce lavorata à tempi di Commodo, intorno à quali fù lavorata, si come ci fece avvertire il celebre Astronomo Regio signor Cassini nell' osservarla, che ei fece l' anno 1695. quando ci portammo unitamente à vedere quel nobile monumento di antichità. Misurò il luogo della prima di ariete, il quale cadeva nel decimo grado del segno che porta lo stesso nome. L' occhio del Toro si vede collocato 40. grado lontano dal principio di cantro con situazione assai prossime alla osservata dal Tolemeo in quel secolo de gli Antonini in cui crediamo lavorata la statua. E il capo dell' uno de due Gemelli che precede detto Pollace ed Ercole, non tocca il punto del tropico estivo, ma vicinissimo è à toccarlo, e dimostra di rimanere circa al 29. grado di ♊, la dove à ad nostri è passato al 19. del segno seguente. Richiederebbe un trattato à parte quella ingegnosa scoltura, e forse un giorno l' otterrà per sodisfazione de gli eruditi.* Singularem de globo hoc dissertationem pollicetur auctor præstantissimus p. 571.

In numo Juliæ Mæſæ quæ Juliæ Domnæ Severi Imp. uxoris ſoror fuit, univerſa duodecim ſigna Zodiaci eleganter expreſſa cernuntur apud Patinum introduct. in numiſm. cap. XVII.

In Anthologia Epigrammatum lib. V. p. 516. legitur Epigramma εἰς μινσώρειον ἔχον τὰ δώδεκα ζώδια, ſive in menſam in qua planetæ deſcripti cum duodecim ſignis in Zodiaco;

Ἀργύρεος πόλος ἐστὶν ὅπῃ φαέθουσα σελήνη
Δέρκεται, αὐλιτύπων πιμπλαμένη φαέων.
Ἀστρα δὲ ἑπτὰ δ' ἑκάστῃ, καὶ αἰθέρι ναιετάουσι
Ἀδρομερὴς χρυσὸς πᾶσιν ἀγαστὸν τύχην.

Videndus etiam Leontius de compoſitione ſphæræ, & Proclus ac Beda libellis de ſphæra. Suidas in ξηρόλοφος ubi memoratur θέσις ἀστρονομικὴ λς' ἔτη Διοκλητιανοῦ poſita ſub Imp. Severo. Syneſius Pæonio muneris loco Aſtrolabium offerens, Aſtronomiam p. 309. vocat ἀστοχὲς πρθμεῖον τῆς ἀπορρήτου Θεολογίας, congruentem trajectum ad reconditam Theologiam. Aſtrolabium vero ipſum ἄγαλμα πάγκαλον & κοσμικῶς πλάτας, cavum ex argento, à Syneſio excogitatum: Διονοίας μὲν ἔργον ἐμῆς ὅστις μοι συνεπήρεισεν ἡ σεβασμιωτάτη διδάσκαλος, (Hypatiam intelligit) χειρὸς ἢ τῶν καθ' ἡμᾶς εἰς δημιουργίαν ἀρχύρου τῆς ἀρίστης. Huic aſtrolabio ſtellas diverſarum ſex magnitudinum ſuo quasque loco inſeruit, addiditque ſolido auro Διὰ χρυσοῦ στερεοῦ deſcripta in vacuis locis ſub circulo antarctico poſita duo Epigrammata, quorum unum ita ſonat;

Οὐδ' ὅλη θνατὸς ἐγὼ καὶ ἐφάμερος, ἀλλ' ὅταν ἄστρων
Ἰχνεύω πυκινὰς ἀμφιδρόμους ἕλικας,
Οὐκ ἔτ' ἐπιψαύω γαίης ποσὶν, ἀλλὰ παρ' αὐτῷ
Ζηνὶ διοτρεφέως πίμπλαμαι ἀμβροσίης.

Alterum ipſius eſt Syneſii, atque ita ſe habet:

Ἡ σοφίη τόδον εὗρεν ἐς οὐρανόν, ὦ μέγα θαῦμα,
Καὶ νόον ἐξ αὐτῶν ἦλθεν ἐπουρανίων.
Ἡνίδε καὶ γυρὰ σφαίρας ὑπετάσσετο νῶτα
Ἶσα τῇ κύκλα τορῶς ἐν ὁμαλαῖσι τίμε.'
Σκέπτεο τέσσερα πάντα πρὸς αὐτυχα τῆς ἐπὶ Τιτᾶν
Νύκτα παλαντίνων καὶ φάος ἐρχόμενον.
Δέξο ζωδιακῶν λοξώσιας, ὑδέ σε λήσει
Κλεινὰ μεσημβρινῆς κέντρα σωηλύσεως.

Con-

Confer Bedam in libello de aſtrolabio T. 1. Opp. p. 394. ſeq.

Neſcio an hoc loco referam illud Choſrois ab Imp. Heraclio everſum, mirandum certe, etſi non magis forte huc ſpectans quam illud Salmonei. Ita vero de Chosrõe Jo. Tzetzes Chiliad. I. hiſt. 66.

Ἐν τοῖς ὀρόφοις θεᾶνον ἔχων πηχηπυθέπα
Ἐξ ἧ βροντὴ καὶ κέραυνοι μηχαιητοὶ καὶ ὄμβροι
Ἐπωμεινων πρεσβειων ἐρρήγνυντο πρὸς θαμβος.

Fertur etiam Sapor rex Perſarum machinam cœleſtem mirandi artificii habuiſſe, atq; ut ad recentiora tempora deſcendam, Gajaſadinus Turcarum Imp. Friderico Imperatori tentorium miſit mira arte ita inſtructum, ut ſol & luna in eo facti curſum ſuum recte obſervarent, & horæ tam noctis quam diei recte indicarentur, ut è Trithemii Chronico Hirſaugienſi notavit Spondanus ad A. C. 1232. Viciſſim Ferdinandus I. Imp. ad Solimannum miſit globum cœleſtem inſignem argenteum cujus meminere Jovius ac Sabellicus. His adde quæ Cardanus ſub extremum libri XIII. de ſubtil. *Hinc ſoles, aſtra lunaque ementito cœlo, qua Nicolaus Siteius vir ſplendidiſſimus omnique ſcientiarum nobiliorumque artium genere eruditus repræſentavit coram Philippo II Hiſpaniarum principe. Vidimus ſolem ſideraque in ſereno collucentia, latentia artis nubibus, hebetata candidis, motum cum ſidere ac tum tempore repræſentationis fabula congruentem. Ibi ſaphiros, chryſolithos verasque pyropos lumina vitreis abſcondita dodecaedris icoſaedriſque nativo vitri colore mentiebantur. Edidit ſcena tonitura, cum etiam naves velut in mari ferre ac fluctuari videres.*

Anſam hinc ſumpſit vir egregius atq; ingenioſus Joannes Valentinus Andreæ in Apologis ſuis manipulo 1. Apologo 10. Campanellæ libellum quo Monarchiam univerſalem, tot millium ſanguine jam conſtantem chimæram, Philippo Hiſpaniæ Regi ominari voluit, ejusque irritum conſilium hoc adumbrandi: *Thomas Campanella, inſignis artifex, Archimedea machinæ amulatione automa monarchicum fabricavit, quo motus ſolis ab Occidente orientis ingenioſe repræſentaretur, idque* Philippo II. Hiſpano &c. cunctarum gentium pio parenti, inter totius Orbis monarchas potentiſſimo, Numine DEI electo ad ſparſa imperia congreganda &c. *dedicavit. Jucundum utique ſpectaculum, cum Gallia, Germania, Italia, Anglia & perſimiles rotulæ ſeſe mutuo inſigni artificio excipierent, & puniceum illud Solare corpus ſupra horizontem elevarent. Id opus Indico auro fulgidum & Morphei penicillo va-*

rie

rie pictum, cum ad Magnum Mundi Monarcham Albani & similium aliquot ministerio deferretur, cum importunum mare Anglicum vix evasisset, nescio quo infelici casu rheda, qua vehebatur, in medio Belgii corruit, opusque inæstimabilis pretii perfregit. Qua ministrorum negligentia supra modum irritatus Philippus, cum frustra Occidui orbis artifices imploraſſet, justo dolori decentique pudori aliquamdiu indulgens, tandem in summi artificis DEI sapientissima machina acquievit.

Sinensium Observatorium Regium Nanquinense una cum instrumentis sphæra, globo, quadrante, sextante &c. antiquis & longe præstantioribus * novis, Jesuitarum industria additis descriptum videre est in Ludovici de Comitibus memoriis de regno Chinensi parte 1. pag. 91. seq.

De observatorio insigni Parisiensi Christianissimi Regis consules Baptistam du Hamel in Historia Regiæ scientiarum Academiæ lib. I. sect. IX. & Peraultum ad Vitruv. lib. I. cap. 2.

Ex iis quæ recentiorum ingenia in hoc genere elaborarunt, celebranda sunt inprimis Tychvnis Brahei admiranda instrumenta, quibus ad observationes cœlestes usus est & quæ singulari volumine in fol. pulcherrime ligno descripta exstant. Tychonem etiam vicit Johannes Hevelius, cujus machina cœlesti sive opere duobus in folio Voluminibus instrumenta ejus Astronomica describente nihil unquam perfectius & admirabilius sol adspexit. Utriusque Tychonis & Hevelii industria quoque factum est ut longe plura hodie sidera numeremus & longe accuratius noscamus quam Astrologi veteres.

Idem Tycho præter alia Globum cœlestem ex orichalco condidit diametro sex pedum, in cujus horizontis ambitu hæc verba aureis litteris insculpi curavit: *Anno à CHRISTO nato MDLXXXIII. regnante in Dania Friderico II. hunc cœlesti machinæ conformem globum, in quo affixa octavæ sphæræ sidera cœlitus organis deprehensa suis quæque locis ad amussim repræsentare, errantiumque stellarum per hæc apparentias perveſtigare decrevit, Cœlo terrigenis qui rationem eam capiunt mechanio opere patefacto TYCHO BRAHE O. F. sibi & posteris F. F.*

In prægrandem sphæram duplicem, Ptolemaicam alteram, alteram Copernicanam à Gvilelmo Blaeu constructam legi possunt Epigrammata bina Casparis Barlæi T. 1. poëm. p. 482.

Sphæ-

* In his est globus astrifer 2000 librarum, quem vel puer nullo negotio versat, & ad omnem altitudinis gradum attollit. Vide Illustris Leibnitii novissima Sinica p. 154.

Sphæra mobilis insignis oblata Regi Galliæ Ludovico XIV. à Martinoto & Hayo celebratur in Ephemeridibus Parisiensibus A. 1701. p. 364. & in Dombensibus sive Trivultinis ejusdem anni p. 358.

Globos cœlestes & terrestres admirandæ magnitudinis ac structuræ vidit recens ætas Anglicanum a) Comitis de Castello Maine, Gottorpiensem auctore b) Adamo Oleario, Norimbergensem Erhardi Weigelii c) ☞ μακαρίτε, Augustanum Christophori Trefleri & Parisienses d) Vincentii Coronelli, diametro quindecim pedum, oblatos Regi Galliæ à Cardinali Estræo. Prætereo planisphæria Pardyesii, Cassini e) Fabri, f) Insulani g) &c.

De Georgii Christophori Eimmarti Astronomi Norimbergensis sphæra armillari trium fere pedum altitudine, tota ex orichalco, secundum hypothesin Copernici ita composita ut omnes ac singuli planetæ virtute solius cochleæ perennis promoti quisque periodum suam in propria orbita decurrat, vide Clariss. Wagenseilii librum de Norimberga p. 155.

Cornelii Drebelii quoque acutissimi Germani organum perpetui motus haud prætereundum, quod his verbis laudat Joannes Daniel Major ingenio errante cap. VII. *Perspicacissimus vero etiam Drebbelius ille Machinarum varii generis insolentiorum Machinator insignis, post Archimedem fere unicus, ausus est elaborato à se liquore spirituoso mirabile opus agitante simulacrum universi per artem effingere, in eoque ob arcanum consensum spiritus istius cum æthere, non minus planetarum sphæras atq; circuitus quam anni, mensium, dierum horarii mensuras ac differentias Jacobo primo magno Britanniæ Regi exhibere.* Eandem admirandam machinam eleganti epigrammate celebravit magnus Hugo Grotius p. 320. Poëmatum. De Adolphi Balduini sole artificiali perpetuo

a) Vincentius Coronelli Epitome Cosmographica lib. 3. Acta Erud. 1694. mense Julio pag. 333.

b) Olear. Persische Reise-Beschreib. pag. 626. Jo. Dan. Major in genio errante F b. seq. Morhofii poëmata p. 514. & Georgii Paschii inventa novantiqu. p. 555. seq.

c) Weigel. idea Mathes. universæ p. 75. seq. & 81.

d) Ephemerides Paris. A. 1704. p. 1040. seq.

e) Ephemerid Paris. 1681. p. 252.

f) id. A. 1702. p. 263.

g) id. 1700. p. 140.

Digitized by Google

petuo mobili vide Ephemerides Pariſ. A. 1682. p. 68. & de neſcio cujus artificis machina duplici quæ exſtant Pariſiis in Bibl. Regis Galliæ, quarum altera Eclipſis cujusque locus & magnitudo, altera motus ſitusque planetæ cujusque in cœlo qualem ſecundum ſyſtema Copernici, tempore quovis deſiderato habuit vel habebit, facile ad oculum monſtrari poteſt.

Tuborum ſive teleſcopiorum uſum, quorum ope tot veteribus incognita recens ætas in ſideribus obſervavit, alii Jacobo Metio, h) vel Galilæo de Galilæis, alii ut Petrus Borcellus Zachariæ Jovannidi Zelandio i) tribuunt, alii denique Cornelio quem jam memoravi Drebbelio, vel Jo. Baptiſtæ Portæ aut Rogero Baconi. Sane Hieronymus quoque Fracaſtorius in Homocentricis pag. 18. notavit *majora omnia videri & propinquiora ſi quis perſpiciat per duo ſpecilla ocularia altero alteri ſuperpoſita*, quod congruit invento Euſtachii Divini relato in transactionibus Philoſophicis Anglicanis T. 1. pag. 626. De Gerberto autem qui inter Pontifices Romanos Sylveſtri II. nomine clarus eſt, apud Ditmarum Merſeburgenſem lib. VI. Chronici pag. 399. in edit. Illuſtris Leibnitii ſcriptorum veterum Brunsvicenſium legas eum optime calluiſſe aſtrorum curſus discernere & Horologium feciſſe *conſiderata per FISTULAM quadam ſtella nautarum duce.* Cum ejusmodi fiſtula ſive tubo imaginem Claudii Ptolemæi ſidera contemplantis in vetuſto Codice reperit V. C. Joannes Mabillonius, ut ſupra pag. 411. jam annotavi, ſed vitris inſtructas fuiſſe illas veterum fiſtulas non conſtat, quas forte alii rectius accipiunt pro dioptris k) vitro vacuis, quibus & ipſis viſum juvari propter radios oculi in unam rem intentius collectos perinde ut tuba ſtentorea vocem, notum eſt. Sed tempus jam eſt ut miſſis hiſce ad telam noſtram pertexendam redeamus.

CAPUT

h) Voſſ. de ſcientiis Matth. pag. 201. Menagii Origines Gallicæ in Junettes de Galilée, G. Paſchii inventa novantiqua pag. 523. ſeq. Wotton reflect. upon ancient and modern learning chap. 11.

i) Petrus Borellus de vero teleſcopii inventore.

k) Confer Vignolii Marvilli Miſc. Hiſtorico litter. T. 1. pag. 157. & H. Vagetium de Microſcopiis & tubis vitro carentibus.

CAPUT XV.
De PAUSANIA & POLYÆNO.

Pausaniæ Cappadocis ætas & alii hoc nomine. 1. *Scripta quæ exstant.* 2. *Deperdita.* 3. *Eorum quæ exstant editiones.* 4. *Index scriptorum à Pausania allegatorum.* 5. *Polyæni scriptoris ætas & eo nomine plures alii.* 6. *Ejus Strategemata.* 7. *Editiones.* 8. *Deperdita scripta.* 9.

1.

PAUSANIAS Cæsareensis Cappadox, non diversus ut videtur ab eo quem ἀπὸ τῆς Συρίας σοφιστὴν vocat Galenus a) III. 14. (edit. lat. 10.) de locis affectis, ubi se cum eo Romæ locutum esse testatur. Constantinus vero Porphyrog. Lib. I. them. 2. p. 12. vocat Pausaniam Damascenum. Auditor fuit Herodis Attici b) ipse discipulos habuit Ælianū c) de quo infra, & Aspasium. d) Quod addit Philostratus, Pausaniam unum fuisse τῶν δὲ κλεψυδρίᾳ μετεχόντων, ex alio ejus loco in vita Sophistæ Adriani p. 582. intelligitur, nimirum fuisse illum unum ex decem Herodis Attici auditoribus familiarioribus, qui præter lectiones quas communes omnibus habebat audiverunt eum stato tempore ad clepsydram dicentem. Ita enim

a) Galeni verba sunt: Παυσανίας ὃν ἀπὸ τῆς Συρίας σοφιστὴς εἰς Ῥώμην ἀφικόμενός ποτε τὸς μικρὸς δύο δακτύλους τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ἠμὶ δ μέσε τὸ ἥμισυ δυσαισθήτους μὲν ἔσχεν τὸ πρότερον, ὕστερον δὲ ἠμὶ ἀναισθήτους, κακῶς θεραπευσάμενος ὑπὸ τῶν ἰατρῶν. Ἐπεὶ δὲ ἐγὼ θεασάμενος αὐτὸν ἠρώτων &c. Eundem hunc esse Pausaniam cum nostro non dubitat Jonsius p. 16. de scriptoribus Hist. Philos. Sane noster in Syria per aliquod tempus versatus esse videtur, & Stephanus Byz. Syriaca ἐθνικὰ diligenter è Pausania repetit, testatus quoque eum de Antiochia librum scripsisse. Alius fuit Pausanias Medicus cui Empedocles Physica sua inscripsit, Laërt. VIII. 60. Hujus Pausaniæ una cum Empedocle mentio apud Galen. libro & capite 1. Therapevt. Alius Pausanias Medicus junior ad quem scripsit Alexander Magnus teste Plutarcho in ejus vita p. 689. Alius Pausanias Lacedæmonius, cujus περὶ Ἑλληςόντων, Λακωνικὰ, χρονικὰ, περὶ Ἀμφικτυόνων, περὶ τῶν ἐν Λάκωσιν ἑορτῶν memorat Svidas, idem forte cujus *Tactica* laudant Arrianus & Ælianus. Omitto Pausaniam belli Medici fulmen de quo Thucydides, Nepos &c. & Pausaniam interfectorem Philippi Macedonis de quo Justinus. Pausaniam denique cognomento λάκκου de quo Gnathænæ jocus apud Athenæum XIII. p. 578.

b) Philostr. 2. de Sophist. p. 590. Svid. in Παυσαν.

c) Philostr. p. 619. d) Svid. in Ἀσπάσ.

intelligenda verba ἐπεστιζοιτο τῇ εἰς πάντας ἀκροάσει κλεψύδραν ξυμμεμετρημένην, quæ ut multa alia haud cepit latinus interpres. Quoniam vero hoc interioris admiſſionis auditores monuerat Herodes τὸ μηδὲ ἓν πίτυ καιρὸν ἀνιέναι, ἀλλὰ καὶκεῖ πι ὑπαυδάζειν τῷ οἴνῳ, hinc factum ut illi ἓ κλεψυδρίᾳ participes teſte Philoſtrato vocarentur per jocum διψῶντες, ut quibus ob auſcultationis vel ſtudii aſſiduitatemeſſet interim ſitiendum. Heodis Attici ſæpi[9] mentionem facit Pauſanias, etſi quod mireris nunquam eum * præceptorem ſuum appellat: Teſtatur autem in Achaicis p. 574. Herodem in uxoris defunctæ memoriam Odeum magnificum Athenis exſtruxiſſe, idque ſe in Atticis non memoraſſe, quia cum illa ſcriberet hoc nondum fuiſſet ædificatum. Eliaca priora p. 375. affirmat ſe ſcripſiſſe anno poſt Corinthum Coloniam deductam 217. Corinthum inſtauravit Julius Cæſar anno poſtremo vitæ, urbis 710. his adde 217. habes annum urbis 927. M. Aurelii Antonini 14. qui reſpondet Anno CHRISTI, 174. Sed eo tempore jam ætate provectum fuiſſe credibile eſt, & jam ſub Antonino Pio claruiſſe, quoniam lib. 1. p. 14. Hadriani Imp. quoque faciens mentionem eum ſua ætate Imperium geſſiſſe ſcribit, καὶ κατ' ἐμὲ ἤδη βασιλεύοντα Ἁδριανὸν τῆς πρὸς τὸ θεῖον τιμῆς ὑπὸ πλείστων ἐληλύθοντα, καὶ τῶν δεχομένων ἐς εὐδαιμονίαν τὰ μέγιστα ἑκάστοις παρασχομένου. Iter fecit non per Græciam modo Macedoniamque & Italiam ſed per maximam etiam Aſiæ partem ad Oraculum usque Jovis Hammonis. Etiam in Palæſtina verſatum ſe fuiſſe & Jordanem ac mare mortuum vidiſſe teſtatur. Declamator fuit promtus & ingenioſus, etſi Cappadocum more e) male pronunciaret, neque f) dictionis elegantia aut luce ſatisfaceret delicatis Atticiſtarum auribus. Grammaticum quoque eruditum & rerum non ignarum humanarum, ſed ſuperſtitioſum quandoque ac credulum ſcripta teſtantur. Obiit Romæ admodum ſenex, ut Philoſtratus auctor eſt. II.

* Sic nec Platonem Ariſtoteles, nec Socratem Plato. *Sylburg.*

e) Hinc Epigramma, Kühnio etiam laudatum, ex Antholog. lib. 2. p. 250.

Θᾶττον ἴην λευκὰς κέρκας πτηνάς τε χελώνας
Εὑρεῖν, ἢ δόκιμον Ῥήτορα Καππαδόκην.
Rarius alata teſtudine, rarius albo
Invenias corvo Rhetora Cappadocem.

f) Philoſtratus p. 590. 591. Confer Sylburgii ad Pauſaniam obſervationes p. 921. ſeq. edit. Lipſ. Abraham Lœſcherus in præf. *Quanquam autem multa eſſe non negarim, quæ aut tenuiter à me aut minus eleganter ſint dicta, tamen in tam abrupta & concisa qua involutus eſt Pauſanias ſententiarum brevitate, in tanta verborum obſcuritate, in tanta etiam rerum ambiguitate, venia me eſſe dignum, non odio aut calumnia puto.*

II. Exſtat hujus ut cum viris doctis mihi perſvadeo Pauſaniæ (licet præſtantiſſimus Geſnerus Pauſaniam Laconem maluerit auctorem) Ἑλλάδος περιήγησις *Deſcriptio Græciæ*, ſummo ſtudio perſequens tum alia ἀξιομνημόνευτα, tum templa præcipue & ædificia inſignia, ſtatuas, feſta, imagines, ludos, donaria & quæcunque in locis ſingulis ſpectatu & ſcitu digna ſeſe offerebant. Vere quoq; notavit Abraham Lœſcherus à Pauſania referri ſtatus rerump. Imperiorũ ſucceſſiones, Regum familias & res præclare geſtas, etſi in prioribus illis quæ dixi plus ut videtur operæ poſuerit *ſcriptor ut inter doctos conſtat accuratiſſimus* : g) *Accuratus ad faſtidium uſq; ſtatuarum Diis dedicatarũ enarrator.* h) Complectitur autem hoc opus

I. Ἀττικά i) in quibus ſunt λόγοι Ἀττικὸς, Σαλαμίνιος, Μεγαρικός & appendicis loco Ὠρωπικός.

II. Κορινθιακά, in quibus λόγος κορινθιακὸς, Σικυώνιος k) Φλιάσιος, Ἀργολικὸς, Ἐπιδαύριος, Αἰγινᾶτης, Τροιζήνιος.

III. Λακωνικά, quæ auctor ipſe Σπαρτιατικὰς λόγους appellat pag. 462. edit. Lipſ.

IV. Μεσσηνικά, quibus appendicis loco ſubjiciuntur λόγος Ἀντιᾶτης, Μεθωνικὸς, Πυλικός.

V. & VI. Ἠλιακῶν α', β'. In quibus multa etiam de Ludis Olympicis, & in Eliacis poſteriobus λόγος Λετρινᾶτης quem Pauſanias ipſe memorat p. 412. Male Simlerus affirmat à Stephano laudari librum XI. Pauſaniæ ἰλιακῶν.

VII. Ἀχαϊκά in quibus λόγος Ἀχαϊκὸς, Δυμᾶτης, Πατρεύς, Φαρᾶτης, Λογιραῖος, Αἰγειραῖος.

VIII. Ἀρκαδικά in quibus λόγος Ἀρκαδικὸς, Μεγαλοπολιτικὸς, Μεθυδριεύς, Φιγαλεύς, Τεγεατικός.

IX. Βοιωτικά in quibus λόγος Πλαταϊκὸς, Θηβαϊκὸς, Ὀρχομένιος, Χαιρωνεύς.

X. Φωκικά.

Hoc opus Pauſaniæ, adſcripto librorum numero paſſim à Stephano Byzantino allegatur, ut ex indice ſcriptorum à Stephano laudatorum quem ſupra p. 73. exhibui patet. Et pleraq; leguntur etiam hodie in illis quos Stephani codices deſignant libris. Si in aliis aliquando leguntur, ut quæ Stephanus in σκοπικὰ ex Pauſaniæ decimo laudat, exſtant in libro tertio, malim equidem corruptos Stephani codices cauſſari, quam cum doctiſſimo Kühnio mihi perſvadere quod Stephanus λόγους minores in Atticis & Corinthiacis computaverit, atq; adeo Λακωνικὰ pro decimo λόγῳ recte habuerit.

g) Laur Begerus T. 1. Theſauri Brandenb p 284 h) Petrus Faber III. ſemeſtr. p 52.
i) Auctor ipſe συγγραφὴν Ἀττίδα vocat p. 231 & 574. edit. Lipſ.
k) Σικυωνίαν γραφὴν vocat Pauſanias p. 230.

Digitized by Google

III. Scripta deperdita Pauſaniæ ſunt:

1. Opus in quo de rebus Aſiaticis, Syriacis, Phœniciis egerat Pauſanias, & cujus librũ ſextũ videtur allegare Steph. Byz. in Μαζαμμία, & quod reſpicit idem in γάββα, γάζα, δῶρα. Confer Voſium II. 14. de Hiſt. Græcis, & Sylburgium in notis ad Pauſan. p. 941. edit. Lipſ.
2. Pauſanias ἐν τῷ περὶ Ἀντιοχείας. Steph. in σελευκόβη. Tzetzes Chil. VII. hiſt. 118. ὡς Παυσανίας γράφει περὶ Ἀντιοχείας λέγει. Stephanus Segvierianus p. 329. edit. Berkelii: Παυσανίας ὁ ἐν τῇ τῆς πατρίδος αὐτοῦ λέγει.
3. Declamationes ſive μελέται. Philoſtratus 2. de Sophiſt. p. 591.
4. Περὶ συντάξεως liber. Svid.
5. Προβλημάτων βιβλίον α'. id.
6. Ἀττικῶν ὀνομάτων συναγωγή opus copioſum noſtri an alterius Pauſaniæ laudatum Photio Cod. CLIII. Scholiaſtæ Apollonii ac Thucydidis, & Euſtathio ad Homer.

IV. Editiones Pauſaniæ.

Græca Aldi Manutii, ſingularum paginarum ſummis marginibus argumentum cujusque adſcriptum habens. Venet. 1516. fol. per Marcum Muſurum Cretenſem, Epiſcopum paulo poſt Raguſinum qui Jano Laſcari librum inſcripſit, *opus*, ut vere Aldus, *antiquæ rareque eruditionis theſaurum continens.* Hac editione multis animadverſionibus MSS. *Iſ. Caſauboni* referta uſus eſt Clariſſ. Kuhnius. Fuerat illa *Joannis Bourdelotii*, qui & ipſe notas in Pauſaniam promittit in animadverſ. ad Lucian. T. 1. p. 549. 789. & alibi.

Latinæ. Attica & Corinthiaca ex verſione *Domitii Chalderini* Veronenſis, à Jo. Oporino emendata Baſil 1541. 4.

Pauſanias integer ex interpretatione *Abrahami Lœſcheri.* Baſil. 1550. fol. Dicatus eſt liber Joanni Jacobo Fuggero, neque * Græca adjuncta habet, notas quoque nullas Lœſcherus addidit, exceptis paucis in margine conjecturis.

Romulo Amaſæo interprete, qui librũ ſinſcripſit Alex. Farneſio Cardinali in Epiſtola data Romæ 1547. Prodiit Florent. 1551. apud Torrentiũ.

Ex Amaſæi verſione per *Frid. Sylburgium* recognita. Francof. typis Wech. 1624. 8.

Stephani Nigri obſervationes in Pauſaniam memorans Geſnerus reſpicit ejus Dialogos Mediol. 1517. excuſos, de quibus præſtantiſſ. Kuhnius præf. in Pauſan. *Præter dictum codicem mecum etiam communicati ſunt*

* Emendanda itaque Bidliotheca ſelecta V. C. Jo. Clerici T. XI. p. 153.

sunt Dialogi Stephani Nigri à Cl. Nicasio Divionensi, viro ad litteras provehendas maxime strenuo. In eo libro reperi totius Pausaniæ compendium, & unius alteriusque loci variam lectionem: quamvis alias mendosa quævis sedulo vitet auctor ille, ut Ulysses Sirenum cantus & Circes pocula.

Græcolatinæ 1. ex *Guil. Xylandri* recensione qui Aldinam editionem Græcam plurimis in locis emendavit, & notas quoque, sed quæ initio Eliacorum priorum deficiunt, addidit. Adjuncta est separatim Amusæi versio latina à *Friderico Sylburgio* plurimis locis emendata, una cum ejusdem Sylburgii notis indicibus locupletiss. & dissertatione de Grammaticis Pausaniæ anomaliis: tum descriptio Græciæ è Strabonis epitome, Ptolemæo ac Plinio, cum annotationib⁹ ejusdem Sylburgii, in quibus p. 505. (edit. Lipsi. p. 918.) etiam habetur *Cyrianoris Sophopædis* Sylburgio sciscitanti communicata explicatio numerorum sive notarum in Geographia Ptolemæi, ex qua patet numeros ibi minutorum in gradibus longitudinis & latitudinis constare quinariis, ita ut ex duodecim quinariis velut totidem partibus assis compleatur unus gradus sexaginta ut vulgo numerantur minutorum. Francof. 1583. fol. apud hæredes Andreæ Wecheli.

2. Hanovienſis A. 1613. fol. superiorem ex asse referens nisi quod versionem latinam per singulas paginas * adjunctam exhibet, typis itidem Wechelian.

3. Lipsiensis, nitida & perquam emendata, quæ superiorem totam continet, sed ita ut variis nominib⁹ præstet, quia non modo in capita divisa est & argumenta libris præfixa habet, notasq; Sylburgii & Xylandri cuivis paginæ substratas, sed & textum Græcum à præclaro Viro *Joachimo Kühnio* Argentoratensis tum Academiæ lumine castigatiorem, cum eruditis ipsius animadversionibus. Usus est Kühnius, ut jam dixi, Aldina editione à Causaubono passim notata: Voluit etiam conferre quatuor Codices MSS. Bibl. Regiæ Paris. sed iisdem illos cum Veneta editione morbis laborare comperit.

Quamplurima Pausaniæ diligenter ac fuse illustrat Jo. Meursius variis in scriptis, & Palmerius Exerc. ad auctores Græcos p. 357-442.

Gallice Pausaniam vertit Blasius Vigenerius.

V. Nihil in præsenti restat, quam ut indicem scriptorum à Pausania allegatorum subjungam, in quo concinnando suam mihi operam præstitit Vir Juvenis n bilissimus *Christophorus Wolterеck* Glukstadiensis, à quo præter alia expositionem locupletiss imā siglarū in numis & aliis veterib⁹ monumentis ocurrentiū, Ursati & aliorum quorumq; collectionibus longe pleniorem studiosos exspectare jubeo. *Index*

* Fallitur igitur vir doctus T. XI. Bibl. selectæ p. 164.

Index Scriptorum, quos in ſua Græciæ deſcriptione Pauſanias commemorat.

Concinnatus ad paginas editionis Lipſienſis.

Æſchylus 6. 35. f. 68. f. 611. in. 807. in. Euphorionis filius. 166. in. 676. m.
ἐς Γλαῦκον. 754. m.
ἐπὶ ἐπὶ Θήβαις. 156. in.

Æſchyli Satyri. 141. m.
ſtatua. 49. in.

Agis Amphiptotelemi filius Poeta. 124. f.

Alcæus ἐν ποιημίῳ τῷ ἐς Ἀπόλλωνα. 817. f.
ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς Ἑρμῆν. 574. in.

Alcman 244. in.
ἐν ἀσματί τινι. 276. f.
ἐς τὰς Διοσκούρους ἆσμα. 99. in.
ἐς Φαέννα καὶ Κλήταν. 254. f.

Alexander Pleuronius. 162. in.

Amphionis Muſica. 720. f. vide etiam *Minyas.*

Anacharſis 53. in.

Anacreon Polycrati familiaris. 6.
Tejus πρῶτος μὲν Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν τὰ πολλὰ ὧν ἔγραψεν ἐρωτικὰ ποήσας. 59. in.

Anaximenis τὰ ἔπη τὰ ἐς Ἀλέξανδρον ἃ μοι ποιεῖ δοκεῖν Ἀναξιμένη τὸν ποιήσαντα εἶναι. 497. in.

Anaximenes Hiſtoricus τὰ ἐν Ἕλλησιν ἐπιχώρια καὶ ὅσα Φιλίππῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ εἰρήκασιν, σαφῶς γράψειν ἅπαντα. 495. f. 496. in.
γράφει βιβλίον ἐς Ἀθηναίους, καὶ ἐπὶ Λακεδαιμονίους ὁμοῦ καὶ Θηβαίους συγγραφὴν λοίδορον. 496. f.

Androtion ἐν τῇ συγγραφῇ τῇ Ἀτθίδι. 470. in. 815. m.

Anonymi verſus 551. f. 612. f.

Anonymus ἐν καταλόγῳ τῶν γυναικῶν. 273. f. (Heſiodus)
ὅ τε ἔπη τὰ ἐς Εὐρώπην ποιήσας. 721. in.

Antagoras Rhodius. 6.

Anti-

Antimachus. 781. m.
ἐπιστρατείαν Ἀργείων ποιήσας ἐς Θήβας. 649. in. 650. M. 651. in.
Antiochus Syracuſanus ὁ Ξενοφάνους ἐν τῇ Σικελιώτιδι συγγραφῇ. 824. in.
Antiquitatum & rerum in ſingulis locis memorabilium interpretes. 133. m. 431. f. 630. in 669. f. in. 669. f. 716. m.
Aratus Solenſis familiaris Antigono. 6.
Archilochus. 866. f. 876. f.
ἐν Ἰάμβῳ. 547. f.
Areus ἐν τοῖς ἔπεσιν. 239. f.
Ariſtarchus ὁ τῶν Ὀλυμπιάδων ἐξηγητής. 428. in. m.
Ariſteas Proconneſius. 58. in.
ἐν τοῖς ἔπεσιν. 392. m.
Ariſtophanes Com. 385. m.
Ariſtotelis Stagiritæ ſtatua. 462. m.
Aſius Phocus Poeta. 125. m. 178. m. 282. f.
Amphiptolemi filius Samius ἐν τοῖς ἔπεσιν. 530. in. m.
ἐν τοῖς ἔπεσιν. 420. f. 599. in. 755. f.

Bacis Bœoticus Vates. 828. f.
Bacidis Poetæ χρησμοί. 344. f. 345. in. 744. in. 832. m. 878. f. 879. m.
Bias Priennenſis. 857. m.
Bœo πηλάζας ὕμνον Δελφοῖς. 809. f. 810. in.
Byzis Naxii inventum. 398. in.

Calades legislator. 20. m.
Calænus. 729. m.
Calliphonis Samii pictura. 864. in.
Callippus Corinthius ἐν τῇ ἐς Ὀρχομενίους συγγραφῇ. 765. m. 788. m.
Carcinus Naupactius auctor carminum Naupactiorum. 898. in.
Chaldæi Philoſophi. 360. in.
Charon Pythei filius. 897. f. 898. in.
Cherſiæ Orchomenii ἔπη. 788. m.
Chilon Spartanus. 857. m.
Chœrilus Athenienſis δρᾶμα ποιήσας Ἀλόπην. 34. f.
Chryſippus Solenſis. 39. f. 74. f.
Cinæthon Lacedæmonius ἐγενεαλόγησε ἔπεσι. 119. in. 282. f. 707. m.
Cleobulus Lindius. 857. m.

Cleon Magnes. 806. f.
Clitodemus τὰ Ἀθηναίων ἐπιχώρια ἔγραψεν ὁ ἀρχαιότατος. ἐν τῷ λόγῳ τῷ Ἀτθικῷ. 834. in.
Commentarii rerum geſtarum. 29. m.
Eleorum. 263. f. 460. f.
Thebanorum. 745. m.
Corinna fatidica. 748. f.
ἡ μόνη ἐν Ταναγρᾳ ἄσματα ἐποίησε. 753. in. infra in Meleager.
Creophylus ἐν Ἡρακλείᾳ. 283. in.
Cteſias ἐν τῷ λόγῳ τῷ ἐς Ἰνδούς. 751. m.
Cypria carmina. 246. f. 284. in. 862. f. 865. m. 874. in.

Dates Medus ἐν λόγοις, ἃς εἶπε πρὸς Δηλίους. 867. f.
Diogenes Sinopenſis Cynicus. 115. in.

Ennius Poeta. 862. m.
Eoeæ magnæ, carmen. (Heſiodi) 114. f. 146. m. 170. m. 282. m. 508. in. 771. f. 783. f. 794. in. 874. m.
Eperaſtus Eleus, Vates. verſus in eum. 494. in.
Ephialtis Oratoris monumentum. 75. in.
Epigramma in Agamemnonis Scuti. 425. m.
Ajacem. 425. f.
Alcmenæ thalamum. 731. m.
Apollinem & Muſarum chorum. 423. in.
Ariſtocratem lapidibus obrutum. 355. in.
Atlantem cœligerum. 423. m.
Auream phialam ab Athenienſibus & ſociis dicatam. 398. f.
Caſſandræ violationem 425. f.
Cervam torquatam. 620. m.
Chilonem Patrenſem. 461. f.
Cleœtæ ſtatuam. 504. in.
Cleoſthenem. 476. f.
Cornu copiæ à Miltiade dicatum 499. in.
Cydiæ Athenienſis clypeum. 849. f.
Damarchum pugilem. 471. m.
Dearum judicium. 425. m.
Equum 448. in.
Epaminondam 741. m.

Ever-

Digitized by Google

Epigramma in Evergi donaria. 398. m.
Fœminam quandam. 422. m.
de Galatarum ſpoliis. 31. m.
Helenæ & Æthræ abductionem. 425. in.
Herculem. 445. f.
Herophilen Sybillam. 827. m.
Heſiodum defunctum. 787. m.
Hieronis dona Olympiæ poſita. 687. f.
Homeri ſtatuam. 857. f.
Jovis ſtatuam 397. f. 435. m. 438. f. 439. f. 444. f.
Iphidamantem & Coontem. 425. m.
Laodices peplum. 607. f.
Lyci victorias. 484. m.
Lyſandri ſtatuam à Samiis dicatam. 459. f.
de Macedonum ſpoliis. 31. f.
Marpeſſæ repetionem. 422. m.
Medeæ nuptias. 422. J. 423. in.
Mendæorum donum. 450. m.
Mercurium. 425. m.
Metaphum. 282. in.
Oebotam ſtadiodromum. 565. m.
Oenomai domus columnam. 428. f.
Olympicorum Ludorum corruptores. 430. m.
Onatæ opera. 688. in.
Phidiæ opera. 397. f.
Phidolam. 484. m.
Philonem. 474. f.
Philopœmenem. 706. m.
Polydamantem. 596. in.
Phytali ſepulcrum. 89. f.
Pythocritum. 487. m.
Theopompum. 476. in.
Timonis ſtatuam. 379. in.
Tripodem Herculis. 814. in.
in Venerem. 423. in.
in Victoriæ clypeum. 398. f.

Digitized by Google

Epimenides Cretenſis. 635. in.
Gnoſius, ἔπη ἐποίει. 35. in.
Evanoridas Eleus ἔγραψε τὰ ὀνόματα ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ Νεμέᾳ νίκην. 471. in.
Euclus Cyprius, Vates. 828. f. 832. m. 858. in.
Eumantis Vates. 317. m.
Eumelus. 114. in. 119. m.
Amphilyti filius, ὃς καὶ τὰ ἔπη λέγεται ποιῆσαι, Φησὶν ἐν τῇ Κορινθίᾳ συγγραφῇ (εἰ δὴ, Εὐμήλου γε ἡ συγγραφή) 110. m.
Ἄσμα πεζοτέρειον εἰς τὸν Ἀπόλλωνα ἐδίδαξεν. 287. m.
ἐν τῷ πεζοτερείῳ τῷ εἰς Δῆλον. 361. m. 427. in.
Εὐμολπία ποίησις. vide infra, Muſæus.
Euphemus Chalcidenſis. 162. in.
τὰ εἰς τὴν Λαοδίκην ἐποίησεν. 864. m.
Eupolis Comicus. 127. in.
Euripidis ſepulcrum honorarium Athenis. 6. ſtatua. 48.

Genealogiarum auctores. 99. m. 119. in. 282. m. 707. m.
Gitiadas faber ærarius & Poeta. ἐποίησε ἄσματα Δώρια καὶ ὕμνον εἰς τὸν Θεόν. 250. f. 255. in.
Gorgias Leontinus. 494. f. 495. in. m. 842. in.

Hecatæus Mileſius. 275. m. 283. m. 606. in 696. in.
Hegias Trœzenius. 5. m.
Hellanicus Hiſtoriographus. 118. f. 147. m.
Hermeſianax Colophonius. 493. f.
ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας. 23. m. 566. in. 567. f. 623. f. 781. m.
Herodotus Halicarnaſſ. 12. f. 81. f. 103. in. 145. m. 157. f. 181. m. 371. in. 447. in. 845. f. 884. f.
ἐν Πειρατείᾳ & Μήδοις. 878. f.
ἐν τῷ λόγῳ τῷ εἰς Κροῖσον. 207. m.
ἐν τῇ Λυδίων συγγραφῇ. 275. f.
ἐν τῇ συγγραφῇ. 883. m. f.
Herophanes Trœzenius 191. f.
Herophile Sibylla. 825. 727. ejus ὕμνοι εἰς Ἀπόλλωνα. 826. in. 827.
Heſiodi ſtatua. 763. in.
ἔπη μαντικά. 772. in.

Digitized by Google

Heſiodus. 6. 58. in. 125. m. 132. f. 171. f. 446. m. 768. m. 771. ſq. ubi de genuinis ejus ſcriptis. 786. f. 813. m.

ἐν ἔπεσι τοῖς εἰς τὰς γυναῖκας. 8.
ἐν Θεογονίᾳ. 68. f. 634. f. 762. in. 781. m.
ἐν καταλόγῳ γυναικῶν. 103. in.

Hieronymus Cardianus. 23. f. 24. in. 33. f. 44. in.
Himeræi ᾠδή. 864. m.
Hippias. 443. in.
Hippocratis Medici donum. 803. in.
Homerus. 6. 30. in. 33. f. 52. m. 54. m. 69. in. 76. f. 90. in. 92. in. m. 119. f. 125. in. 126. m. 138. m. 139. in. 140. f. 143. m. 160. m. 162. m. 166. in. 168. m. 172. m. 183. in. 189. f. 197. in. 207. f. 211. in. 259. in. 261. f. 264. m. 265. f. 266. in. 273. f. 275. m. 277. f. 278. in. 280. f. 284. f. 293. f. 301. m. 319. f. 349. in. 353. in. f. 355. m. 359. in. 363. m. 371. m. 372. f. 380. m. 393. m. 400. in. 411. in. 426. m. 440. m. 441. f. 446. m. 465. in. 510. in. 516. f. 518. f. 522. m. 531. m. 535. f. 574. in. 577. in. 585. m. 590. f. 591. m. 594. in. 598. f. 602. m. f. 603. f. 604. m. 613. f. 632. f. 635. in. m. 640 in. 645 m. 648. in. 651. m. 660. f. 667. m. 676. in. 677. in. 683. m. 697. m. 702. m. 707. m. 729. m. 743. f. 748. f. 749. in. 754. in. 756. m. 761. in. 766. f. 768. in. 770. f. 781. in. 788. in. 794. m. 803. f. 805. f. 806. in. 811. in. 812. in. m. 813. f. 824. in. 839. f. 852. in. 857. f. 858. in. 859. f. 861. f. 863. m. f. 871. f. 873. in. 874. m. 876. f. 881. m. 883. m. 891. in.

ἐν Ἰλιάδι. 117. m. 221. in. 253. m. 348. f. 354. f. 372. m. 387. f. 402. f. 516. m. 650. in. 667. m. 680. in. 684. in. 745. m. 748. in. 782. f. 793. m. 831. m. 860. m. 864. in. 871. m. 893. f.

ἐν Ὀδυσσείᾳ. 30. f. 146. m. 257. in. 280. f. 281. in. 660. m. 698. in. 720. f. 721. f. 776. m. 796. m. f. 806. m. 859. m. 860. m. 868. in. 871. in.

ἐν ὕμνῳ τῷ εἰς τὴν Δήμητρα. 354. m.
εἰς τὸν Ἀπόλλωνα. 893. f.
ἐν ποιήσει τῶν ἐν ᾄδου. 40. f.

Hyperochus Cumanus. 828. in.

Ibycus Poeta. 125. m.
Ilias parva. 862. f. vide Machaon.
Indorum Magi. 360. in.
Jon Chius ὕμνον καιρὸν πεποιημέν@. 413. in.
ποιήσας τραγῳδίαν, ἐν τῇ συγγραφῇ. 532. in f.
Jophon Gnossius τῶν ἐξηγητῶν χρησμὸς ἐν ἑξαμέτρῳ παρείχετο. 84. m.
Isocrates. 43. m.

Lamia Sibylla. 825. f.
Lesbia Poetria. 636. in. (Sappho)
Lescheus Pyrrhæus ἐν Ἰλίου Περσίδι. 860. f. 861. in. m. f. 863. in 864. in. f. 865. in. m.
Leuceas Poeta ὁ τῶν ὀπιχωρίων ἐξηγητὴς ἐν ἔπεσιν εἴρηκεν. 33. m.
Linus ποιήσας τὰ ἔπη. 154. in. 634. f. 766. m. 767. m.
Lyceas. 153. m. 161. in. 164. f.
Lycion. 199. in. vide tamen Clariss. Kuhnii notam.
Lycurgus. 19. f. 207. m. f. 242. f. 248. m. 249. f. 703. f.
Lycus Pandionis filius, Vates. 44. 281. f. 282. m. 283. f. 328. m. 828. f.
Lysis Tarentinus, Pythagoreus. 735. m.

Machaon ὁ τὰ ἔπη ποιήσας τὴν μικρὰν Ἰλιάδα. 278. m.
Melampus Amythaonis filius. 150. m.
Melampus, in eum Hesiodi Poema. 771. f.
Melanopus Cumanus ἐς Ὤπιν καὶ Ἑκαέργην. 392. m.
Meleager τὰ ἔπη ποιήσας τὰ Κύπρια. 284. in.
Mimnermus ἐλεγεῖα ἐς τὴν μάχην ποιήσας τὴν Σμυρναίων πρὸς Γύγην π καὶ Λυδόν. 766. in.
Minyas, Poesis. 866. m. 868. in. 874. m. infra in Prodicus.
ἔχει ἐς Ἀμφίονα κοινῶς καὶ ἐς τὸν Θρᾶκα Θάμυριν. 721. m.
Mulierum illustrium catalogus. (Hesiodi) 273. f.
Musæus. 61. m. 813. m. 828. f.
Musæi ἔπη, εἰ δὴ Μουσαίου καὶ ταῦτα. 34. f.
ἔπη, δοκεῖν μοι πεποίηκεν Ὀνομάκριτ@, καὶ ἔστιν ὧδε Μουσαίου βεβαίως, ὅτι μὴ μόνον εἰς Δημήτρα ὕμν@ Λυκομήδει. 53. in.
ὕμν@ Λυκομίδαις ποιηθεὶς ἐς Δήμητρα. 281. m.
χρησμοί. 820. f.
Μουσαίῳ Ἀντιφήμῳ πρεσβυτέρῳ τὰ ἔπη Εὐμόλπια. 809. in.

Myron

Myron Byzantius ποιήσας ἔπη καὶ ἐλεγεῖα. 721. in.
Prienenſis τὸν πόλεμον τῶν Μεσσηνίων ἐν λόγῳ πεζῷ ἐποίησεν. 293. m. f. 294. in.
Myſo. 86. in. Chenenſis. 857. m.

Νωπάκτα ἔπη. 118. f. 282. m. 897. f. Vide ſupra in Carcinus.
Nicias Nicomedienſis. 257. f.
Νίκαι, poeſis. 868. in. 870. in. 872. f.

Oedipodia carmina. 722. in.
Olen ἐν Ἥρας ὕμνῳ. 140. f.
Olen Lycius ἐν Εἰλειθυίας ὕμνῳ. 42. m. 762. in.
ἐν ὕμνῳ τῷ εἰς Ἀχαΐαν. 392. m.
Oleni vaticinia. 809. f.
Onomacritus. 53. in.
Διονύσῳ συνέθηκεν ὄργια. 676. m.
ἐν τοῖς ἔπεσιν. 664. f. 781. m.
Oraculum. 189. f. 210. m. 224. f. 301. f. 307. f. 308. f. 327. m. 337. f. 342. f. 360. m. 379. m. 380. f. 390. f. 474. f 533. m. 588. 599. f. 612. m. 616. m. 648. in. 738. f. 744. m. 746. in. 785. in. 799. m. 812. f. 840. in. 857. f. 894 m. vide etiam Pythia & Sibylla.
Orpheus. 34. f. 180. m. 261. f. 446. f. 745. in. 505. m 762. in. 768. m. 769. 813. m. 873. in.
Orphei ὕμνοι. 90. m. 770. f.

Pamphus. 92. m. 94. in. 762. in.
πρῶτος ἦσεν εἰς χάριτας. 780. f.
Ἀθηναίοις τὰς ἀρχαιοτάτας ὕμνων ἐποίησεν. 577. m. 767. in.
ἐν τοῖς ἔπεσιν. 672. in. 773. in.
Panyaſis ὁ Πολυάρχου, πεποιηκὼς εἰς Ἡρακλέα ἔπη. 817. f.
ἐν τοῖς ἔπεσιν. 731. f. 871. in.
Peleades Poëtriæ. 828. m.
Periander. 53. m. 857. m.
Perſæus Zenonis auditor. 130. in.
Phaennis fatidica. 828. m.
ἐν τοῖς χρησμοῖς. 833. m.
Phemonoë Delphica vates. 809. f. 812. f. 828. m.

Phili-

Philiſtus. 34. in. Archomenidis filius. 438. f.
Philoxenus Poeta familiaris Dionyſio. 6.
Phœnix Ἰαμβῶν ποιητής. 23. m.
Phrynichus ὁ Πολυφράδμων, ἐν δράματι Πλευρῶνι. 874. f. 875. in.
Pindarus. 99. m. 283. f. 355. in. 525. m. 741. m. 743. f. 753. in 754. in. m. f. 755. m. 758. m. 768. in. 810. f. 852. f. 858 f.
ἄσματα ποιήσας. 20. m.
ἐν ἄσματι. 274. m. 455. m.
ἐν ᾠδῇ. 412. m. 592. f. 835. in.
εἰς Ἄμμωνα ὕμνων. 741. f.
εἰς Ἄνδρα Ὀλυμπιονίκην ἄσματα. 397. f.
εἰς Ἀνθίππην 5. m.
εἰς Ἀφαίαν θεάν. 180. f.
εἰς Θήβην τε καὶ εἰς Δίαν. 436. m.
εἰς Περσεφόνην ὕμνων. 755. m.
Piſander Camirenſis. 199. f. 640. f.
Piſiſtratus Homericorum verſuum collector. 594. in.
Pittacus Mytilenæus. 857. m.
Plataici belli ſcriptores. 437. f.
Plato. 76. in. Ariſtonis filius. 360. in. 564. in. 857. m.
Polybius Lycortæ filius. 616. in. 663. m. 675. m. 691. m. 698. m.
συνέγραψε ἔργα Ῥωμαίων, καὶ ὡς Καρχηδονίοις κατίσησαν εἰς πόλεμον. 663. m.
Polycrates Athenienſis Rhetor. 495. m.
Polymneſtus Colophonius ἔπη Λακεδαιμονίοις εἰς Θαλήταν ποιήσας. 35. m.
Pratinæ Satyri. 141. f.
Praxilla. 239. in.
Proclus Carthaginienſis. 159. m. 368. m.
Prodicus Phocaenſis εἰ δὴ τοῦτο τὰ εἰς τὴν Μινυάδα ἔπη. 363. m.
Pronomus tibicen ἄσματα πεποίηκεν τοῖς ἐν Ἐλείᾳ χαλκιδεῦσι. 735. in. ejus cantica. 345. f.
Pyrrhon Piſtocratis filius. 514. m.
Pythia. 149. f. 171. m. 309. f. 479. in 686. f. 832. in.

Rhia-

Digitized by Google

Rhianus Benæus. τὸν πόλεμον τῶν Μεσσηνίων ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησεν. 293. m.f. 294.in 315.m.323.m.
Cretenſis. 281.f.
Rhodii Poetæ verſus. 139.f.
Sabba Sibylla. 828. in. (814.in.
Sacadas τὸ αὐλημα τὸ Πυθικὸν πρῶτος ἤυλησεν ἐν Δελφοῖς. 162.m. 487.m.
Sacadæ carmina. 345.f. ſtatua. 768.in.
Sappho Lesbia 59.in. 767. in. τὰ ἔπη τὰ Σάπφους. 71.in.
ἐς Ἔρωτα. 702. in.
Sibylla. 126.m. 543.m. 820.f. 821.in. 825.f.
Simonides τῇ Κυνίσκᾳ τὸ ἐπίγραμμα ἐποίησεν. 222. f.
Simonidis Elegi. 715. in. 866. in.
Epigramma in Philonem. 474.f.
Socrates. 53. in. 76. m.
Solon 38. in. 41.f. 857.m. 894. in. m.
Solonis ἐλεγεῖα. 97.m.
Sophocles. 69.in. 89 m. ejus ſtatua. 48.
Steſichorus Himeræus. 162.in. 714.f.
τὴν παλινῳδίαν ἐποίησεν. 260.m.
ἐν Γηρυόνῃ Διΐ. 602. in.
ἐν τοῖς ἔπεσιν 731.f.
ἐν Ἰλίου Περσίδι. 862.m. 865.m.
Teleſilla Poetria. 157.in.m. 194.m.
Thales Mileſius. 35.m. 857.m.
Thamyris. 767. f. vid. Minyas.
Thebais, poema. 729. m.
de Adraſti fuga. 650.in.
de Parthenopæi percuſſore. 746.m.
Theodorus Tragœdus celebris. 90.in.
Theopompus Damaſiſtrati filius. 229.f. 496.f.
Thesprotis, poeſis. 624. m.
Thucydides. 55.f. 498.m.
Timothei Mileſii carmen Perſæ inſcriptum. 701.m.
Tiſias inſignis Orator. 495 in.
Tyrtæus. 312.m. 313.f. Athenienſis Ludimagiſter 316.f. 319. 323.f. ejus ἐλεγεῖα. 294.m. 315.m.
Xenocles Sophoclis filius. 89.m.
Xenophon. 9. f.

VI. Pauſaniæ *ſcriptori elegantiſſimo, quemque omnes merito qui ſunt Hiſtoriæ & antiquitatis Græcæ ſtudioſi earum habent*, * ſubjungam ejusdem ætatis ſctiptorem POLYÆNUM a) patria Macedonem, qui utrum ipſe aliquando militaverit, non ſatis conſtat: b) Rhetor certe fuit & genus vitæ forenſe ſecutus, c) durante adverſus Perſas Parthosque bel-

* Gvil. Cantérus lib. VI. Nov. lect. cap. 1.

a) Polyæni complures in veterum ſcriptis celebrantur ut 1) *Polyænus Lampſacenus* Mathematicus, Athenodori diſcipulus, Epicuri familiaris, de quo meminit Epicurus ipſe apud Theonem in progymnaſm. p. 19. Cic. 4. Acad. quæſt. et. 1. de fin. Plutarchus contra Colotem, ubi male πολύδινον legitur pro πολυαίνον in editione Aldina p. 969. Laërtius lib. 10. ſect. 24. & forte etiam lib. 2. ſect. 105. ubi vide notas elegantiſſimi Menagii. Meminit hujus Polyæni etiam Anonymus vitæ Ariſtotelis auctor latine editus à Nunneſio. 2) *Polyænus Athenienſis* Hiſtoricus, cujus mentio apud Euſebium in Chronico & inde in Chronico Alexandrino ſive Paſchali. 3) *Polyænus Sardianus* Sophiſta, quem ſub primo Cæſare Cajo h. e. ſub Julio Cæſare floruiſſe Svidas auctor eſt, & ſcripſiſſe λόγους δικανικοὺς, καὶ δικῶν ἤτοι συνηγοριῶν ὑποτυπώσεις & triumphi Parthici ſ. de triumpho Parthico per P. Ventidium reportato libros tres. 4) *Julius Polyænus*, cujus Epigrammata quædam græca exſtant lib. 1. Anthologiæ. 5.) C. Julius Polyænus qui eum Claudio Optato duumviratum geſſit Corinthi Imperante Nerone, ut ex numis obſervarunt viri docti. Vide Jo. Vaillanti T. 1. de numis Coloniar. p. 171. ſeq. 175. ſeq. 6) *Claudius Polyænus*, Claudii Cæſaris ut videtur libertus, de quo Plinius lib. 10. Epiſt. 75. 7) *Polyænus legatus Bithyniæ*, ejusdem Plinii æqualis, cujus meminit idem lib. 7. Epiſt. 6.

b) If. Cauſabonus quidem in dedicatione Polyæni ſui ad Mornæum: *Polyænus*, inquit, *ſcriptor antiquus, elegans, acutus, eruditus, & quod ad rem facit, haudquaquam ἀπεριπάλπιγκτος: ſed qui utramque militiam ſagatam & togatam ſecutus eſt.* Nempe hoc collegit Cauſaubonus ex Polyæni proœmio, in quo poſtquam Antonino & Vero victoriam adverſus Parthos & Perſas fuiſſet auguratus, ſubjungit: Ἐγὼ δὲ Μακεδὼν ἀνὴρ ἔχων πάτριον τὸ κρατεῖν Περσῶν πολεμούντων δύναμαι, κἂν ἀσύμβολος ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ γενέσθαι βούλομαι. Ἀλλ' εἰ μὲν ἤκμαζέ μοι τὸ σῶμα, καὶ στρατιώτης πρόθυμος ἂν ἐγενόμην Μακεδονικῇ ῥώμῃ χρώμενος. Ἐπεὶ δέ μοι προήκασαν τὴν ἡλικίαν ὁρᾶτε, ἃ μὲν καὶ νῦν ἀστρατεύτως παντάπασιν ἀπολείπεσθαι οὐ θέμις. Ἀλλὰ τῆς στρατηγικῆς ἐπιστήμης ἐφόδια ταυτὶ προσφέρω. κ. τ. λ. Sed non neceſſario ex his verbis ſequitur Polyænum militaſſe, ut probe obſervavit doctiſſimus Bielius in Dictionario Hiſtorio Critico T. 3. p. 2465.

c) Polyænus præf. libri 8. ὅτι προαιρέσει βίᾳ καὶ λόγῳ δικανικῷ χρώμενος ἐκ αἰμελῶς συγγράφω ὅσαγε &c. Et præf. lib. 2. καὶ ταῦτα σχολὴν ἐκ ἄγων, ἀλλὰ καὶ δίκας ἐφ' ὑμῶν λέγων. Svidas: Πολύαινος, Μακεδών, ῥήτωρ.

Digitized by Google

bello, d) dum ætate jam provectus castra sequi non valeret, e) ad Impp. M. Antoninum & L. Verum, perspicuo & eleganti stylo conscripsit ΣΤΡΑΤΗΓΗΜΑΤΙΚΑ ΒΙΒΛΙΑ ΟΚΤΩ, *libros octo de strategematis* f) *illustrium belli ducum* plus quam trecentorum, Græcorum quidem libris sex prioribus, Persarum aliorumque Asiaticorum libro septimo, denique octavo Romanorum & fœminarum illustrium. Liber sextus & septimus non integer ad nos pervenit, ita ut ex strategematis DCCCC. quæ descripserat Polyænus, non plura nobis restent quam DCCCXXXIII.

VII. Primus hoc opus *latine* vertit *Justus Vultejus*, vix duodeviginti annos natus, & usus membranis passim corrosis atque exesis, non raro tamen integrioribus quam fuere codices, quos vel Is. Casaubonus postea vel Maasvicius habuit. Post parentis sui mortem latine Polyænum ex Justi versione primus edidit Hermannus Vultejus Basileæ apud Jo. Oporinum A. 1550. 4. Præfatione transtulit *Antonius Antimachus*. E latina hac translatione profluxit Italica interpretatio *Nicolai Mutoni*, Venet. 1552. 8. Primus ex unico codice parum emendato, quem magno ære sibi comparasse testatur, descriptum castigatumque *græce* vulgavit & notas addidit *Isaacus Casaubonus* Lugduni 1589. 12. Versio autem in illa editione adjecta non est Casauboni, ut legas in Bibl. curiosa Hal-

d) Circa A. C. 163. vel. 164.

e) Ex verbis Polyæni in præf. lib. 1. tantum colligas eum cum hæc scriberet excessisse annum ætatis quinquagesimum. Hic enim terminus legitimæ militiæ, & immunitatem à militia jam præstabat annus quinquagesimus. Vide Stewechium ad Vegetii lib. 1. c. 4 & Lipsium ad Taciti 1. Annal. c 17.

f) Ab Anonymo scriptore de Incredibilibus c. XI. laudatur Πολύαινος ἐν τοῖς στρατηγικοῖς. Et Polyænus ipse testatur se στρατηγικῆς ἐπιστήμης ἐφόδια hoc opere Imperatoribus exhibere. Sed mox ipse explicat, ὅσα τῶν πάλαι γέγονε στρατηγήματα &c. Atque in Codd. MSS. inscribuntur στρατηγηματικὰ βιβλία vel βιβλία τῶν Πολυαίνου στρατηγημάτων. Etiam Frontini libri qui hoc argumentum ante Polyænum, sed latina lingua tractavit, in Codd. MSS. quibusdam titulum *strategicon* præ se ferunt, etsi auctor ipse in præf. libr. primi satis diserte profitetur στρατηγηματικὰ se tradere & in præf. libr. 4. demum excusat se, quod hic postremus potius exhibiturus sit exempla *strategicon* quam *strategematicon*. Vicissim Is. Casaubonus reprehendit errorem Svidæ, tradentis Æneam, qui στρατηγικὰ scripsit, composuisse ὑπόμνημα περὶ στρατηγημάτων. Nimirum *strategica* vocantur, quatenus experientia, virtute ac disciplina duces officio suo satisfaciunt, *strategematica* vero, cum arte quadam deluditur hostis ac prævenitur, quam partem egregiam callidatis attingit etiam Valer. Max. lib. 7. c. 4. Ex recentioribus diligentissime observavit Joannes Holderus, à quo sex Chiliades Strategematon collectas memorat Josias Simlerus in Bibl. Joannis Baptistæ Belli Polyænus Gallicus prodiit Paris. 1651. 8.

lervordiana, ſed Vulteji à Jo. Tornæſio locis quibusdam interpolata, quæ etiam ſeparatim recuſa eſt Lubecæ A. 1601. 4. & Francof. 1661. 12. Deniq; *Pancratius Maaſvicius* Rector Scholæ Delphenſis beneficio Jac. Gronovii Viri Clariſſ. nactus collationes Codd. MSS. Florentini & Cantabrigienſis, editionem Caſaubonianam recenſuit, ſervataque veteri qualem in eadem repererat verſione, notas Caſauboni novasq; ſuas ſingulis paginis ſubjecit, luculentisque typis ita deſcriptum Polyænum vulgavit Lugduni Bat. 1690. 8. Loca quædam Polyæni emendat *Paulus Fermat* Senator Toloſanus, in litteris ad Ranchinum, quas exhibet Bachetus in appendice ad Diophantum p. 43. ſeq. Teſtatur autem hoc ſe facere ope codicis Græci MS. optimæ notæ, auctorum rei militaris, in quo auctor quidam * περιπβολῶν, quem idem Fermatus ex Jo. Meurſii gloſſario *Heronem* eſſe ſuſpicatur, ſtrategemata plurima Polyæni, ſuppreſſo ejus nomine tranſcripſit. Pridem quoque eſt cum Vir præſtantiſſimus & cum tanto omnium eruditorum dolore nuper extinctus *Jo. Georgius Grævius* novam Polyæni editionem ſperare nos juſſit. Plura Polyæni exemplaria cum Codice *Jo. Pricæi* & aliis MSS. collata exſtant in Bibl. *Iſaaci Voſſii* quam poſt ejus mortem conſtat perlatam fuiſſe Lugdunum Batavorum. Præter græcum codicem, quo ad editionem ſuam eſt uſus, aliud Polyæni MS. memorat Iſ. Caſaubonus notis ad Æneam Tacticum p. 1767. quod utendum poſtea ei conceſſerat Jacobus Bongarſius. Polyænum utpote Macedonem, in hiſtoria Romana parum fuiſſe verſatum notavit Jo. Clericus T. 19. Bibl. Univerſalis p. 459. atque apparet ex eo, quod nec accurate & valde jejune ſtrategemata Romanorum ducum libro octavo attingit, neque Frontini libros ejusdem argumenti evolviſſe videtur, neque adeo latinam linguam calluiſſe.

VIII. Compoſuit & alia Polyænus noſter, nam ex ejus *de Republica Macedonum* libro profert nonnulla Joannes Stobæus ſermone XLI. & Svidas auctor eſt ipſum ſcripſiſſe περὶ Θηβῶν & Τακτικὰ βιβλία γ. Denique niſi morte præventus eſt, ſcripſi etiam ἀξιωματικὰ ἔπη de rebus fortiter ac prudenter geſtis ab Imp. M. Antonino & L. Vero: hoc enim facturum ſe pollicetur in Præfatione ad Librum VI.

CAPUT

* Editus eſt Pariſ. 1693. fol. Vide quæ dixi lib. III. cap. 24. p. 594. 4. & 599.

CAPUT XVI.
De LUCIANO Samosatensi.

Vita Luciani à Burdelotio composita, additis à me notis. 1. *Scripta Luciani recensita ordine litterarum, cum variis observationibus.* 2. *Luciani editiones.* 3. *Alii decem hoc nomine.* 4. *Occasio hallucinationis eorum, qui Philostrati libros de Apollonii vita Luciano tribuerunt.* 5.

1.

LUCIANUS *natione Syrus fuit, urbe Samosata* a) *quæ juxta Euphratis confluenta sita est, circa Trajani tempora videtur natus* b) *cum Epictetus, illud virtutis exemplar velle esse desineret. Patris ignoratur conditio, sed tamen ut appareat eum ex hoc genere hominum fuisse, qui in extrema paupertate morientes non multum heredem adjuvant. Nam cum deliberandum esset de futura Luciani filii conditione, videretque patrem suum & uxoris fratrem eximios audiri statuarios, ne deliberavit quidem ut videretur cunctatus. sed statim fortunæ statuariæ filium addixit: qui nescio an ingenii bona indole* c) *an fato quodam, artis statuariæ desertor efficitur, & ad meliorem frugem se recipit, atque statim ut sibi reliquam ætatem à statuaria procul habendam decrevit, meliora pollicitus, rei familiaris inopia, relicta Samosata, ubi leviori bus studiis instructus fuerat, Antiochiam petiit, ut causis dicendis* d) *operam*

a) Lucianus quomodo scrib. Historia T. 1. edit. Amst. p. 619. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐμὴν πατρίδα τὰ Σαμόσατα. in Scytha T. 1. p. 597. τὰς Σύρας ἡμᾶς. In revivisc entibus T. 1. p. 400. πατρὶς δὲ τίς; Σύρος, ὦ Φιλοσοφία, τῶν Εὐφρατίδων. Porro Luciani nomen jam Λυκῖνος effertur, jam Λουκιανός.

b) Svidas ait Lucianum fuisse ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ καὶ ἐπέκεινα. Confer tamen Vossium II. 25. de Hist. Græcis.

c) Ipse causam refert quod nimis duriter ab avunculo suo, à quo sculptoriam sive statuariam discere debebat, exceptus fuisset. Vide Luciani somnium T. 1. p. 4. seq.

d) In revivisc entibus T. 1. p. 406. ἐγὼ γὰρ ἐπειδὴ τάχιστα ξυνεῖδον ὁπόσα τοῖς ῥητορεύουσι &c. *Ego vero cum primum intellexi quam improba res causidicos necessario committen-*

Digitized by Google

ram daret; ſed cum non illi ad mentem ſuccederet cauſidicinæ conditio, videreturque nominis illuſtrior gloria futura ſi Rhetoricam qua plurimum pollebat profiteretur; ut illâ noteſceret, varias animo concepit peregrinationes & ſuscepit. Juvenis in Galliam e) *profectus auditorum frequenti corona & laudem meruit & retulit: ex Gallia Macedoniam* f) *petiit, ubi variis diſſertationibus perfectiſſimum dicendi robur exponebat, quales ſunt:* Herodotus, Scytha, Harmonides. *Sed cum videret Rhetores inductionibus & fallaciis, divitias & cætera quæ prima mortales putant, potius ſibi quærere quam veræ virtutis mercedem, ea relicta Philoſophiam* g) *aggreſſus eſt, in qua quid profecerit, eſt incredibile memoratu. Sed tamen ipſi etiam Philoſophi plus divitiis quam Philoſophiæ parent abant, auditores invicem ſibi aut vellebant aut vellicabant, & civitates quibus fucatam oſtentabant Philoſophiam, factionibus infeſtabant. At Lucianus non fuco cum fucatis, non factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto, pudore,*

mitentur, nimirum fraus, mendacium, temeritas, vociferatio, conflictatio, aliaque infinita, hæc equidem ut par erat declinavi, & ad tua bona me conferens e Philoſophia reliquum vitæ curriculum, tanquam ex procella & tempeſtate in tranquillum portum appulſus ſub tua tutela vivere expetivi.

e) Apologia pro mercede conductis T. 1. p. 493. ὁπότε κατὰ θέαν τὴν ἑσπερίδα ὠκεανὸν ἦλθε τὴν Κελτικὴν ἅμα ἐπιὼν ἐνέτυχες ἡμῖν (Sabinum alloquitur) τοῖς μεγαλομίσθοις τῶν σοφιστῶν ἐναριθμουμένοις. Eloquentiam & Atticam dicendi ſuavitatem in Luciano prædicat Photius Cod. 128.

f) Lucianus Herodoto T. 1. p. 575. Sed & in *Jonia* & *Achaja* audiſſe ſe ſcriptores Hiſtoriam belli Parthici (A. C. 165. geſti) recitantes teſtatur lib quomodo Hiſtoria ſcribenda ſit T. 1. p. 611. Confer ejus bis accuſatum T. 2. p. 232.

g) Moralem potiſſimum, cujus argumenti ſunt pleraque ejus ſcripta. Ita cum Socrate exiſtimabat reliquam Philoſophiam univerſam parum ad nos pertinere, certe parum eſſe utilem, niſi ad uſum vitæ referatur. In Convivio Philoſophor. T. 2. pag. 648 ὡς οὐδὲν ὄφελος ἦν ἄρα ἐπίσασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα καὶ τὸν βίον ῥυθμίζει πρὸς τὸ βέλτιον. Neque Philoſophiam ex ſolis libris ſed & ex conſvetudine cum honeſtis hominibus hauriendam ratus, prope verum eſſe duxit quod multi dicerent ὅτι τὸ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγει τῶν ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις φροντίδας συνεχῶς ἀφορῶντας, *eruditionem a recto ſenſu bonoque inſtituto abducere iſtos ſolos libros eorumque ſenſa aſſidue ſpectarent.* Ceterum Epicuro ſe faviſſe indicat in Pſeudomante: & à Græco ſcholiaſte diſerte fuiſſe τῆς Ἐπικούρου αἱρέσεως traditur, licet ex ſcriptis ejus tantum non omnibus rectius collegeris eum

dore, cum innocente abſtinentia h) *certabat, ſemper ingenio ut conditione liber, tandem* i) *ſub Divo Marco Ægypti procurationi præpoſitus, & ſuo & amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis ſuis invicem credunt, Chriſtianum* k) *fuiſſe arbitrantur, ſuppoſititiorum pravitate decepti. Ipſa de morte Peregrini narratio ſatis evincit errorem. Nec ſanior eorum opinio, qui à canibus laceratum* l) *aſſeverarunt. Nam ſenio, vel quod verius eſt, podagra* m) *nonagenarius obiit.*

Hæc

eum perinde ut cujus vitam ſcripſit Demonactem Philoſophiæ non unam ſpeciem ſive ſectam peculiariter coluiſſe. T. 1. p. 859. Φιλοσοφίας δὲ εἶδος οὐχ ἓν ἀποτεμνόμενος, ἀλλὰ πολλὰ ἐς ταυτὸ καταμίξας ὑ πάνυ τι ἐξέφαινε, τίνι αὐτῶν ἔχαιρεν.

h) In reviviſcentibus T. 1. p. 400 μισαλαζών εἰμι, καὶ μισογόης, καὶ μισοψευδὴς καὶ μισότυφος - - Φιλαλήθης δὲ καὶ Φιλαπλοϊκὸς καὶ ὅσα τῷ Φιλεῖσθαι συγγενῆ. *Arrogantia, impoſtura, mendacii & faſtus ſum oſor - - amator veritatis, honeſtatis, ſinceritatis & eorum quacunque amore digna ſunt omnium*

i) Apologia pro mercede conductis T. 1. p. 486. 491. ſeq.

k) Conſer Baronium ad A. C. 171 num. 7. & Tillemontium Hiſt. Imperatorum T. 2. p. 709. Πλαταϊκὸν vocat ſcholiaſtes Græcus ad lib. de morte Peregrini T. 2. pag. 45. quaſi qui à CHRISTI ſacris ad Ethnicos receſſiſſet. οἷα ληρεῖτε κατάρατε κατὰ τοῦ Σωτῆρος ΧΡΙΣΤΟΥ, ὃς καὶ τοῦ ἑνὸς ἕνεκεν ἀθανάτου σε παραδώσει κολάσει ὡς παραβάτην καὶ τὰ ἡμέτερα διασυροντα. Eidem Scholiaſtæ ad ſacras Hiſtorias Lucianus alludere videtur T. 1. p. 31. εἰς τὰς καθ' ἡμᾶς ὁ γόης ἔοικεν αἰγίδες προφήτας διαπαίζειν & p. 32. εἰς τὴν Ἀχρὼν ῥάβδον ὁ παγγέλως διαπαίζει. Et eadem pag. τάχα ὁ κενολόγος εἰς Μωυσέα καὶ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν διαῤῥάσαν χρειττόνων ἐπιπνοίᾳ ἐπισκώπτων αἰνίττεται. T. 2. p. 39. εἰς τὸν Ἰωσὴφ αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ. Sed in pleriſque his auctorem ſcholiorum fugit ratio, ut eruditus editor probe obſervavit. Ab Atheiſmi crimine Lucianum abſolvit D. Jo. Philippus Treunerus in diſſ. de *Theologia Luciani* Jen. 1697. 4.

l) Svidas in Λυκ. Nimirum ſolenne fuit multis, horrenda mortis genera comminiſci de iis quorum dogmata improbaſſent. Conſer quæ de Epicuro idem Svidas in Ἐπίκ. & quæ de Zoilo notavi lib. 2. c. 7. p. 365.

m) Podagra laboraſſe Lucianum colligitur ex iis quæ in laudem Podagræ ſcripſit T. 1. p. 804 ſeq. 822. ſeq. Ita Agrippinum Paconium refert Stobæus ſolitum rerum quæ ipſi adverſæ accidiſſent encomia componere, ſi quidem febriret, febris, ſi notaretur infamia, infamiæ, ſi exſularet, exſilii.

Hæc de Luciano poſt Gilberti Cognati & Jacobi Zvvingeri induſtriam, vir acutiſſimus Joannes Burdelotius, cujus verbis uſus, in additis notulis loca ex quibus iſta hauſta ſunt indicavi. Quod autem addit eundem Lucianum obiiſſe *ſuperſtite unico filio, qui ſummus Sophiſta fuerit Juliani tempore, & ad quem hujus Imperatoris exſtat Epiſtola*, parachroniſmus eſt, cum à Marci Aurelii obitu ad primum annum Juliani Imp. intercedat ſpatium annorum amplius CLXXX. Equidem in Juliani Epiſtolis trigeſima ſecunda inſcribitur Λουκιανῷ σοφιστῇ & tota abſolvitur his verbis: Καὶ χαίρω καὶ αἰτιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων. Εἰ δὲ ἀδικῶ σωφρονοῦντος ἐπιστέλλων, αἰτα δικηθῆναι δέομαι τῶν ὁμοίων παθῶν. Sed utrum iſte Luciani Samoſatenſis vel nepos fuerit (quos avorum nomine frequentius quam parentum appellabant, licet nec hoc inauditum fuiſſe Antiſtehenis exemplo patet) vel pronepos, vel utrum ulla eum cognatione attigerit, neutiquam conſtat, nam filium quidem non fuiſſe certos nos facit temporum ratio. Meminit Luciani noſtri etiam Lactantius lib. I. c. 9. *Non enim iſta Lucilius narrat aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit, ſed hi potiſſimum qui Deorum laudes canebant.* Latinæ ſe linguæ utcumque peritum fuiſſe teſtatur lib. de errore in ſalutatione T. 1. p. 501.

II. Scripta Luciani hæc ad nos pervenerunt, quæ ordine litterarum digeſſi, ad ſcriptis paginis editionis noviſſimæ Amſtelodamenſis:

1. Ὄνειρος ἢ ἀλεκτρυών, Dialogus quo Pythagoras in gallum transformatus Micyllum è ſomnio excitatum divitiarum vanitatem & paupertatis ſorte ſua contentæ commoda edocet. T. 2. p. 158 - 185. Vertit *Jacobus Micyllus*, & ad calcem operis aurei *Mich. Neander.* Lipſ. 1577. 4.

2. Ἀλέξανδρος ἢ ψευδομάντις, de vita & præſtigiis atque impoſturis Alexandri cujusdam Paphlagonis Abonotichitæ, qui ſe vatem & divinum ætate Luciani ferebat. T. 1. p. 746 - 783. Ad Celſum Epicureum, eundem ut videtur cui Origenes libros illos octo egregios oppoſuit. Alexandri oraculum tanquam Sibyllæ jactatum quod exſtat p. 754. & incipit Εὐξείνου πόντοιο, bene illuſtrat Clariſſ. Lambertus Bos in diatribis ad Novi fœderis loca p. 36. 37. Mentio hujus libri apud Socratem III. 22. Hiſt. Vertit *Eraſmus.*

Ἀληθὴς ἱστορίας libri II. vide ἱστορίας.

3. Ἀλιεὺς

3. Ἁλιεὺς ἢ ἀναβιῶντες. *Piſcator, ſive reviviſcentes.* Dialogus qui *βίων πρᾶσιν* recte ſubjicitur T. 1. p. 389 - 421. In hoc enim Philoſophi quos altero dialogo ſubhaſtatos Lucianus finxerat, in vitam revocati & pœnas à Luciano repetituri introducuntur. At hic Parrheſiades (iſtud enim nomen ſibi adſciſcit p. 400.) ad Philoſophiam audacter provocat, & accuſante Diogene cauſam ſuam dicit, profeſſus ſe non aantiquos illos Philoſophos ſed ſuæ ætatis & Philoſophiæ dehoneſtamenta perſtrinxiſſe, qui veterum illorum aſſumtam perſonam referrent peſſime & indigniſſime, ὀρχιλώτεροι μὲν τῶν κυνιδίων ὄντες, δειλότεροι δὲ τῶν λαγῳῶν, κολακευτικώτεροι δὲ τῶν πτήκων, ἀστιγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν γαλῶν, φιλονεικότεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων. Itaque à Philoſophia & Philoſophis veteribus abſolutus, injus vocat novos & poteſtatem, accipit Philoſophaſtros quos præfixa hamo, auri particula piscatur, cauterio inurendi.

4. Ἀλκυὼν ἢ περὶ μεταμορφώσεως. *Halcyon* ſive *de transformatione* dialogus brevis quo Socrates Chærephontem occaſione auditæ halcyonis de mutatis in aves mulieribus quærentem, monet nihil Diis eſſe ἀδύνατον, & in rerum natura pleraque nos latere. T. 1. p. 167 - 172. Latine vertit *Auguſtinus Datbus* Senenſis. Non Luciani videtur eſſe hic Dialogus ſed *Leontii* Academici. Vide quæ dixi lib. 3. cap. 1. inter ſcripta Platoni ſuppoſita num. 3. *Luciani quidem prorſus non eſſe, tum dictio lenta & oſcitans, tum ſententiarum levitas & argumentorum frigus & deliriationes arguunt ſatis*, inquit Marcilius, nimis meo judicio deprimens hoc ſcriptum, licet à Luciani quod fateor genio alienum. Exſtat & Græce ac latine in Dialogis Luciani ſelectis, Auguſtoriti Pictonum editis.

Ἀναβιῶντες. Vide paulo ante, ἁλιεύς.

5. Ἀνάχαρσις ἢ περὶ γυμνασίων, Dialogus Anacharſidis & Solonis de ratione & uſu vel abuſu Gymnaſiorum T. 2. 269 - 298. Vertit Vincentius Obſopœus.

6. Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον, ad indoctum multos libros coëmentem. T. 2. pag. 378 - 395. Vertit *Anaſtaſius* quidam. In Erythræi Eudemia pag. 253. exſtat Epigramma quod Lucianei libri argumentum non injucunde repræſentat:

Scriptorum totis famoſa volumina terris
Colligis, & pluteis das Charopine tuis.
Quid tibi cum libris, quorum nec nomina ſaltem
Nec titulos promta voce referre queas.
Quoſq; ſinis, multo conſperſos pulvere blattis
Et gratas avidis muribus eſſe dapes?
Nam nullum tangis, ſed tanquam ſacra profanus
Non digna metuis collutulare manu.
Numne times, ſias tractandis forte libellis
Doctior, aut ſtolidus ſis ſtupidusq; minus?
Hoc cave te moveat; ſic eſt tibi craſſa Minerva,
Proficere ut valeant plus, mihi crede, ſues.

7. Ἀποκηρυττόμενος, *Abdicatus.* Declamatio pro filio Medico qui ob ſanatum patrem receptus, deinde quod furentem matrem ſanare non poſſet, altera vice abdicatur. T. 1. p. 708-730.

Ἀπολογία περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ &c. Vide μισθῷ.

8. Ἁρμονίδης, *Harmonides.* Epiſtola qua erudito amico vel Patrono offert ſcripta ſua Lucianus, in uno illo, omnium calculos laturum ſe non dubitans: veluti Timotheus tibicen Harmonidi diſcipulo ſvaſit, ut ſi ab omnibus Græcis laudari vellet, nobilioribus placere ac probari ſe elaboraret. T. 1. p. 585-590. Vertit *Vincentius Opſopæus.*

9. Περὶ ἀστρολογίας Aſtrologiæ divinatricis qualecunque elogium ac commendatio. T. 1. p. 847-856. Vertit *Eraſmus.*

Βίος Λυκιανοῦ. infra Ἐνύπνιον.

10. Βίων πρᾶσις, *Vitarum auctio.* Dialogus quo Mercurius Jovis juſſu hominibus venum exponit veluti ſub haſta Philoſophos Pythagoram, Diogenem Cynicum, Ariſtippum Cyrenæum, Democritum & Heraclitum, Socratem, Epicurum, Chryſippum, Ariſtotelem & Pyrrhonem (quem Πυῤῥίαν codices Luciani vocant.) Singulorum dogmata & quorundam dicta quoq; & facta ut ſunt ad deridendum aptiſſima ſeligit & naſo ſuſpendit. T. 1. p. 370-388. Vertit *Martinus Bolerus.*

Περὶ Γυμνασίων. Supra, in Ἀνάχαρσις.

11. Δημώναξτος βίος. Vita & Apophthegmata Demonactis Cyprii, Philoſophi Eclectici non diu ante defuncti T. 1. p. 857-872. Vertit *Vincentius Obſcopæus.* Laudat Eunapius in proœmio.

12. Δι-

12. Δημοσθένες ἐγκώμιον, Encomium Demosthenis, T. 2. pag. 685-708. Vertit *Philippus Melanchthon* & in sua Demosthenis editione *Hieron. Wolfius.*

13. Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ, de non temere credendo calumniæ. Liber lectu dignissimus. T. 2. pag. 396-431. Vertit *Philippus Melanchthon, Rudolphus Agricola*, Lovan. 1530. 8. & *Adrianus Marius Nicolaius.* Edidit etiam *Jacobus Tollius* V. C. cum notis Lugd. Bat. 1677. 12. quæ in editione Luciani Amstelodamensi singulis sunt paginis subjunctæ. Gallice vertit Antonius Crappier. Lugd. 1551. 8.

14. Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον, quod Hesiodus sine magna causa se jactet laurum à Musis accepisse. T. 2. pag. 486-490. Vertit *Vincentius Obsopœus.*

15. Ἐνάλιοι Διάλογοι, *Dialogi Marini* XV. 1. Doridis & Galateæ 2. Cyclopis & Neptuni, 3. Alphei & Neptuni, 4. Menelai & Protei, 5. Panopes & Galenes, 6. Tritonis Amymones & Neptuni, 7. Noti & Zephyri, 8. Neptuni & Delphinum. 9. Neptuni & Nereidum. 10. Iridis & Neptuni, 11. Xanthi & Maris. 12. Doridis & Thetidis. 13. Neptuni & Enipei. 14. Tritonis & Nereidum & Iphianissæ. 15. Zephyri & Noti. T. 1. p. 238-261. Latine vertit *Jacobus Micyllus*, primum dialogum *Erasmus.* Ex his 2. 4. 5. 8. 9. 10. 11. 12. 14. occurrunt Græce & latine in Dialogis Luciani selectis Augustoriti Pictonum editis. 1620. 8.

16. Ἑταιρικοὶ Διάλογοι, Dialogi meretricii XV. quibus mulierum vitia & lascivi mores perstringuntur. T. 2. p. 515-557. Vertit *Jacobus Micyllus.* Νεκρικοὺς & ἑταιρικοὺς Luciani λόγους lectos sibi testatur Photius Cod. CXXVIII.

17. Διάλογοι Θεῶν, *Dialogi Deorum* XXVI. 1. Promethei & Jovis, 2. Cupidinis & Jovis, 3. Jovis & Mercurii, 4. Jovis & Ganymedis, 5. & 6. Junonis & Jovis. 7. Apollinis & Vulcani, 8. Vulcani & Jovis, 9. Neptuni & Mercurii, 10. Mercurii & Solis. 11. Veneris & Lunæ, 12. Veneris & Cupidinis, 13. Jovis, Æsculapii & Herculis. 14. & 15. Mercurii & Apollinis. 16. Junonis & Latonæ. 17. Apollinis & Mercurii. 18. Junonis & Jovis, 19 Veneris & Cupidinis, 20. Dearum judicium occasione pomi Paridis. 21. Martis & Mercurii, 22. Panos & Mercurii, 23. Apollonis & Bacchi, 24. Mercurii & Majæ, 25. Jovis & Solis, 26. Apollinis & Mercurii. Hos dialogos ridendis Græcorum diis eorumque criminibus exagitandis comparatos latine vertit

tit *Jacobus Micyllus.* 12. 19. 21. 24. Eraſmus. T. 1. p. 185-251. Ex his 3. 7. 8. 12. 13. 14. 16. 18. 19. 21. 24. 25. & 26. exſtant Græce & latine in dialogis ſelectis Auguſtoriti Pictonum editis.

18. Νεκρικοὶ Διάλογοι, *Dialogi Mortuorum* XXX. 1. Diogenis & Pollucis, 2. Crœſi Plutonis, Menippi, Midæ & Sardanapali. 3. Menippi Amphilochi & Trophonii. 4. Mercurii & Charontis. 5. Plutonis & Mercurii. 6. Terpſionis & Plutonis. 7. Zenophantæ & Callidemidæ. 8. Cnemonis & Damippi. 9. Simyli & Polyſtrati. 10. Charontis & Mercurii, Menippi, Charmolichi, Lampichi, Damaſiæ. 11. Cratetis & Diogenis. 12. Alexandri, Annibalis, Minois & Scipionis. 13. Diogenis & Alexandri, 14. Alexandri & Philippi. 15. Achillis & Antilochi. 16. Diogenis & Herculis. 17. Menippi & Tantali. 18. Menippi & Mercurii. 19. Æaci, Proteſilai, Menelai & Paridis. 20. Menippi & Æaci, Pythagoræ, Empedoclis & Socratis. 21. Menippi & Cerberi. 22. Charontis & Menippi, 23. Plutonis, Proſerpinæ & Proteſilai. 24. Diogenis & Mauſoli. 25. Nirei, Therſitæ & Menippi, 26. Menippi & Chironis, 27. Diogenis, Antiſthenis, Cratetis & pauperis. 28. Menippi & Tireſiæ, 29. Ajacis & Agamemnonis, 30. Minois & Soſtrati. T. 1. pag. 262-324. Vertit *Jacobus Micyllus.* Dialogum 15. 14. *Ottomarus Luscinius.* 3. 7. 8. 9. 11. 13. 17. 18. 21. 22. 24. 25. 26. *Eraſmus.* 16. 12. 6. *Petrus Viruinius.* 10. *Martinus Bolerus.* Leguntur etiam omnes excepto 16. & 28. cum nova verſione in dialogis ſelectis Auguſtoriti Pictonum editis, ſed alio ordine, hoc nempe: 2. 4. 5. 7. 9. 11. 18. 21. 22. 23. 8. 24. 29. 15. 6. 17. 30. 1. 13. 12. 20. 10. 27. 3. 14. 19. 25. 26.

Dialogus *Virtus Dea*, in qua Mercurius & virtus colloquuntur, latine exſtat T. 2. pag. 864. 865. ad Luciani imitationem ab erudito aliquo ſcriptus, ut Dialogi mortuorum Gallice ante aliquot annos editi ab ingenioſiſſimo Fontenello.

Dialogos Luciani ſelectos libris 2. atq; una cum his Timonem cum latina verſione emendata & ad calcem libri ſubjecta edidit Gvil. Dugardus Lond. 1677. 12. Anglice etiam prodiere ſelecti dialogi cum Luciani vita auctore Fr. Hickeſio Oxon. 1634. 4.

19. Δίκη Φωνηέντων, *Judicium vocalium*, ſive ingenioſa fictio actionis literæ Σ contra literam Τ accuſantis illam de raptu & vi quod exſpolietur ab eadem omnibus vocabulis quæ per geminum Τ efferri debebant. T. 1. pag. 45-50. Vertit latine *Martinus Bollerus* cujus verſio vul-

vulgo exstat. Præterea *Cælius Calcagninus* qui subjecit ex suo ingenio Apologiam literæ T qua criminationes literæ Σ acutè diluit. Basil. 1539. 8. Exstat etiam in Amphiteatro Socratico Caspari Dornavii T. 1. p. 680.

Διόνυσος. Vide infra, ψευδολαλιά.

20. Δὶς κατηγορούμενος ἢ δικαστήρια, actio adversus Polemonem, Dionysium Heracleensem, Aristippum, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem & Lucianum quod pristinas vitæ suæ rationes reliquissent. T. 2. p. 211-238. Vertit *Jac. Micyllus.*

21. Περὶ τῶν Διψάδων, ψευδολαλιά. De dipsadum natura, quorum ictus inexplebilem sitim affert. T. 2. p. 481-486. Vertit *Vincentius Obsopæus.* Effigiem dipsadis ex veteri Codice MS. Nicandri exhibet Lambecius lib. VI. p. 294. & Nesselius parte III. post pag. 8.

22. Δραπέτης. Philosophiæ querela ad Jovem de pseudophilosophis: & sumptæ de fugitivis servis sub splendido Philosophorum nomine homines decipientibus pœnæ. T. 2. pag. 592-606. Vertit *Bilibaldus Birckheimerus.* Sub initium hujus dialogi mentio Peregrini, qui se ipsum in flammas conjecit. Confer infra num. 62.

23. Εἰκόνες, Imagines quibus Pantheæ, Abradatæ conjugis pulchritudinem depingit ejusque virtutes prædicat: T. 2. p. 1-16. Vertit *Vincentius Obsopæus.*

24. Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων, sive superioris scripti Apologia, qua non satis laudasse se Pantheam, nedum adulatorum more nimiis encomiis oneraſſe contendit. T. 2. p. 16-31. Vertit idem Obsopœus.

25. Περὶ τοῦ ὀνείρου, ἢ τὸν βίον Λουκιανοῦ. *De Somnio, sive vita Luciani.* Narrat sibi cum juvenis à Patre statuariæ destinatus & ab avunculo à quo artem discere debebat plagis sub auspicium statim acceptus esset, lacrymis indormienti visam per somnium accedentem ad se statuariam & παιδείαν sive Eruditionem, quarum utraque ut Herculem olim Virtus ac voluptas invitaverit ut altera relicta sibi potius adhæreret. At Lucianum spreta statuariæ oratione, eruditionem sectatum, & illi deinceps assidue adhæsisse. Tom. I. p. 1-12. Vertit *Jacobus Micyllus.* Legitur & cum alia versione in dialogis Luciani selectis Augustoriti Pictonum vulgatis.

26. Ἐπιγράμματα *Epigrammata XXX.* ex Anthologia collecta, variis interpretibus. Et ἔρως δραπέτης *amor fugitivus* poëmation Doricum quod inter Moschi Idyllia legitur, ab aliis tributum Luciano &

in Amſt.edit. editum cum Metaphraſi latina *Bon Vulcanii.* T.1. pag. 834-845. In Bourdelotii editione alia occurrit amoris fugitivi Metaphraſis auctore incerto,quæ incipit: *Perdiderat natum genetrix.* Paulo liberius expreſſit etiam *Laurentius Gambara* Brixianus, optime ſi quid judico *David Withfordus.* Hetruſco carmine *Nicolaus de Oddis.* Epigramma primum quod incipit: Λαΐδιανὲς πάϱ' ἔϱωτι refert etiam Photius Cod.128. Vigeſimum tertium quod incipit: Ἑλλάδα νικήσουσιν imitatus eſt Auſonius hoc tetraſticho:

Lais anus Veneri ſpeculum dico, dignum habeat ſe
Æterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc uſus, quia cernere talem
Qualis ſum nolo, qualis eram nequeo.

27. Χάϱων ἢ Ἐπισκοποῦντες; *Charon ſive Contemplantes.* Dialogus quo Charon ex inferis ad homines concedente Dite & accepto unius diei commeatu profectus Mercurio comite montes congeſtos inſcendit variaque contemplatur vana & ſtulta mortalium, potentum præcipue,conſilia & actiones cœcas. Auſcultat & Solonem ſapienter cum Crœſo colloquentem. T.1.p.341-361. Vertit *Petrus Meſſellanus.*

28. Ἐπιστολαὶ Κρονικαί Epiſtolæ tres,una pauperis ad Saturnum petens ut opes æque inter homines dividantur, altera Saturni ad pauperem, ſvadens ut ſua ſorte contentus vivat. Tertia divitum ad Saturnum,de pauperum immodeſtia querentium. T.2.pag.619-632. Pauperi huic nomen Lucianus impoſuit ἐγὼ, ἐγὼ τῷ Κρόνῳ χαίϱειν, Κρόνῳ ἐμοὶ τῷ πιωπάτῳ χαίϱειν. Confer Sam. Petiti Obſervationes lib.I. cap.9. Vertit *Eraſmus.*

29. Ἑρμότιμος ἢ περὶ αἱρέσεων Hermotimus ſive de ſecta Philoſophiæ eligenda Dialogus,ſcriptus à Luciano XL. annos nato (p.514. itaque p.552. πηλικοῦτος ὤν malim reddere *tanto ingenio cum ſis* quam *ætate tam grandis*) & Hermotimo Menecratis F. (p. 543.) qui Stoicis ſe forte in diſciplinam tradiderat, exponens, quam difficilis hæc res ſit,quod cum multæ ſint ſectæ,eligi optima non poſſit niſi ab eo qui omnium integrum feciſſet experimentum: (confer Sextum Empiri cum pag. 467. contra Mathemat.) hoc vero vita ipſa hominis ſit longius, & acre judicium requirat, præterea incertum ſit utrum quisquam Philoſophorum ad eam quam profitetur ducat felicitatem,

tem, cum in verbis omnes & nugis versentur & communem vitam vivere præstet. T. 1. p. 504-570. Vertit *Vincentius Obsopœus.*

30. Ἔρωτες ad Theomnestum. T. 1. pag. 873 - 912. dialogus obscœnus quem Aristæneto tribuit Burdelotius incerta conjectura. Colloquuntur Charicles Corinthius & Callicratides Athenienſis. Versio Anonymi lectorem curiosum sæpissime decipit judice eodem Burdelotio.

31. Εὐνοῦχος ἢ *Eunuchus* seu *Pamphilus* dialogus in quo occasione Favorini qui per Εὐνοῦχον ἀπὸ Κελτῶν & Βαγόαν perstringitur, falsè disputat Lucianus utrum Philosophus esse Evnuchus possit. T. 1. p. 840 846. Vertit *Erasmus.*

32. Ζεῦξις ἢ Ἀντίοχος, *Zeuxis sive Antiochus* Allocutio Luciani ad Macedones qua indignatur Orationem suam nuperam ab ipsis tantum laudatam propter παραδοξολογίαν & novitatem, perinde ut Zeuxidis Hippocentaurum, vel Antiochum Soterem qui duce Theodota Rhodio Elephantorum ope à Gallis victoriam reportaverat. T. 1. p. 577-584. Vertit *Vincentius Obsopœus.*

33. Ζεὺς ἐλεγχόμενος. Dialogus quo probatur si Jupiter & Dii fato sint obnoxiis ut dicunt Poëtæ, nullam esse religionem. T. 2. p. 117-127. Vertit *Vincentius Obsopœus.*

34. Ζεὺς Τραγῳδός. Damidis Epicurei de Diis eorumque providentia à Timocle Stoico male confutata. T. 1. p. 128-157. Vertit *Vincentius Obsopœus.*

35. Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου ἢ τῶν Κύκνων præfatio de Electro ac Phaëtonte & Eridani Cygnis T. 2. p. 369 - 372. Vertit *Vincentius Obsopœus.*

36. Ἡρόδοτος ἢ Ἀετίων, *Herodotus sive Aëtio.* Præfatio ad Sophistas Rhetoras & Historicos in Macedonia (Thessalonicæ forte) congregatos qua specimen aliquod ingenii editurus optat se eadem fortuna apud eos uti, qua Herodotus historicus cum Historias suas in Olympiis prælegeret, vel Aëtio pictor, cum amores Roxanis & Alexandri M. à se depictos in iisdem Olympiis inspiciendos daret. T. 1. p. 571-576. Vertit *Vincentius Opsopœus.*

37. Θεῶν Ἐκκλησία. Deorum concilium super indignis in cœtum ipsorum receptis, qui per decretum ejiciuntur. T. 2. p. 709-717. Vertit *Vincentius Opsopœus.*

38.

38. Περὶ Θυσιῶν, *de Sacrificiis* diſſertatio, qua contendit Græcorum Ægyptiorumque & aliarum gentium ſacra & quæ de Diis eorumq; vita, & ſacrificiorum ac nidoris deſiderio garriunt Poëtæ & credit vulgus, non ſeriam confutationem mereri, ſed Heraclitum aliquem qui illorum inſcitiam deploret, vel Democritum qui rideat amentiam. T. 1. p. 361-371. Vertit *Eraſmus.*

39. Ἰκαρομένιππος ἢ ὑπερνέφελος. Dialogus quo Menippus vana hominum ſtudia & Philoſophorum inſanientem ſapientiam ridet. T. 2. 186-210. Vertit *Eraſmus.*

40. Ἱππίας ἢ βαλανεῖος, Præfatio, de balneo Hippiæ non veteris illius Platoni, Apulejo & aliis memorati, ſed alterius qui Luciani ætate vixit & in omni genere diſciplinarum excellens fuit T. 2. pag. 354-359. Vertit *Vincentius Obſopœus.*

41. Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, *quomodo Hiſtoria ſcribenda ſit,* Liber ad Philonem, quo Mileſium quendam, tum Creperium Calpurnianum Pompejopolitam, Callimorphum Medicum haſtatorum legionis ſextæ, Philoſophum Corinthium Antiochianum Hieronicem Apollinis, Demetrium Sagalaſſenſem Piſidium aliosque ineptos illa ætate belli Romanorum cum Parthis A.C. 165. commiſſi ſcriptores perſtringit, tum docet hiſtoricum alienum eſſe debere à rationibus encomii & invectivæ, nec voluptati conſulere alii lectorum niſi quæ ex veritate conſequatur, neq; in rebus nihili prolixiorem præcipuas transvolare, ſed prudentia civili & eloquentia inſtructum reique militaris peritia, res prout geſtæ ſunt diligenter inquiſitas & in commentarios prius relatas narrare libere, perſpicue, graviter non paucis illis ad quos ſcribentis amor, odium, metus & ſpes forte ſpectat, ſed omnibus, & poſteris præcipue. T. 1. p. 600-639. Vertit *Jacobus Micyllus.* Lucianus p. 618. promittit ſe in alio opere oſtenſurum proœmia quædam Hiſtoriarum eſſe, vulgus lectorum latentia. Niſi reſpicit alterum locum p. 635. ſeq. quod mihi non videtur.

42. Ἀληθῆς ἱστορίας, *Veræ Hiſtoriæ libri II.* hoc eſt fictæ narrationes (velut Jambuli cujusdam vel Cteſiæ) de iis quæ Luciano contigerunt in portentoſa navigatione per mare, inſulas, aërem & lunam, tum in ceto ingenti, quo cum navi integra hauſtus eſt, denique poſtquam ex hoc mire evaſiſſet, quæ vidit apud inferos in Campis Elyſiis, in inſulis impiorum, in Oniropoli, atque apud Bucephalos & Onoſceleas

leas. T. 1. p. 639-692. In calce ſecundi libri promittit Lucianus plures libros de iis quæ ſibi in terra contigerunt. Sed forte & hoc finxit tantum, non revera præſtitit. Illi duo libri latine verſi ſunt à *Jacobo Micyllo*. Miror doctiſſimum Sirmondum qui p. 248. ad Sidonium ex hoc Luciani ſcripto quaſi vere hoc contigiſſet annotat Laidem in uxorem ductam à Diogene Cynico.

43. Κατάπλους ἢ Τύραννος *Cataplus ſive Tyrannus* dialogus quo Megapenthes Lacydæ filius tyrannus inter alios à Charonte ad inferos deduci fingitur, ſed unus maxime invitus, & poſtea cum ad Rhadamanti vocaretur judicium, multis inuſtus repert⁹ maculis, pœnæq; loco, ſvadente Cyniſco Philoſopho hoc conſecutus, ut cum alii defuncti ex poculo oblivionis bibant, hic unus perpetuo crucietur memoria amiſſarum opum & potentiæ. T. 1. p. 422-443. Vertit *Petrus Moſellanus*.

Κρονικὰ Ἐπιστολαί. vide ſupra, Ἐπιστολαί.

44. Τὰ περὶ Κρόνου De Saturno & Saturnalibus dialogus. T. 2. pag. 607-613. Vertit *Eraſmus*.

45. Κρονοσόλων Leges ſaturnaliorum. T. 2. p. 613-618. Vertit *Eraſmus*.

46. Κυνικός ſive commendatio vitæ Cynicæ. T. 2. pag. 717-727. Vertit *Tho. Morus*.

Λύκιος. vide infra, ὄνος.

47. Λεξιφάνης ſive Dialogus quo inepti affectatores obſcuri ſermonis ſvaviter deridentur. T. 1. p. 819-839. Vertit *Jacobus Micyllus*. Ceterum non eſſe Pollucem Onomaſtici ſcriptorem quem hoc ſcripto tangit Lucianus, probe docet Clariſſ. Hemſterhuſius prolegom. ad præclaram ſuam Pollucis editionem. p. 30.

48. Μακρόβιοι ſive Catalogus Græcorum Regum, Principum, Philoſophorum, Hiſtoricorum, Oratorum, Poëtarum & Grammaticorum qui ætatem quam longiſſime produxerunt. T. 2. pag. 465-476. ad Quintillum. Vertit *Vincentius Obſopœus*. Alter liber de longævis Romanis ad eundem Quintillum vel intercidit, vel à Luciano non eſt ſcriptus. Vide p. 476.

49. Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων de vili ac miſera conditione eorum (eruditorum præcipue ac Philoſophorum confer T. 1. pag. 35.) quibus mercede conductis in opulenti cujusdam familia eſt vivendum, ad Timoclem Philoſophum, qui illud vitæ genus amplexurus erat. T. 1. p. 444-480. Vertit *Eraſmus*.

50. Ἀπολογία πρὸς τὸν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, *Apologia pro mercede conductis* ad Sabinum Philosophum & ipsum atqueamicum suum, sive libellus quo probat ad se non spectare quæ superiore libro differuit, licet ætate provectus (ἐν γήρᾳ ὑστάτῳ p.486.)sub Imperatore,Remp. suscepit tractandam (procurator ut videtur in Ægypto constitutus à M. Antonino Imp. Vide p. 491.seq.) Vertit *Petrus Mosellanus*, non usque quaque feliciter, notante Bourdelotio. T.1. p.481-494.

51. Μένιππος ἢ Νεκυομαντία. *Menippus sive Necyomantia*, Dialogus Menippi ex inferis redeuntis & Philonidæ, cui ille narrat quomodo ad inferos à Mago Mithrobarzane deductus fuerit quæque ibi viderit, & decretum adversus divites apud inferos conditum. Quod vero Tiresias Menippo in aurem susurrat, optimam vitam esse τῶν ἰδιωτῶν, hoc p.339. perinde ut p. 327. 505. 554. nolim intelligere de vita *privatorum* sed *illiteratorum* qui Philosophis à Luciano opponuntur, difficiles nugas magno cum fastu tractantibus. Confer T. 1. pag.410.515.516.566. Sic p.580. de pictura loquens ἰδιώτην se vocat Lucianus h. e. pingendi rudem. Sic & vocabulum istud accipitur Act.IV.13. Vertit latine *Tho.Morus*. T.1. p.324-340. Cum alia versione exstat in dialogis selectis qui prodierunt Augustoriti Pictonum.

52. Μυίας ἐγκώμιον ingeniosa *muscæ descriptio & laudatio* T. 2. p.372-377. quæ cum aliis hujus argumenti legitur etiam Græce & latine in Casparis Dornavii Amphitheatro Sapientiæ Socraticæ jocoseriæ Hanov. 1619. fol. T.1. pag. 117. seq. Vertit ni fallor *Vincentius Opsopæus*.

Νεκυομαντίας. Vide paulo ante, Μένιππος.

53. Νέρων ἢ περὶ τῆς ὀρύχης τοῦ ἰσθμοῦ. *Nero, sive de Isthmi quam Nero molitus est perfossione* dialogus inter Menecratem ac Mulonium T. 2. p.798-804. Luciano argumentis non plane invictis abjudicat *Jac. Micyllus* qui latine vertit. Mentio illius à Nerone incassum tentatæ perfossionis apud Svetonium in Nerone c.19. & Dionem LXIII. p.722. Ante Neronem hoc idem frustra conati sunt Rex Demetrius, Julius Cæsar & Cajus Caligula. Confer Nic. Bergierium lib. IV. de publicis Imperii Rom. Viis sect. 47. T. 10. thesauri Antiqv. Rom. p.534.

54.

54. Πρὸς Νιγρῖνον Ἐπιστολή. *Ad Nigrinum Philosophum Platonicum Epistola* T. 1. pag. 19.

Νιγρῖνος, ἢ περὶ Φιλοσόφου ἤθους. *Nigrinus, sive de Philosophi moribus* dialogus quo Nigrini tum de probis tum perversis (quales multorum eo tempore Romæ) hominum ac Philosophorum moribus sermones referuntur. T. 1. pag. 20-44. Vertit præter Benedictum *Jacobus Micyllus.*

55. Περὶ οἴκου. Utrum pulchra domus magis adjuvet an impediat dicentem. T. 2. p. 451-465. Posterior pars incipit p. 457. Vertit *Jac. Micyllus.*

Ὀνειρος vide supra ἀλεκτρύων.

56. Λούκιος ἢ ὄνος. Metamorphosis in asinum T. 2. p. 76-117. Vertit *Vincentius Obsopœus.* Argumentum petitum ex Lucii Patrensis λόγοις μεταμορφώσεως de quibus Photius Cod. 129. Meminit iterum Cod. 169. Imitatus est latinus scriptor Apulejus, cui fortassis inde Lucii prænomen à quibusdam datum. Confer Salmasii prolegomena ad Solinum.

57. Περὶ Ὀρχήσεως. De saltatione ejusque virtutibus ac vitiis & præstantia adversus Cratonem Cynicum. T. 1. p. 783-818. Vertit *Vincentius Obsopœus.* Multos ante se de hoc argumento scripsisse testatur Lucianus p. 798. tangit id præter Athenæum etiam Plutarchus IX. ult. sympos. E recentioribus P. Faber lib. 1. cap. 12. Agonist. Meursius II. 12. Misc. Lacon. & in Orchestra T. VIII. thesauri Antiqv. Græcar.

58. *Palinurus* dialogus Palinuri & Charontis de nautarum vita quam Palinurus Æneæ nauta miseram, Charon aliis feliciorem esse disputat. Latine occurrit T. 2. p. 846. ad imitationem ut videtur Luciani à nescio quo compositus.

59. Περὶ Τυδαδίτου, ἤτοι ὅτι τέχνη ἡ Τυδαδικὴ, ironica laus artis Parasiticæ in Dialogo Tychiadis cum Simone Parasito. T. 2. pag. 239-269. Vertit *Vincentius Obsopœus.* Legitur hic liber Græce & latine etiam in Casp. Dornavii Amphitheatro sapientiæ Socraticæ T. 2. p. 113.

60. Πατρίδος ἐγκώμιον laus Patriæ T. 2. p. 477-481. Vertit *Vincentius Obsopœus.*

61. Περὶ πένθους. de eo quod mortuos inepte vulgus prosequatur immenso luctu, pretiosis exequiis, ludis, cœnis ac monumentis. T. 2. p. 299-307. Vertit *Erasmus.*

Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν Διαβολῇ. Vide supra in Διαβολή.

62. περὶ τῆς Περιγρίνου τελευτῆς. De morte Peregrini, Cynici Philosophi Pariani ex Christiani, qui senex se ipsum post Olympia celebrata A. C. 169. die 16. Julii in Arpina quæ viginti studiis Olympia distabat, conscenso rogo, spectantibus omnibus combussit, Epistola ad Cronium T. 2. p. 550-591. Vertit *Vincentius Obsopæus.* Notis illustravit *Tan. Faber* Paris. 1653. 4. quæ in editione Amstelodamensi per singulas paginas Luciani verbis substratæ sunt. Non integrum ad nos pervenisse hunc libellum contendit idem Faber p. 559. & 566. Peregrinum à Christianis rejectum innuit Lucianus p. 570. quod de idolothytis comedisset, hoc enim sibi volunt verba: ἔφθη δέ πως οἶμαι ἐσθίων τῶν ἀποῤῥήτων. Varias hinc inde in CHRISTUM & Christianos effutit blasphemias pag. 565. seq. & per νομοθέτην πρῶτον Christianorum pag. 567. videtur intelligere Johannem Evangelistam qui in Evangelio & Epistolis unus maxime omnium commendat illam de qua Lucianus ἀδελφότητα. Quæ p. 587. de vulture ex rogo Perigrini evolante leguntur, iis cum doctissimo Lemonio vix crediderim perstringi acta Martyris Polycarpi: Viderint etiam alii num ad imitationem S Ignatii fecerit Peregrinus, quod p. 588. traditur ante mortem omnibus ferme celebrioribus civitatibus Epistolas misisse, ἀδελφικὰς sive præcepta, admonitiones & leges. Fuit hæc sententia magni Pearsonii in vindiciis Ignatii parte 1. pag. 6. Meminit hujus libelli sive Epistolæ Svidas in Λουκιανός.

63. Πλοῖον ἢ εὐχαί, Dialogus stolida hominum vota perstringens exemplo amicorum navigantium, quorum alius opes, alius potentiam & imperium, alius voluptates sibi expetebat, in quorum nullo tamen vera felicitas consistit T. 2. p. 491-515. Vertit *Jac. Micyllus.*

64. Προμηθεὺς ἢ Καύκασος. *Prometheus* sive *Caucasus.* Dialogus brevis quo Promethus Mercurio & Vulcano diluit crimina sibi objecta, propter quæ jussu Jovis Caucaso ab illis affigendus erat. T 1. p. 173-184. Vertit *Ottomanus Luscinius.* Legitur & cum alia versione in dialogis selectis, Augustoriti Pictonum editis.

65. Πρὸς τὸν εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις. *Ad eum qui dixerat, Prometheus es in oratione:* quod dicterium alio sensu recipit, alio respuit ac retorquet, se vero characterem scribendi è Comœdia & dialogo mixtum sectari profitetur. T. 1. p. 13-19. Vertit *Jacobus Micyllus.*

66.

Digitized by Google

66. Προσλαλιὰ ἢ Διόνυσ@. Præfatio de Bacchi exercitu muliebri ab Indis præter meritum contemto T. 2. p. 360-364. Vertit *Vincentius Obſopæus.*

67. Πρσλαλιὰ ἢ Ἡρακλῆς. Præfatio de Hercule Gallico T. 2. p. 365-368. Vertit *Eraſmus.*

68. Ῥητόρων διδάσκαλ@, de vera & falſa eloquentiæ ratione. T. 2. p. 308-325. Vertit *Bilibaldus Birkheimerus.* Hoc libello Julium Pollucem perſtringi, cujus Græcum Onomaſticon habemus, auctor eſt Græcus Luciani Scholiaſtes. Sed vide quæ adverſus hanc ſententiam nuper diſſeruit Clariſſimus Pollucis editor Hemſterhuſius in prolegomenis p. 31. ſeq. qui Dioſcoridem quendam Rhetorem illius ætatis à Luciano exagitari exiſtimat.

69. Σκύθης ἢ ξενίζον@. *Scytha ſive Hoſpes.* Allocutio ad binos nobiles diſertiſſimosque Macedonas (Theſſalonicenſes ut ex pag. 597. conjicit Marcilius incerta ſuſpicione) quibus innotuiſſe ſe Syrum adeoq; peregrinum, & probari non minus gaudet, quam Anacharſis olim à Toxari cive ſuo introductus in amicitiam Solonis, in quo uno totas jam habebat Athenas, totam Græciam. T. 1. pag. 591-599. Vertit *Vincentius Obſopæus.*

70. Συμπόσιον ἢ Λαπίθαι, Convivium Philoſophorum Hermonis Epicurei, Stoicorumq; Zenothemidis ac Diphili, Cleodemi Peripatetici, Platonici Jonis, Alcidamantis Cynici, Grammatici Iſtiæi, Rhetoris Dionyſodori & Dionici Medici in Chæreæ, Ariſtæneti F. nuptiis cœna exceptorũ, qui poſt ineptias varias & contentiones tandem Lapitharum inſtar inter ſe miſere digladiantur. T. 2. p. 633-655. Vertit *Eraſmus*, ſæpe alienus ab auctoris mente, ut notatum Bourdelotio.

71. Περὶ τῆς Συρίης Θεοῦ. De Syria Dea ſive matre Deum ejusque templo & ſacris. T. 2. p. 656-684. Vertit *Jacobus Micyllus.* Scriptus eſt hic liber dialecto Jonica & Luciano hinc abjudicatur à Petro Jurieo in Hiſt. Critica rituum Judaicorum, Gallice non ita pridem edita. Sed Arrianus quoque cum reliqua Attice ſcripſiſſet, nonnulla (ut Indica) ſcripſit Jonicè. De Dea Syria conſulendus præter laudatum Jurieum Seldenus ſyntagm. 2. de Diis Syris cap. 2. Quæ de arca Deucalionis p. 661. & columba p. 676. à Luciano traduntur, illuſtrat Octavius Falconerius in diſſ. ad numum Apameenſem T. X. Antiq. Græcar. p. 678.

72. Τίμων ἢ Μισάνθρωπος. *Timon* * *ſive Miſanthropus*, dialogus quo Timon poſt invectivas in Jovem quod contemtum ſui ipſius non ulciſcatur, queritur ſe præ liberalitate, ex divite egenum redditū: Jupiter à Mercurio monitus jubet Plutū cum theſauro ad Timonem accedere, Plut⁹ recuſat, iterumq; juſſus ire claudicat, licet à Dite quoties mittitur & cum ſeſe recipit advolare celerrime & aufugere rapidiſſime conſvevit. Denique deductus ad Timonem labore, robore, fortitudine & ſapientia ſtipatum ab hoc ægre recipitur ingenti theſauro effoſo. Mox Timo ipſe quantum mutatus ab illo. A Philiade aſſentatore, à Gnathonide paraſito & Demea Rhetore, Thraſycleque Philoſopho tum Blepſia Lachete ac Gniphone adulationis perfidiæque & cupiditatis pœnas repetit. Ita totum hoc ſcriptum perſtringit ineptam divitiarum cupiditatem, perverſos divitum mores, profuſionem, luxum, aſperitatem, faſtum, avaritiam, denique divitias ipſas indignis fere obvenientes, & improbos aſſentatores. T. 1. p. 51-167. latine vertit *Eraſmus*. Cum notis ſeparatim edidit *Lambertus Barlæus* Lugd. Bat. 1652. 8. & emendatius *Tan. Faber* cum notis Pariſ. 1655. 4. Utriusque animadverſiones in editione Amſtelodamenſi comparent, Barlæi quidem ſingulis ſubjectæ paginis, Fabri ad prioris voluminis calcem. Legitur & cum alia verſione in dialogis ſelectis Luciani, editis Auguſtoriti Pictonum.

73.

* Timon Athenienſis Echecratides è tribu Colytto, clarus fuit circa tempora belli Peloponneſiaci quod geſtū ab Ol. LXXXVII. 1. ante CHRISTUM 432. Timonē ſe ipſum deferentem ob Alcibiadis amores finxit Libanius declamat. IX. T. 1 p. 343. Callimachi in eum Epigramma III. 7. Anthol. Ab hoc Antonius ab Auguſto victus regiam ſuam vocavit Timonium, in ea deinceps Timonis ad inſtar procul ab hominum conſortio victurus teſte Strabone lib. 17. p 54'. Confer Plutarchum in Antonio pag. 948 ſeq. qui præter dicta ejus quædam & Callimachi Epigramma affert Timonis Epitaphium & ab Ariſtophane & Platone Comicis ob μισανθρωπίαν reprehenſum refert. At PſeudoPlato Philoſophus Epiſt. 14. inter eas quas Allatius edidit: συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ ἰυρίσκων μέντοι ἀνθρώπους οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν. De hoc Timone & morte ejus Svidas in ἀποφώγας. Hunc inferorum janitorem fingit Lucianus 2. Veræ Hiſt. T. 1. p. 683 Fuit & alius Timon junior Sillographus Poeta, patria Phliaſius, ἰδιοπράγμων & ipſe, teſte Laërtio IX. 112 diſcipulus Pyrrhonis Sceptici, de quo ſupra Lib. III. c. ult. dixi. Prætereo Timonem Ægyptium, memoratum Ptolemæo Hephæſtionis lib. 4. & Timonem quem in ſympoſiacis ſuis colloquentem inducit Plutarchus.

Digitized by Google

73. Τόξαρις ἢ Φιλία. Dialogus quo Toxaris Scytharum, Mneſippus Græcorum in amicitia fidem prædicat. T. 2. p. 32-75. Vertit *Eraſmus*. prodiit etiam ſeparatim Antvverp. 1547. 4. Gallice *Blaſius de Vigenere* transtulit una cum Platonis Lyſide & Lælio Ciceronis. Pariſ. 1579. 4. Ante eum *Claudius Puteanus* Profeſſor linguæ Gallicæ Academia Lovanienſi in Antvverp. 1563. 4.

74. Τραγοποδάγρα ſive Drama breve quo podagræ velut Deæ alicujus poteſtas & vis celebratur. T. 2. p. 804-823. Carmine vertit *Joannes Sinapius* cujus Metaphraſin ſervavit etiam Burdelotius in ſua editione & Caſpar Dornavius Amphitheatro Sapientiæ Socraticæ. T. 2. pag. 196.

75. Tragopodagræ in Luciani editt. ſubjicitur ὠκύπους, alterum dramation, quo Podalirii ille & Aſtaſiæ filius podagricos non impune ridens, ſed & ipſe poſtea à podagra miſere proſtratus inducitur. T. 2. pag. 823-833. Vertit carmine præter *Jacobum Micyllum* cujus Metaphraſin Burdelotius quoque ſervavit, *Adrianus Chilius* Antvverp. 1533. 8. Confer ſi placet Jacobi Balde ſolatium podagricorum, Monachii 1661. 12. & Gerhardi Feltmanni librum de Dea Podagra Brem. 1693. 8.

76. Τυραννοκτόνος, *Tyrannicida* ſive Declamatio probans quod ex intentione licet non ex verbis legis præmium Tyrannicidæ debeatur ei qui Tyrannum occiſurus, filium ejus non minus crudelem & à quo Pater totus pendebat, transfoderat gladio in vulnere relicto, quo Pater, Tyrannus poſtea filio mortuo ſuperveniens ſeipſum interemit. T. 1. p. 693-707. Vertit & ei contrariam declamationem latinam non minus diſertam oppoſuit *Eraſmus*.

Τύραννος. Vide ſupra, Καπάπλους.

77. Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος. *Apologia pro lapſu inter ſalutandum*, ad Aſclepium ſive Æſculapium quem p. 503. Φίλτατον vocat & p. 501. ἄρχοντα, cui cum χαῖρε *Salve* dicere mane debuiſſet, dixerat ὑγίαινε *Vale*. Scripta à ſene, ut patet è verbis λῆρον ὑφ' ἡλικίας. T. 1. p. 495-503. Vertit *Jacobus Micyllus*.

78. Φάλαρις πρῶτος, καὶ δεύτερος ſive declamationes duæ, prior Phalaridis nomine ad Delphos taurum ſuum æneum dono mittentis & ſeveritatem ſuam excuſantis, altera ſacerdotis Delphici, recipiendum eum eſſe ſvadentis. T. 1. p. 730-740. Meminit Photius Cod. 128. Vertit *Vincentius Obſopœus*. Legitur etiam Apologia Phalaridis ab Andrea Arnaudo ſcripta in Caſp. Dornavii Amphitheatro ſapientiæ Socraticæ. T. 2. p. 18.

79.

79. Φιλόπατρις. Dialogus Triephonis & Critiæ, Chriſtianum dogma de SS. Trinitate pag. 770. & 774. ita proterve ridens, ut ſimul de ſententia Chriſtianorum illius ætatis teſtimonium ferat non inficiandum. Sunt qui hunc dialogum eſſe putant ſcriptoris Luciano antiquioris. Mihi vero cauſa eſſe nulla videtur cur Luciano non tribuatur, licet fateor in aliis ejus ſcriptis non obſervari tantam Chriſtianiſmi peritiam, quo argumento illum Luciano abjudicat Huetius p. 61. demonſtrat. Evangel. At enim victoria illa de Perſis in extremo dialogi memorata quid vetat quare non ſit eadem de qua Marcus Antoninus & L. Verus triumpharunt A. C. 166. Confer Georgii Bulli defenſionem fidei Nicænæ ſect. 2. cap. IV. §. 11. Dodvvellum de jure laicorũ ſacerdotali p. 284. & Blondellum p. 228. de Epiſcopis & presbyteris. Quoniam vero p. 770. Paulum Apoſtolum qui Tarſis natus erat, exagitat ſub nomine *Galilæi*, hinc Antonius Pagi ad A. C. LVI. n. 3. recte colligebat Chriſtianos non demum à Juliano dictos fuiſſe Ethnicis per contemtum Galilæos. Per τὴν ἰυχὴν ἀπὸ παιρὸς p. 779. Orationem Dominicam Lucianus intelligit, ut recte notatum Rigaltio ad Tertull. ſed per πλυσάνυμον φόδην ſuperadditam, non exiſtimaverim notari clauſulam, *quia tuum eſt regnum*, ut perſuaſum Joanni Gregorio c. 38. Obſervationum, ſed Δοξολογίαν quandam & Carmen Evchariſticum, qualis eſt v. g. hymnus Clementis Alexandrini. In hoc dialogo pag. 769. juratur per Deum ignotum Athenienſium: νὴ τὸν ἄγνωσον τὸν ἐν Ἀθήναις.

80. Φιλοψευδὴς ἢ ἀπιςῶν, Dialogus Tychiadis & Philoclis, quo ſpectra & Magorum præſtigiæ ridentur. T. 2. pag. 326-353. Vertit *Thomas Morus*.

81. Χαρίδημος ἢ περὶ κάλλους. Pulchritudinis laus & commendatio T. 2. p. 781-797. Vertit *Jacobus Micyllus*. Luciani haud eſſe videtur viris doctis.

Χάρων, vide ſupra, Φιλοσοφωνίς.

82. Ψευδολογιςὴς ἢ σολοικιςὴς ſive de ſtribligine Græci ſermonis obſervata in oratione PſeudoSophiſtæ cujusdam, qui ſibi belle ac pure loqui videbatur. T. 2. p. 728-762. Vertit *Jacobus Micyllus*. Notis illuſtravit *Jo. Georgius Grævius*. Amſt. 1668. 8. cujus obſervationes in edit Luciani Amſtelod. per ſingulas paginas ſunt ſubſtratæ. In his p. 753. merito laudatur *Paulus Leopardus* vir in his litteris præſtantiſſimus, qui commentarios in hunc librum ante Grævium ſcripſit. Vide eum II. 17. Miſc. 83.

Digitized by Google

83. Ψευδολογιστὴς ἢ περὶ τῆς ἀποφράδος, adversus Polyevctem Sophistam quem recte se ἀποφράδα ac detestandum propter pessimos mores appellasse demonstrat. T. 2. p. 432-450. Vertit *Jacobus Micyllus.* Confer Svidam in ἀποφράς.

Ψευδομάντις. Supra in Ἀλέξανδρος.

Ὠκύπους. Vide supra in Τραγοποδάγρα.

III. *Editiones Luciani.*

Græcæ

1. Prima ac præstantissima editio Florent. 1496. fol.
2. Venetiis apud Aldum 1522. fol. cum Philostrati utriusq; imaginibus, descriptionibus Callistrati, & Philostrati vitis Sophistarum. Ex hac editione pleræq; posteriores sunt expressæ, neglecta Florentina in non paucis locis meliore, ut observatum Cl. Viro Joh. Jensio. Aldinam omnium quas viderit corruptissimam vocat Bourdelotius.
3. 4. Hagenoæ 1526. & 1535. 8.
5. 6. Basileæ 1545. 8. Jo. Ribitti 2. Vol. & A. 1555.
7. Venetiis, sine temporis notatione, cum Indice copioso. 2. Volum. in 8vo, nova recognitione ut habet titulus emendata.

Latinæ

Scripta pleraque ab *Erasmo* * & *Tho. Moro* translata & ab Erasmo recognita. Paris. apud Ascensium 1514. 4. & Basileæ 1521. fol. apud Frobenium.

Scripta omnia Variis interpretibus, cum argumentis & annotationibus *Jac. Micylli.* Francof. 1538. fol. Paris. 1546. fol. Lugd. 1549. fol.

* Quæ Luciani vertit Erasmus (vertit autem admodum juvenis, unde Græcæ linguæ ignoratione sæpe peccare notavit Palmerius, Vide notas ad T. 1. edit. Amstel p. 474.) leguntur etiam tomo primo Erasmi Operum Basileæ olim & hoc ipso tempore iterum Amstelodami recusorum. Sunt autem hæc: Saturnalia. Cronosolon, Epistolæ Saturnales, de luctu, Abdicatus, Icaro Menippus, Toxaris, Pseudomantis, Gallus, Timon, Pro tyrannicida, de mercede conductis, dialogi amatorii XVIII. Hercules Gallicus, Eunuchus seu Pamphilus, Convivium s. Lapithæ, de Sacrificiis & de Astrologia.

Græcolatinè

1. Basilieæ A. 1563. 8. Quatuor Voluminibus, apud Henr. Petri. Versio græcis adjuncta varios auctores agnoscit, argumenta sunt *Jacobi Micylli*, denique notæ *Gilberti Cognati*, quibus accedunt ad libros plerosque annotatiunculæ *Joh. Sambuci*. Hæc ipsa editio repetita Basil. 1619. 8. quatuor Volum. apud Seb. Henricum Petri.
2. Parisiis A. 1615. fol. cum Micylli argumentis, versione Variorum & annotationibus brevibus & eruditis *Jo. Bourdelotii*, adhuc juvenis, ad calcem voluminis conjectis & Thomæ Gverino, quem JCtorum principem vocat, dicatis: tum notis antea ineditis Theodori Marcilii ad quædam Luciani loca, & selectis Gilberti Cognati. Elegans est hæc editio, quam Bourdelotius ait se emendasse collatis non modo editionibus sed 2. MSS. Bibl. Regis Galliæ & Variis lectionibus Codicis Thomæ Linacri & Florentini. At Tan. Faber ad Luciani Timonem c. 1. negat se mirari satis posse illius impudentiam, qui ausus est posteris imponere, professusque est editionem illam Parisiensem in forma maxima è MSS. Codd. Regiæ Bibliothecæ expressam esse. Idem Bourdelotius testatur se novam Luciani versionem affectam habuisse.
3. Salmurii A. 1619. 8. cum versione variorum à *Jo. Benedicto* interpolata, duobus Voluminibus. Hanc editionem Philippo Mornæo Benedictus inscripsit.
4. Amstelodami A. 1687. 8. duobus Voluminibus, cum Joh. Benedicti versione, & Anonymi *Scholiis Græcis* ** tum primum ex Is. Vossii codice cura Joh. Clerici Viri Cl. editis, quæ separatim descripta singulis tomis adnectuntur. Præterea singulis substratæ paginis in hac editione comparent notæ integræ Bourdelotii, & ineditæ antea neque adeo frequentes *Æg. Menagii*, *Francisci Gvieti*, & *Jac. Tollii*. Præterea quæ ad libros Luciani singulares annotarunt *Tan. Faber*, *Jo. Georg. Grævius* & *Lamb. Barlæus*, selectæ quoque Cognati, Sambuci, &c. & quæ in Exercitationibus ad optimos scriptores Græcos de

** Collector horum Scholiorum minime contemnendorum licet hinc inde lacunosorum inemendatorumque Christianus est, ut variis locis ipse indicat. Non valde antiquum esse, licet antiquissimum vocat Franciscus Junius in Catalogo Pictorum p. 12. constat ex eo quod T. 1. p. 34. laudat Magistri Grammaticam, ad Thomam Magistrum respiciens. Adde T. 2. p. 40.

Digitized by Google

de Luciani locis quibusdam monuit *Jac. Palmerius à Grentemesnil.* Argumenta quoque Micylli præfixa libris singulis, & in calce tomi utriusq; notæ antea ineditæ ad Lucianum Virorum doctissimor Jo. Georgii Grævii & Jac. Gronovii. Si iterum curanda Luciani editio sit, danda erit opera ut Græca emendatius excudantur, Versio hinc inde emendetur, nec omittantur *Jo. Brodæi* atque *Pauli Leopardi* præclaræ ad Luciani loca non pauca observationes, quæ obviæ sunt in lampade Artium Gruteriana. Denique ratio habebitur lectionum Lucianearum *Jo Jensii* Viri Atticarum elegantiarum callentissimi, in quibus multa Luciani feliciter emendavit ope editionis antiquæ Florentinæ, multis eruditam lucem ex ingenio ac doctrina sua attulit. Lucem viderunt illæ lectiones Hagæ Comitis 1699. 8.

Gallicè

Transtulit Lucianum *Philippus Bretinus.*

Longe elegantius *Perrotus Ablancartius*, cujus versio recognita & emendata quintum lucem vidit Amst. 1683. 8. Prima editio prodierat Paris. 1634. 4. quarta Paris. 1674. 8. Quoniam vero non usquequaque Luciani mentem reddit hæc translatio, Ægidius Menagius festive eam appellabat *la belle infidele*, ut legas in Menagianis p. 329. Matthæus Sladus Epigrammate in Lucian:

Αὐτὲρ δυσεβίην βλάσφημον τηλόθι φεύγοις,
Τηλόθι καὶ φεύγοις τὸν μεταφραζόμενον,
Ὃν Κελτὶς δάκεν γαῖη γλυκερόν περ ἐόντα,
Κελτίδα δ' οὐκ ἐθέλειν Ἑλλάδ' ἔχειν.

Anglice nonnulla Luciani transtulit Fr. Hickesius, *Hispanice* Franciscus de Herrera Maldonato & Joannes de Jarava &c.

IV. Fuerunt & alii Luciani, ut 1) *Lucianus* Pasiphontes Tragicus, de quo supra lib. 2. c. 19. 2) Lucianus Marcionita, de quo præter Epiphan. & Damascenum hæresi 43. meminit Nicetas IV. 15. thesauri Orthodoxæ fidei. Tertulliano & aliis est Lucanus. 3. *Lucianus*, Samosatensis, & ipse, sed Christianus & presbyter Antiochenus Arrianis favens qui ab eo se *Lucianistas* & *Collucianistas* appellabant. Vide Theodoritum p. 15. & 21. Hist. Eccles. & Valesium in notis p. 6. ubi Baronium refellit

maculam illam à Luciani memoria abſtergere cupientem. De hoc Luciano fuſe etiam Bollandus in Actis Sanctorum ad diem ſeptimum Januarii p. 357. ſeq. De editione Scripturarum Veteris Teſtamenti Græca *Lucianea* ab hoc Luciano emendata conſulendus Uſſerius libro de LXX. Interpretibus. De aliis ejus ſcriptis Caveus ad A. C. 294. Tillemontius &c. 4) Lucianus Eunomii ſororis filius Niceph. XIII. 1. 5) Lucianus Sophiſta, ad quem Juliani Imp. Epiſtola XXXII. 6) *Lucianus* Antiochenus Libanii æqualis qui in eum invehitur T. 2. Orat. 15. p. 433. ſeq. 7. *Lucianus* Bellovacum Apoſtolus de quo Bollandus 8. Januar. p. 459. ſeq. 8) *Lucianus* ptesbyter Caphargamalitanus in diſtrictu Hieroſol. circa A. C. 415. cujus Epiſtola de reliquiis Stephani Protomartyris è Græco converſa ab Avito Hiſpano presbytero exſtat apud Surium 3. Auguſti. Vide Baronium & Caveum ad A. C. 415. Voſſium IV. de Hiſt. Græc. pag. 488. 9.) *Lucianus* Byzæ Metropilota circa A. C. 457. cujus Epiſtola ad Leonem Imp. pro Synodi Chalcedonenſis confirmatione legitur T. 4. Concil. edit. Labbei pag. 908. 10) Lucianus Monachus de quo Græci in Menologio, 12. Martii. Prætereo Lucianum Aſellionem, Lucianum Eugilianum, aliosque in veteribus inſcriptionibus obvios.

V. Philander ad Vitruvii VIII. 2. *Philoſtratus quem alii Lucianum exiſtimant Vita Apollonii Tyanei lib. VI.* Verba *quem alii Lucianum exiſtimant* omiſſa ſunt in editione Vitruvii Lætiana pag. 155. Ceterum hunc locum reſpiciebat Gvil. Cognatus cum ſcriberet ad Luciani Pſeudomantem: *Gvilelmus Philander Caſtilionius in ſuo ad Vitruvium commentario hanc Apollonii vitam Luciano noſtro adſcribere videtur.* E Cognato id hauſit Tho. Malvenda lib. 1. de Antichriſto p. 34. quem ex alio ſcriptore non è Philandro ipſo hoc retuliſſe recte olfecit Tho. Crenius XI. animadverſ. p. 228. Idem dixeris de Voſſio qui hunc de Luciano errorem facile refellit II. 15. de Hiſt. Græcis. Videntur autem mihi illi qui Luciano libros Philoſtrati de Apollonii vita adſcripſerunt ex nulla alia cauſa in hanc manifeſto falſam opinionem deveniſſe, quam quod in antiquis editionibus Græcis Luciano Philoſtrati ſcripta quædam ſubjiciuntur.

De ſententia eorum qui *Epiſtolas Phalaridis* Luciano tribuerunt, dixi lib. II. cap. 10. Frequens Luciani imitator eſt Ariſtænetus, ut notatum Joſiæ Mercero notis ad Ariſtænetum.

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT XVII.
DE CLAUDIO GALENO.

Elogium Galeni Chronologicum auctore Philippo Labbeo a) 1. -- 20. *Scripta Galeni quæ exſtant, recenſita ordine litterarum, cum variis obſervationibus, & adſcriptis numeris tomorum paginarumque editionis Græcæ Baſileenſis, latinæ Juntarum & Græcolatinæ Pariſienſis.* 21. *Scripta Galeni deperdita.* 22. *Editiones.* 23. *Index Scriptorum à Galeno allegatorum.* 24.

 1. CLAU-

a) Labbeus hoc elogium velut ſpecimen Bibliothecæ ſuæ univerſalis ſtrenæ loco miſit ad Jacobum Mentelium, & præfixa Mentelii Epiſtola edidit Pariſ. 1660. ex typographia Claudii Cramoiſy, 8. Qui ante Labbeum de Galeni vita commentati ſuerunt, parum accurate hoc in argumento ſunt verſati, itaque ut recte Mentelius, *aliam vitam, alios ſcriptores poſtulabat is auctor, quem ætati ejus tantum non ſuppar Euſebius V. Hiſt.* c. ult. *teſtatur etiam à nonnullis adoratum fuiſſe. Et Alexander Trallianus Medicinæ ſcriptor illuſtris* θειότατον *appellat. Unde porro hæc nomina, pene ſe vivo ac audiente latius jactata meruerit ipſe Galenus, dictu proclive eſt: Scilicet à mira humanumque adeo ſuperante faſtigium omnis generis eruditione, præter ſummam medendi cum mixtum probitatis inſigni peritiam, de qua in ſuis paſſim operibus, ſed τῆς θεραπευτικῆς* III. 2. *præſertim gloriatur his verbis:* ὥ γ' ἤδιον ἐποίησα πολλοῖς &c. Qua ratione multis qui talia viderunt manifeſtum feci quanta Medicinalis Metho-„ di vis ſit, quantique mali occaſio fuerint, qui non ſervata veteri Medicina novas ſe-„ ctas condiderunt. Hæc ſane & vos præterea me, quanquam à principio recuſan-„ tem, orando tamen impuliſtis, omne hoc opus tractandum ſusciperem. Quod„ Deos precor aliis quoque hominibus alicui ſit uſui. Certe minimam ſpem habeo„ propter eum qui nunc regnat bonarum artium contemtum, divitiarum vero, exi-„ ſtimationis & civilis potentiæ admirationem: Ad quæ quisquis ſe convertit, is nul-„ la in re veritatem invenire poterit. Verum hæc prout DEO placebit, ita finientur.„ Alium præterea libellum eodem anno 1660. Labbeus miſit ad Gvidonem Patinum & Pariſiis apud Guil. Benard 8. excudi fecit hoc titulo: *Vita Claudii Galeni Pergameni Medicorum Principis, ex propriis Operibus collecta.* Hoc paginarum 83. opuſculum conſtat meris Galeni locis ex editione Juntarum latine deſcriptis, atque per intervalla quatuor ab ortu Galeni ad annum ætatis 21. 29. 40. & obitum usq; diſtinctis, adſcripto ſubinde in margine, anno CHRISTI & ætatis Galeni. Quoniam vero hoc Chronologicum Elogium quod integrum hic exhibeo ex locis illis concinnatum eſt, itaque loca omnia quæ in jam dicta Vita Labbeus exhibet, ſuis quæque locis elogii annotavi, ut adeo utrumque Labbei libellum non ubique obvium lectori repræſentem, quorum alterum humanitati Clariſſimi Hudſoni qui Oxonia eum ad me miſit, alterum Rev. Guſtavi Schrœderi, qui Pariſiis illum mihi attulit, debere me profiteor. Videtur etiam tertium opuſculum promittere Labbeus, *Chronologiam Operum Galeni*, ſaltem eorum quæ exſtare noſcuntur, quæ ſcilicet primo loco, quæ deinde in decurſu ætatis, quæ tandem in ſenectute conſcripta fuerint. Sed illa nunquam vidit lucem.

I.

CLAUDIUS GALENUS, omnium Medicorum, poſt Hippocratem, facile Princeps; atque optimi Imperatoris judicio, γνήσιος ἰατρὸς καὶ μόνος φιλόσοφος, Niconis viri eruditiſſimi ac ſedatiſſimis moribus præditi ex matre a) admodum iracunda, filius: natus eſt Pergami b) in Aſia, nobili quondam Attalorum Regia, Anno reparatæ per CHRISTUM ſalutis, circiter CXXXI. Hadriani Imperatoris XIV. vel XV labente.

II. A patre b) non Geometra tantum atque Architecto, ut tradit Svidas, ſed Mathematicis omnibus cæterisq; literis excultiſſimo, & quibusdam aliis eximiæ notæ Præceptoribus in pueritia c) Artes liberales apprime edoctus, atq; ad omnem elegantiam humanitatemq; informatus: abſoluto XIV. ſeu, quod eodē recidit, ætatis XV. ineunte anno JESU CHRISTI CXLV. Antonini Pii poſt Hadrianum imperantis VII. Philoſophicis ſtudiis ſub Cajo (Platonico, & quodam Philopatoris Stoici diſcipulo) aliisque, operam navare cœpit: tum anno vitæ XVII. Chriſtianæ Æræ CXLVII. à Patre per ſomnium admonito, deductus ad Medicos d) Satyrum, (Quinti diſcipulum) Stratonicum (Sabini Hippocratici diſcipulum & Æſchrionem Empiricum) aliosque nactus eſt in patria ſua Præceptores. Ἐιτ' ἐξ ἐναρχάτων e) ἐναρχῶν περιτραπεὶς, ἐπλανήθην ἔτος ἄγοντα, καὶ τῶν ἰατρικὴν ἐποίησεν ἐμὲ ἀσκεῖν ἅμα τῇ φιλοσοφίᾳ, &c.

III. Cum deceſſiſſet f) magno filii mœrore chariſſimus Parens Nicon, contulit ſe Smyrnam Galenus anno ævi ſui XXI. CHRISTI

a) Galenus c. 8. de dignoſcendis animi morbis (claſſe II. pag. 50. edit. Venetæ) & c. 1. de ſuccorum bonitate & vitio (ibid. p. 34.) Priore loco matrem ſuam refert adeo ſæpe abreptam ira, ut morderet ancillas.

b) X. de ſimplic. Medicam. ubi de caſeo. (claſſe V. p. 74)

c) II. 5. de differentiis pulſuum (claſſe IV. p. 47.) & VIII. 3. methodi medendi (Claſſe VII. p. 52.) & IX. 4. (p. 56. b) lib. de Ordine libror. ſuorum ad Eugenianum (Claſſ. Iſagog. p. 15.) De libris propriis c. 1. & 11. (ibid. p. 11)

d) cap. 2. de præcog. ad Poſtum: & lib. 9 Method. medendi cap. 4. c. 2. de anat. adminiſtr. lib 1. (claſſe I. p. 63.) de ordine libror. & XI. de ſimplic. Medic. p. 81. H. & lib. de atra bile c. 4. (claſſ. 1. p. 34.) lib. 1. de alimentor fac. (claſſ. 2. pag. 7.) & IV. 2. de loc. affect. (claſſ. 4. p. 22 E)

e) De ordine libror. (claſſ. Iſagog. p. 15. E.)

f) Cap. 1. de cibis boni & mali ſucc. (claſſ. 2. p. 34.) cap. 2. de libr. propr. (claſſ. Iſagog. p. 11) Cap. 1. lib. 1. de anatomicis adminiſtr. (claſſ. 1. p. 63.) De ordine libr. (claſſ. Iſagog. p. 15.) de atra bile c. 3. (claſſ. 1. p. 34)

STI CLI. ut Pelopem, celeberrimum è Quinti discipulis Medicum; atq; Albinum, Platonicum Philosophum audire posset. Tum Corinthum ad Numesianum, non inferiorem Pelope, Quinti ejusdem auditorem. Sic aliis pluribus provinciis peragratis, g) Alexandriam tandem, Ægypti nobilissimum emporium ac metropolim venit, in qua præ cæteris Orbis urbibus, florebat Medicinæ studium. Unde anno ætatis XXVIII. CHRISTI CLVIII. digressus, in Patriam remeavit, ibiq; Pontificum h) annuorum jussu, curationem Gladiatorum suscepit, per quinque aut sex circiter annos.

IV. Hisce elapsis, Romam cogitavit i) anno ætatis XXXIV. instante, aut jam inchoato, CHRISTI CLXIV. Imperatorũ Marci Aurelii Antonini cognomento Philosophi, & Lucii Veri fratris ejus IV. Certe Lucii meminit cap. 2. de Præcognitionibus ad Posthumum, cum primum suum in Urbem Romanam adventum describit; Antonini vero, initio libri primi de Anatomicis Administrationibus: neque enim interpretes recte ista reddiderunt, ἀρχαὶ ἡχμάων, &c. Anno sequenti, vitæ XXXV. diebus canicularibus, jugulum k) ei ab humero motum est, à quo decubuit per dies quadraginta, ut ipsemet narrat; multisque postea felicissimo successu sanitati redditis, magnum sibi nomen apud omnes plebejos, Optimates fecit; ut etiam à plerisque, ob admirandam in l) prædictionibus atque curationibus sagacitatem modo παραδοξολόγος, modo propter stupendam remediorum opportune adhibitorum vim atque efficaciam, παραδοξότατος diceretur.

V. Grassante post aliquod tempus atrocissima illa peste, quam Capitolinus in Lucii vita aliique scriptores Romanarum historiarum describunt, m) Urbe se subduxit in Campaniam, ac Brundusio in Patriam vela

g) lib. 2. de nat. hum. com. 6. & III. 2. de composit. Medic. per genera (class. V. p. 210.) VI. 2. sec. locos (ib. p. 121.) V. 1. de san. tuenda (classe 2. p. 62.) II. 6. in Hippocr. de natura hum. (classe VII. p. 181.) & III. 8. in Hippocr. de victus ratione in morbis acutis (classe VII. p. 108.)

h) III. in Hippocr. de fracturis comm. 21. (classe VII. p. 223.)

i) cap. 1. & 2. de libr. propriis cap. 2. 3. 4. 7. 8. 9. de præcogn. ad Post. (class IV.) lib. 1. de anatom. administr. c. 1. (class. I. p. 63.) lib. 1. contra eos qui de typis scripsere (class. III. p. 92.) lib. de Venæ sect. contra Erasistrateos qui Romæ degebant (class. VI. pag. 7.) 1. in lib. Hippocr. de artic. comm. 22. (ibid p. 251.)

k) Lib. 1. de artic. com. 62. (class. VII.)

l) cap. 7. lib. V. de locis affectis (class. IV.)

m) cap. 1. & 2. de libr. propriis (class. Isagog. pag. 11. &c.) De præcog. ad Post. & aliis locis.

Digitized

vela fecit, anno ætatis non tam exeunte, quam jam completo XXXVII. Christianæ Epochæ CLXVIII. Verum diu in patria subsistere, ac optato ei otio frui non licuit: namque sub exitum ejusdem anni, aut sequentis CLXIX. principium, ab Impp. Marco Antonio, ac Lucio Vero è Parthica expeditione paulo ante reverso, qui tum Aquilejæ morabantur, ut delectum militum haberent, copias undiquaque colligerent, commeatum, atque ad bellum Germanicum necessaria omnia commodius pararent, in Italiam evocatus est.

VI. Romam itaque secundo n) venit, atq; Aquilejam profectus est: unde paulo post, ob sævientem acrius luem fugientibus Imperatoribus: ipsoque Lucio Vero prope Altinum, dum curru cum fratre veheretur, ictu sanguinis extincto, hyberno, ut videtur, tempore, sub finem scilicet anni CLXX. ipse quoque Galenus vix cum quibusdam aliis evasit, Romamque incolumis reversus est: quæ tertia ejus in Urbem profectio numerari potest.

VII. Marco Aurelio in Germaniam o) adversus Marcomannus, Quados, ac Sarmatas, cum exercitu abeunte, ipse in Italia hæsit, multosque tum procul negotiis fere omnibus, & usque ad obitum ejusdem Aurelii, totoque filii ejus Commodi tempore (quo imperante conflagravit Pacis templum, & Galeni opera plurima incendio perierunt) vel Romæ, p) vel in patria (quando enim in eam remigraverit, non amplius reversurus in Italiam, omnino nescimus:) multos, inquam, libros cujusque generis conscripsit, vulgavitque, atque in iis librum de Præcognitionibus suis πρὸς Ἐπιγένην, q) anno vitæ LII. elapsis à disputatione adversus Stoicos & Peripateticos de voce & respiratione, XV. annis. Sub Helvio quoq; Pertinace, qui anno CHRISTI CXCII. die Decem-

n) cap. 2. de libr. propr. & cap. 9. ad Post. Meminit etiam sui ex Cypro & Syria pedestris itineris Romam versus per Thraciam & Macedoniam lib. 9. de simplic. ubi de terra Lemnia. Et inter ambulandum se dormivisse testatur lib. 2. de motu muscul. c. 4.

o) Eodem loco & l. 3. de simpl. medicam. secundum genera l. 2. c 13. & 1. de antid. &c.

p) Ad hunc periodum vitæ Galeni confer lib præcogn. ad Posthum. c 9. & 11 (classi IV. p. 214.) lib. 2. de alimentor. facult. c 40. (classi II p 7) cap. 1. lib. 1. & lib. III. c. 3. de compos. medicam. per genera (classi V. p. 210.) lib. IX. de simplic. Medic. ubi de Mysi: lib 1. de antidotis c. 1. 2. 3. 13. & lib. 2. c. 17. (ibid. p. 100.) De methodo curandi ad Hieronem III 2 & V. 15. (classi VII p. 17.)

q) *Ad Epigenem* rectius vertas, quam ut Interpretes, ad *Posthumum*.

Digitized by Google

cembris XXXI. ſublato è vivis Commodo Principe, à frequenti Senatu nuncupatus eſt Imperator, & paulo poſt à militibus interfectus; floruiſſe Galenum ex eo diſcimus, quod capite XIII. de propriis libris meminit libri unius ad Sectarum Profeſſores de Concionibus publice habitis ſub Pertinace (ſic enim vertendum puto, πρὸς τοὺς ἀπὸ τῶν αἱρέσεων πρὸς τὰ ἐπὶ Περτίνακος δημοσίᾳ ῥηθέντων, non ut alii quidam: *Adverſus Sectarios de publicè dictis coram Pertinace.*) Neque ſane ulterius progreſſus videtur, quisquis in Svidæ Lexico, Galeni elogium texuit, dum aſſerit: Γεγονέναι ἐπὶ Μάρκου, καὶ Κομόδου καὶ Περτίνακος τῶν Καισάρων ἐν Ῥώμῃ. (niſi forte ultimum illud (ἐν Ῥώμῃ) non ad Imperatores Romanos referas, ſed ad Galenum, qui cum ſub his Cæſaribus Romæ vixiſſet, poſt Pertinacis necem, in patriam ſe receperit, ibique reliquum vitæ in otio literario procul ab Aula ſtrepituque transegerit: quæ videtur fuiſſe mens interpretum Wolphii atque Porti.

VIII. Hactenus, quæ de Galeno diximus usque ad ætatis annum LXIII. ex ejusdem πολλάκις ἐπαναλογάδην variis, ut vides, ſcriptis deprompta ſunt, nec in dubium à quoquam ulla ratione revocari poſſe videntur. Quod ſupereſt, an ſub Didio Juliano, Clodio Albino, Peſcennio Nigro, ac præcipue ſub Severo, ejusque filio Antonino Baſſiano, pariter floruerit, & quamdiu vitam Pergami aut Romæ traduxerit, quove anno ætatis, atque æræ Chriſtianæ exſpiraverit, quia eruditis viris nondum ſatis exploratum ſcimus: ex ejusdem libris, vel veterum ſcriptorum monimentis ſolerter atque operoſe disquirendum eſſe arbitramur.

IX. Gerardus Joannes Voſſius in poſtumo de Philoſophia opere, cum Medicorum ſeriem legit, Claudium Galenum ſub Marco Antonino, Philoſopho; item filio Commodo: quin & Helvio Pertinace, Didio Juliano, Clodio Albino ac denique Severo floruiſſe teſtatur. Sed nihil probat, ex aliis potius iſta mutuatus, quam ex propria ſententia locutus; cum in opere de Hiſtoricis Græcis atque alibi non ſemel ſub Antonino Pio ex vulgari eiam eruditorum prope omnium opinione, licet minus commode, collocaſſet. Gesnerum, & qui Bibliothecam ejus contraxit, Simlerum, cæterosque qui aliorum fere ſemper inſiſtunt veſtigiis, aut jejune admodum atque exiliter iſta percurrunt, ac ne attingunt quidem, miſſos facio: controverſiam omnem, non ex turbidis plerumque modernorum lacunis, ſed ex limpidiſſimis ipſius Galeni fontibus finiturus.

X. *Joannes Martinus Euſtachius*, Gambatenſanus in regno Neapolitano, Medicus doctiſſimus, cujus vigiliis ac lucubrationibus Galenica hiſtoria pluribus antehac involuta fabulis, atque erroribus fœdata, nimium quantum debet, apud æquos rerum æſtimatores (ſi excurſus pæne continuos καὶ παρεργα & ἔργα μονονυχὶ μείζονα reſeces, quæ tamen tacito pro more, ejus nomine non tam exſcripſit, quam corrupit Joannes Neander Bremanus, in ſuis Medicinæ natalitiis) contendit clariſſimum Medicinæ parentem aſſertorem, amplificatoremque Galenum, ſub Severo & Caracalla Romanis Imperatoribus vixiſſe, duobus potiſſimum nixus argumentis. Ac primo quidem ex libri primi de Antidotis cap. XIII. ubi Galenus teſtatur ſe Imperatori Severo Theriacam ipſius juſſu, confeciſſe eodem modo, quo Antonino Auguſto paraverat: Altero petito ex cap. 2. libri de Theriaca ad Piſonem. Scio utrumq; illud argumentum quibusdam infirmius viſum fuiſſe: ac primum quidem, quod ex familiari multorum auctorum conſvetudine, ut pluribus alias obſervatum eſt, Severus Imperator pro Lucio Vero ſubrogatus ſit; & ipſemet Euſtachius fateatur pro Vero mendoſe Capite primo libri adverſus eos, qui de Typis ſcripſerunt, haberi Severum. Alterum vero quod in libro de Theriaca, per Maximos illos Imperatores, quorum mentio eſt, non Severus pater, ejusque filius Baſſianus, dictus ex militari tunica Caracalla: ſed Marcus Aurelius & Lucius Verus Divi, ut loquebantur, Fratres intelligendi ſint; ut neceſſe non videatur, fidem illius opuſculi, quod Julius Alexandrinus, Andreas Mathiolus, aliique viri pereruditi abjudicare Galeno moliuntur, ſollicitare.

XI. Verum neminem eſſe arbitror, qui attenta mente, apertisque, ut ajunt, oculis; vel unum ſaltem ex duobus illis Libris evolverit, qui non illico in partes *Euſtachii* tranſeat, ac fateatur Galenum non tantum ſub Pertinace, ſed etiam ſub Severo Imperatore, vixiſſe. Quoniam autem rariſſimus eſt illius *de vita Galeni liber* in 4o. Neapoli anno MDLXXVII. apud Horatium Salvianum impreſſus, ac plerisque Medicorum filiis, ipſique adeo Joanni Antonidæ Vanderlinden ſcriptorum Medicorum collectori ſolertiſſimo hactenus incognitus; Et ejus Auctor quædam ad quæſtionem ſpectantia prætermiſit, in nonnullis peccavit, atque obſcure admodum & intricate omnia pertractavit: Operæ pretium fore judicavi, ſi ipſa Galeni verba diffuſius proponerem, brevibusque obſervationibus illuſtrarem; nemo ut in poſterum ea de re ambige-

re

re valeat: cum libri illi duo de Antidotis, ab omnibus usque ad hanc diem, tanquam genuini sinceriq; Galeni partus habeantur; nec ullus eos, quod sciam, inter nothos supposititiosque rejecerit.

XII. Quæ capitibus primo & quarto libri primi de Antidotis habentur, præmittenda censeo, ut iis veluti jactis fundamentis, cætera, quæ ex Capite XIII. afferentur, firmius consistant. Quod si quis, inquit, singulis diebus, quemadmodum tempestate nostra Aurelius Antoninus Imperator, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος αὐτοκράτωρ Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος, vel sicuti olim Mithridates solebat, Antidotum capiat, &c. tum quibusdam prætermissis: Fuit autem hoc, quo tempore, susceptο adversum Germanos bello, & ille in provinciis, quæ secus Istrum sunt, degeret, & ego me illum eo subsequi posse excusaveram. Verum quia Imperator laudabat Antidotum à Demetrio Medico primario confectam, eo vita functo, Euphrati Medicinæ materiæ venditori, à quo simplices omnes medicinas ad Theriacam conficiendam emebat, per literas significavit, ut sibi renunciaret, quisnam Medicus Imperatoriam Antidotum conficienti Demetrio affuisset. Ab eo itaque cum intellexisset, me semper Demetrio, quoties Theriacam componeret, astitisse, tum quidem eam me per litteras componere Antoninus jussit: Romamque postmodum reversus, quod ea præcipue delectatus fuisset, percontatus est, quanam simplicium convenientia miscuissem, &c. Cap. IV. Quo tempore Antoninus imperabat, Theriaca à multis divitibus parabatur: deerantque idcirco nonnunquam eorum, quæ difficulter haberi possunt, simplicia quædam. Est enim admiratione dignum, quantopere divites Principum mores vel imitentur, videri saltem velint. Nam postquam ex humanis Antoninus excessit, pauci amplius aut Theriacam, aut Mithridatum conficiunt, &c. quæ ex cap. XIII. melius percipientur. Quo tempore, inquit, Antonino Imperatori vasa lignea, in quib⁹ ejusdem generis Cinnamomum inerat, multa conspexi, alia Trajani, quædam Adriani, nonnulla Antonini, qui post Adrianum Imperator fuit, ætate reposita, &c. ex eoq; Marco Antonino Imperatori Antidotum quandam composuissem, ipsam cæteris multum præstare deprehendi, adeo ut Imperator quoq; ea digustata, medicinæ concoctionem, velut in aliis fieri solet exspectare, noluerit, sed statim ea usus sit, nondum integre duobus mensibus elapsis. ANTONINUM subsecutus est COMMODUS, qui nec Theriacæ, nec Cinnamomi curam ullam habuit: sub quo non solum arboris illius, quod superfuerat, omne dissipatum est, verum etiam quodcunq; post Adriani

tempora comparatum fuerat. Quo factum est, ut Nunc IMPERATOR NOSTER SEVERUS, cum me sibi Theriacam eo modo conficere jussisset, quo MARCO ANTONINO confeceram, ex Cinnamomo, Trajani & Adriani tempore reposito sumere coactus sim: imbecilliorque plane mihi visa est; & tamen nondum anni triginta intercesserant: ab eo scilicet tempore, quo in Germania bellum Anno CHRISTI circiter CLXXI. aut CLXXII. gerente ipso M. Antonino, prima illa Theriaca à Galeno, ejus jussu confecta est, ne forte cum quibusdam, triginta illos annos numeres tanquam elapsos à Theriaca jussu Severi composita, ad tempus, quo Galenus librum de Antidotis scriberet. Nec negligenda arbitror, quæ sequuntur, ex iis enim manifestissime concludi potest, Severi nomine, Lucium Verum non posse accipi. Verum ipsa combusta (apotheca, in qua res suas omnes pretiosas servabat,) qua tempestate & Templum pacis incensum est, & hæc, & aliæ quinque Cinnamomi species, quas mihi conquisiveram, periere. NUNC itaque, cum IMPERATORI NOSTRO SEVERO Theriacam componerem ex Cinnamomo Adriani tempore reposito, quod optimum visum est, elegi, &c.

XIII. Ex his, aliisque, quæ forte tibi in germanis Galeni operibus occurrent plurima, ad illius vitam, ætatemque indagandam plane necessaria, discimus Antoninum Pium, quem à Marco Aurelio ea nota distinguit, (qui post Adrianum Imperator fuit) non illum esse, qui singulis diebus Theriacam sumeret; sed Marcum Antoninum, Philosophum; de quo tam sæpe, & tam multa referre consvevit: & Demetrium Archiatrum sub belli Germanici initia obiisse, eique tum, in paranda imperatoria Antidoto, suffectum fuisse Galenum: atque Commodo Marci filio (sub quo Ædes Pacis conflagravit) aliisque usque ad Severum imperantibus, neglectam fuisse Theriacæ confectionem, quam SEVERUS TUNC IMPERATOR, (ὃς νῦν ὄντως ἡμῶν αὐτοκράτωρ Σεβῆρος: filium, observes velim, hic taceri: ideoque scriptos illos de Antidotis libros videri, ante annum *CXCIX.*) iterum à Galeno jam sene voluit confici, nondum elapsis *XXX.* annis ab expeditione Germanica: proinde Severum hunc, de quo hic agitur, penitus alterum diversumque esse à Lucio Vero, qui anno exeunte *CLXIX.* aut ineunte *CLXX.* apoplexia periit; licet is quoque aliquando Severus vocatus reperiatur. Quæ deinceps, ut spero, apud æquos judices invictissimæ ac inconvulsæ demonstrationis vicem obtinebunt.

XIV.

Digitized by Google

XIV. De Theriaca ad Piſonem, unde alterum probationis argumentum ducere voluit Euſtachius, tria obiter obſervare nos licet. Ac primum quidem: Auctorem libelli illius vixiſſe ſub Severo, & quidem inter annum æræ Chriſtianæ *CXCIX.* quo Severus majorem natu filium, Baſſianum, jam à biennio creatum Cæſarem, & M. Aurelii Antonini nomine inſignem, in Imperii conſortium allegit; atque annum *CCXI.* quo idem Severus, qui cum filio imperabat, Eboraci in Britannia mortuus eſt, die IV. Februarii: ideoque non mediocriter hallucinatos, qui cum Hieronymo Mercuriale (cujus paulo poſt, judicium de hoc libro, ad examen revocabimus) Lucium Verum hic accipiendum eſſe ſomniarunt. Verum præſtat ipſum cap. 11. audire loquentem. Aliqui ſingulis diebus incolumitate corporis ducti Theriacam aſſumunt, quemadmodum nos Marcum Antoninum, qui paulo ante Romanum Imperium ſumma integritate adminiſtravit & corporis ſui temperamentum exacta prudentia cognovit, abunde quaſi delicato quodam cibo uſum novimus, τὸν θεῖον, (quæ vox ab interprete perperam omiſſa:) Μάρκον τὸν ἡμεῖς οἴδαμεν ἐνθέσμως ποτὶ βασιλεύσαντα, &c. Ab illo enim auctoritas medicamento amplior crevit, cum ejus efficacia latius inter homines divulgaretur: ſiquidem cum Imperator vitam ſanam traduceret, utilitatis fidem Antidotus majorem obtinebat. Verum Antonini quidem temporibus opus ſolummodo Theriacæ communis fuit ſanitatem Principis intuentibus. His autem IMPERATORIBUS, uſus etiam publicus evaſit. Licet enim omnibus nobis ab ipſis petere, & tradita per manus Antidoto liberaliter curari, &c. Ὅτι δὲ τῶν νῦν μεγίστων αὐτοκρατόρων ἡ χρῆσις εἰς τὸ κοινὸν ἔφθασε. Quo tempore Antipater (de quo conſule ſis, amice Lector, Vitas Sophiſtarum, à Philoſtrato conſcriptas) cui Græcas epiſtolas ſcribere committebant, & ob morum gravitatem, exactamque Rhetoricæ artis peritiam, honoris plurimum deferebant, in renalem morbum incidens, &c. Ipſo quoque ſequentis capitis initio; Talem igitur, inquit, diligentiam circa hæc medicamenta, ſicuti vides, cum NOSTRI IMPERATORES habeant, merito Theriacam quoq; ſumma cura conficiunt, &c. Ex quibus hoc texitur argumentum: Auctor ille Demetrium Archiatrum, & Marcum Antoninum Imperatorem novit, eum ſcilicet (ne ad Pium confugias) qui ſingulis diebus Theriacam aſſumebat; quod unì duntaxat Philoſopho ex libro 1. de Antidotis; convenire, luce meridiana clarius, jam oſtendimus. Ac deinde vixit ſub duobus Imperatoribus, qui Antipatrum Sophiſtam Græcis Au-

guſtalibus Epiſtolis præfecerunt, τὴν τῆς Ἑλληνικῆς ἐπιστολῆς αὐτῶν πρᾶξιν πιστευμένον, & Theriacæ uſum publicum liberalitate ſua, atque in omnes qui egebant, communicatione frequenti induxerunt. Iis autem notis & inſignibus alii deſignari nequeunt Imperatores, præter Severum, ejusque filium Caracallam; quod mihi probandum erat.

XV. Alterum eſt, Galenum non videri libri illius auctorem: ſed alium quendam Medicum, qui ſuperſtes Galeno fuerit, & ſub Imperatoribus Severo & Caracalla Theriacam componere ſolitus ſit in uſum eorum: aut certe ab aliquo nugatore, exercendi ſtyli gratia, ex iis, quæ apud Galenum in libris de Antidotis, legerat; plerisque, etiam ſagacibus viris, fucum factum fuiſſe. Neque enim ignoro Aëtium Amidenum, Paulum Æginetam, & poſt eos, Serapionem, Rhazin, Avicennam, aliosque Arabes, noſtrum quoque, ut mox docebitur, Glycam, hunc librum, tanquam Galeni eſſet, citaviſſe. Quo enim tempore ſcripſiſſet illum Galenus, non video. An in adoleſcentia, aut virili ætate? At cum liber ille in lucem prodiit, imperabant jam Severus & Caracalla, ut demonſtratum eſt, Galeno annum vitæ ad minus ſeptuageſimum agente. An in ſenili ac pæne decrepita ætate? Sed ſtylus juvenem ſapit, & à gravitate Galeni præſertim ſenis, prorſus alienus eſt. Deinde, cui bono ad librum illum ſcribendum appulerit animum Galenus, qui paulo ante, cum Severus imperaret ſolus, aureos illos de Antidotis libros elucubraverat? Ad hæc, qui fieri potuit, ut περιαυτολογῶν, ac natura ſua verboſior, præſertim in devexa ætate, Galenus, cum Marci Antonini meminit, cum Demetrii, cum Severi, de ſe rebusq; ſuis ſermonem nullum intermiſcuerit? Cur de duobus libris περὶ Ἀντιδότων: cur de aliis à ſe ſcriptis opuſculis, tacuit? Cur Præceptorum, quod frequenter faciebat, cur ejusdem ætatis aliorum Medicorum non meminit, laudator temporis acti, ſe puero, viro, ac ſene, ſi quis alius? Poſtremo, cur ſtylus diverſus omnino reperitur ab aliis, eodem ferme tempore conſcriptis libris? cur in eo plurima verba, ab ipſo alias non uſurpata? cur fabuloſa nonnulla inſerta, & νεανικωτέρως ad pompam & eloquentiæ jactationem excogitata? quomodo à Galeno hac ætate, hac experientia, hac eruditione, ex vulgi ſermone relata, quæ de trifolio & helenio leguntur, omnino mendoſa, iisque contraria, quæ alibi ſcripſit? Neque plura de his modo: vocat & enim nos Hieronymus Mercurialis, Forolivienſis, Medicus doctiſſimus, ac ſua tempeſtate clariſſimus: cujus judicium de libro Theria-

ces

ces ad Pisonem, in plerisque Venetis editionibus, saltem in nona Anno MDCXXV. apud Juntas edita, qua usus sum, reperitur fol. 89. quintæ classis, tanquam quoddam adversus aliter sentientes, invictum argumentum. Verum nihil illo imbecillius, nihil à veritate remotius potuit excogitari. Eo enim collineat universa ejus oratio, ut ostendat librum illum à Galeno adhuc juvene, esse conscriptum: ideoque arduum non esse intelligere, cur stylus pæne totus, diversus reperiatur: cum omnes noverint, juvenes plerumque in scribendo ambitiosos, nec ita prudentes esse, ac stylum in dies magis castigari. Nec mirum videri debere, Galenum, natura alioquin loquaciorem, in juventute non eandem scribendi rationem, quam in ætate provectiore, secutum fuisse. Unde vero probas, ô bone, juvenem tum extitisse Galenum? An juvenem vocas, qui Marcum Antoninum Imperatorem noverit, annum *XXXIV.* ætatis aut *XXXIX.* jam supergressus, ac deinde sub Severo ejusque filio Theriacam in usum Imperatorum composuerat? Quæ autem de Archiatro Demetrio in medium adducis, vel sola, causam tuam jugulant. Certum quippe est ex lib. 1. de Antidotis, (ut supra jam observatum) Demetrium obiisse, dum Marcus Antoninus, bello Germanico, circa Istrum occuparetur; nec cap. XII. ullus apex vel minimus apparet, unde elici possit, Demetrium in vivis fuisse, cum liber is scriberetur. En ipsissima verba: Demetrius etiam ætate nostra Medicus, & ipse Medicis præsidens, omnibus in rebus Andromachum secutus, Antidotum componebat, tantum in pondere pastillorum, scillinorum, evariabat, & abillo', & à cæteris: Δημήτριος ὁ καὶ αὐτὸς καθ' ἡμᾶς ἀρχίατρος γινόμενος &c. Quid, amabo, obstat, quo minus hæc æque à Galeno sene atq; à juvene dici potuerint? An ii, qui nobis trigesimum aut quadragesimum annum agentibus convixerunt, ac paulo post defuncti sunt, nostræ ætatis homines dici nequeunt, etiamsi natura duce ac faventibus Superis ad septuagesimum aut octogesimum ætatis annum postea provehamur? sic sane Ducæum, Caussinum, Sirmondum, Petavium, Richelæum, Bignonium, Borbonium, Morinum, aliosque, quos vidimus, audivimus, suspeximus, inter eruditos ætatis nostræ homines numerare solemus. Quod vero subjicis, pro Marco Antonino, quem jam interiisse auctor ille denarrat, legendum esse: Antonium Pium, eundemque etiam Theriaca ob valetudinem: sicuti tiliacis tabulis pectore fasciis alligatis, ad curvitatem retardandam, usum esse; & ob longam atque satis vigentem senectutem (nam *LXXVIII.* annum attigit) Theriacæ magnam auctoritatem

tatem addidiſſe, non tantum pluma levior, conjectura; ſed falſiſſima, ac rationi penitus diſſentanea imaginatio eſt, cujus genuinorum Galeni Operum lectio vel perfunctoria, aditum non patitur.

XVI. Quare ut cætera amputem, auctor ſum Typographis omnibus, qui Galeni opera impoſterum curabunt; ut cenſuram illam ab omni ratione alienam non admittant; ac librum de Theriaca ad Piſonem, ſive ut Arabes inſcribunt, ad Cæſarem; inter ſpuria, Galenoque indigna ingenii monimenta rejiciant. Nec audiendus Charterius, qui in notis conciſis ad Tomum *XIII.* hæc habet: Qui librum hunc perlegerint, iis Auctorem ipſius eſſe Galenum, tum textus ſeries, & doctrinæ ubertas; tum orationis ſtylus fidem faciet. In eo quoque haut dubie fallitur, ubi ait: Illud ad Piſonem opuſculum videri Galeni de Antidotis librum tertium; cum potius libri duntaxat primi, ejusque non integri, compendium aliquod dici debuerit.

XVII. Expungi præterea velim ego verba illa capitis *XIX.* Sectionis ſecundæ Joannis Martini Euſtachii, quibus teſtatur: non tam facile aſſentiri ſe velle Andreæ Mathiolo, viro alioquin doctiſſimo; qui in libro III. ſuorum Commentariorum in Dioſcoridem, capite de Trifolio, una cum Julio Alexandrino; librum de Theriaca ad Piſonem inter ſpurios Galeni libros, reponendum putat: quod & Lib. VI. cap. de Baſiliſco, confirmat. Neque ſane ad hoc dijudicandum, arbitror opus eſſe, ut ad Ariſtophanis, quod dicunt vel Cleanthis lucernam exacte ſingula trutinentur: cum, quæ attulimus, ſententiæ noſtræ fundamenta, vel cuivis mediocriter erudito, pervia ſint ac manifeſta, ut proinde accepta fore arbitrer. Tertium idem Euſtachius argumentum petit ex Alexandri Aphrodiſiei ætate: quod mihi nullius plane roboris videtur, aut momenti. Eſto enim Alexander ille Aphrodiſienſis librum ſuum de Fato, ſcripſerit ad Severum & Caracallam: eosque in Proœmio libri, Maximos Imperatores nuncuparit. Eſto Alexander, Galeni coætanus fuerit: & ille ipſe ſit, quem Alexandrum Damaſcenum is appellat, Libri de Præcognit. ad Epigenem, Cap. V. & quem dicat, diſciplina quidem Platonis eruditum: magis tamen in Ariſtotelis ſententiam propendere. Sit & demum is qui, cum Galenus Adminiſtrationes ſuas Anatomicas adornaret, Athenis Peripateticam doctrinam, etiamnum vivente Antonino Philoſopho, publice docuerit: An inde, amabo, licebit arguere Galenum ſub Severo potius quam ſub Commodo, aut Pertinace, obiiſſe: præſertim cum certum mihi videatur, Alexandrum Aphrodiſienſem Galeno ſuper-

pervixisse, ut qui eum commentariis in librum octavum Topicorum Aristotelis, inter ἐνδόξους memorat cum Platone & Aristotele: ὡρισμένως ἢ ἔνδοξα τὰ τῷ δέ τινι τῶν ἐνδόξων ἐπόμενα οἱ Πλάτωνι, ἢ Ἀριστοτέλει, ἢ Γαληνῷ. Quæ verba cum pluribus aliis, tacito Alexandri Aphrodisiensis nomine, leguntur apud Svidam in Lexico, verbo ἔνδοξα. Nec omittendum arbitror, ejusdem Philosophi Commentarium in librum 1. Elenchorum Sophisticorum Aristotelis, &c. Nec utique superstes erat Galenus, cum Anonymus quidam scriptor adversus Artemonis hæresim, hæc apud Eusebium historiæ Ecclesiasticæ libri V. cap. ultimo, exararet: Εὐκλείδης ὡσαύτως αὐτῶν Φιλοπόνως γεωμετρεῖται. Ἀριστοτέλης ἢ καὶ Θεόφραστος θαυμάζονται. Γαληνὸς δὲ ἴσως ὑπό τινων καὶ προσκυνεῖται. Certe Galenum non negamus Alexandro σύγχρονον fuisse: sed quomodo Eusebius, citato capite, Paulum Samosatenum tradit eadem secum ætate vixisse, καὶ Ἀρτέμωνος αἵρεσιν καθ' ἡμᾶς, ut loquitur, ἀνανεώσασθαι. Sic juniores senioribus coævi solent appellari, licet vel hi illis, vel illi his prius, ad plures discedant.

XVIII. Superant & alia in eodem Eustachio castiganda, quæ Medicarum rerum consultissimis viris relinquo: ut de morte Galeni (cujus tempus nemini hactenus exploratum fuisse arbitror) nonnihil & ipse certo edisseram. In quo profecto non est mihi animus refellere insulsitatem eorum, qui Medicorum isti Coryphæo vitam protrahunt sine ulla valetudine perversa, ad Annum CXL. Ex quo vulgare fortassis adagium obrepsit, ut Galenica sanitas dicatur pro ea, quæ ultra quam solenne est, prospera sit, & inoffensa: Vel eam, qua illum volunt, cum Maria Magdalena sermonem familiariter contulisse. Audi, quæso, Michaëlem Glycam, qui Anno CHRISTI circiter MCL. scribebat annales suos ab Orbe condito ad Annum Christi MCXVIII. Is Parte tertia, pag. 231. Editionis Græco-Latinæ, quæ regiis Typis nuper emersit, sic habet: r) *Fama est apud multos, quod Medicus ille Galenus in Magdalenam inci-*

r) Græca si quis desideret, hæc sunt;

Ὅρα δὲ ἀγαπητὲ μήτε τοῖς ὧδε κἀκεῖσε μυθολογουμένοις καὶ ἡ σὴ διάνοια περιτραπήσεται. Ὅτι μὲν γὰρ φημίζεται παρὰ τοῖς πολλοῖς τῇ Μαγδαληνῇ ἐκείνῃ ἐντυχεῖν τὸν Γαληνὸν ἰατρὸν, καὶ αἰτῆσαι παρ' αὐτῆς ὅτι τυφλὸν ἐκ γενετῆς ὁ Χριστὸς ἰάσατο. Κἀντεῦθεν εἰπεῖν πρὸς αὐτὴν καλῶς ἐκεῖνον εἰδέναι τὰ τῆς γῆς μέταλλα, εἰ μὴ γὰρ ἔτο ἦν, οὐκ ἂν τὸν τυφλὸν ἐκεῖνον ὠμμάτωσε. Ἀλλὰ τὴν τοιαύτην φήμην μετὰ τῶν μύθων ἐταξάμεν. Ἀδύνατον γὰρ τῇ Μαγδαληνῇ ἐντυχόντα Γαληνὸν, ὡς ἐκεῖνοί φασι. Μάρκα μὲν βασιλέως ἐν τοῖς πρὸς Πέρσας μεμνήσθαι, Κομμόδῳ δὲ πάλιν ἐν τῷ περὶ ἠθῶν πρώτῳ βιβλίῳ αὐτῷ. Ἀπὸ γὰρ

Digitized by Google

ciderit, & audiverit ex ea Christum, quendam à nativitate cæcum sanasse; cui Galenus responderit, necesse fuisse, ut Christus terræ metalla bene cognita habuerit, alioquin visum cæco restituere non potuisse. Verum ejusmodi rumorem, fabularum in ordinem referemus. Nam fieri prorsus nequit, ut ipsorum de sententia, Galenus cum Magdalena sit collocutus, qui Marci Imperatoris in eis meminerit, quæ ad Pisonem perscripsit: itemque Commodi mentionem fecerit in primo de Moribus libro. Nam inter ætatem D.N.J.C. & imperium Commodi, propemodum anni CL. intercedunt. Imo & ferme CC. aut etiam plures: si ad Severi, adeoque & Caracallæ, post Patris obitum, Imperium, cum quibusdam revocare volueris. Anonymus author libri de vita & Moribus Philosophorum: An non is fuit Gualtherus Burlæus, Anglus, Joannes Dunsii cum Gvillelmo Ochamo sedulus auditor, deinde impugnator acerrimus; & Nominalis Philosophiæ bonus asslectator: qui prius Oxonii, post Parisiis ad Annum MCCCXXXVII. Theologiæ doctor? ut post Lelandum aliosque; Baleus & Pitseus, opere suo, de illustribus Britannæ majoris Scriptoribus, referunt: Quibus nostra ætate subscripsit Joannes Gerardus Vossius, Libro de Historicis latinis. Is inquam, Author, Opusculo illo laudato, (unde, sed hallucinando, Gvido de Cauliaco, celebrium suorum de Chirurgia Scriptorum statim initio notat, Galenum Anno ætatis LXXX. diem extremum clusisse:) quod plane fine excepto tantum, insignis, si quis unquam fuit, nulliusque pudoris, Plagiarius, Antonius à Sala, Mombellensis Jurisconsultus, Casali in Italia, apud Bernardum Grossum, Impressorem Ducalem, Anno MDCIII. in 4to, ut vocant, tanquam ingenii sui vigiliarumque partum publicavit, dicavitque Vincentio Gverrerio, Montis belli Comiti. Porro, Anonymus seu Burlæus ille, postquam de Secundo Philosopho (in quo desinit plagiarii nostri codex) Apollonio Chalcidense, Basilide Scythopolitano, ac Tauro Berytio egit; Galienum, (sic enim scribit, ex vulgi, ni fallor, quo cum versatus fuerat, Gallorum loquendi consvetudine, quod non Galen, sed Galien pronunciare solet) celebrem toto Orbe Medicum, apud Pergamum Asiæ natum, Hippocratis studiosissimum interpretem, vixisse docet Annos LXXXVII, cum librorum multorum præsertim medicinalium, conscriptioni ille insudasset. Et hic autem Annorum numerus, non quidem ut vult Gvido Cauliacus, octogesimus tantum, præscribitur in codice MS. locupletissimæ

γὰρ τὸ Κυρίε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἕως αὐτῆς τῆς βασιλείας Κομμόδε, ὡσεὶ ἐκατὸν πεντήκοντα ἔτη ἐυρίσκονται. *Cave, dilecte fili, ne forte per ea quæ hinc inde fabulosa spargunter, tua quoque mens pervertatur. Fama enim est apud multos &c.*

mæ Bibliothecæ V. Cl. Alexandri Petavii, Senatoris in Pariſienſi Curia integerrimi, exarato in membranis, Anno CHRISTI MCCCCLII. ut in fine adſcriptũ eſt; ex quo vel ſolo, etiamſi cætera deeſſent plagii indicia, Longobardi Furis impudentia manifeſte revinci poteſt. Eundem quoque numerum LXXXVII. Annorum præfert vetus ejusdem libri editio, in primis fere Typographiæ cunabulis; Lutetiæ, & id in monte D. Hilarii, ad inſigne S. Claudii, in ædibus Radulfi Laliſeau ſuscepta: quam Euſtachio noſtro incognitam; ſed ab Alberto de Eybe, Margaritæ Poëticæ Auctore, ut par eſt credere, lectam, exhibuit mihi ex uberrimo exquiſitorum in quovis litterarum genere librorum penu Bibliothecæ ſuæ Cl. Mentelius. Unde patet Gvidonem non ſomniaſſe quod ſcripſit: & librum de vita & moribus Philoſophorum, eſto plebejus ſit atque vulgaris, ante Euſtachium alicubi apparuiſſe. Mortuus ergo fuerit Galenus, ex hujus Racematoris Philologi ſententia, ſi ſubductas ſupra à nobis de ejus anno natali, rationes amplecti velimus, Anno ſalutis reſtauratæ CCXVII. quo Antoninus Caracalla, Severi Imp. filius ac ſucceſſor, die IV. Idus Aprilis, inter Edeſſam & Charras, à Martiale Centurione interfectus eſt. Quod ſi verum ſit, non aberravit Joannes Tzetzes, * qui in Chiliadibus ſuis prodidit, Galenum adhuc ſub Caracalla vixiſſe.

Verum mihi longe probabilius apparuit ſemper, quod Anonymus alter, à Svida in dictionarium ſuum relatus, affirmat, (& hic quoque caſtigandus Euſtachius, qui cum in ſuo Svida, ſeu potius in Excerptis quibusdam Hiſtoricis, à Wolphio latine redditis, hæc verba non legerit: Quæ tamen reperies in editionibus Græcis, Mediolanenſi videlicet, Anni MC CCCXCVIII. Aldina, MDXIV. Baſileenſi MDXLIV. denique & Græco-Latina Genevenſi, MDCXIX. quas omnes collegii noſtri Claromontani Biblotheca aſſervat, in dubium revocare ait: & tanquam appoſititia, atque ab aliquo, veri imaginem & ſimilitudinem ſequente adjecta) Galenum annis demum LXX. vixiſſe, ἐβίω ἔτη ο'. proindeque poſt tot tamque inſignes ubique fere gentium reportatas de morte victorias, ejus imperio, ac legibus tandem ſuccubuiſſe, poſtremo hujusce, quod modo percurrimus, Sæculi anno, Chriſtianæ æræ ducenteſimo, à morte Lucii Veri, uno ſupra triceſimum. Parcior enim foret, multoque, quam par ſit, adſtrictior, quisquis breviorem in gyrum Galeni annos revocare vellet, eumq; anno exeunte CHRISTI CXCIII. quo Pertinax occiſus eſt, ætatis ſuæ LXIII. obiiſſe contenderet: aut forte ali-

* Tzetzes Chiliad. XII. hiſt. 397.

quo ex proxime sequentibus : Fatendum enim est, eum per sex aut septem Annos, sub Severo, à quo in Aulam revocatus dicitur, floruisse.

XIX. Cæterum, mihi hic temperare non possum, quin acerbius invehar in Joannem Neandrum Bremensis διδασκαλίαν Medicum, qui aliorum fere semper scripta, nullo judicio, nullaque ratione habita temporum, expilans, absurdaque sæpissime, atque sibi ex adverso pugnantia, in medium adducens atque pronuncians; Lucii Veri Imp. obitum, & M. Aurelii Antonini solius dominantis Principatum, Anno CLXXXI. imperitissime affigit : cum tamen eruditis compertum sit, media hyeme inter annos CLXIX. & CLXX. ex apoplexia, inter Concordiam & Altinum, cum scilicet Aquileja Romam properaret, inopinato casu periisse Verum: Commodi autem initia Anno CXCIV. biennio vero postquam necatus est; ac Severi primordia non minori rerum chronologicarum inscitia collocat ad annum CCXII. cum tamen Imperator ille IV. Nonas Februarii Anni præcedentis, in Britannia Eboraci obiisset. Quid quod & Galenum nostrum egregius ille temporum ratiocinator & arbiter, sub Imperatore illo Severo in Aulam reversum tradat, cum & ipse paulo ante, ex J. M. Eustachii conjectura, Anno duntaxat CHRISTI CXXXVI. natum, professus sit, ac vitæ illius annos tantum LXX. ex Svidæ Lexico, concedat: quæ sunt ut palam est, ἀσυγκλωστότατα;

Titubantia, atque à vero aberrantia illa Neandri vestigia, tantum abest ut in ordinem cogat Joannes Andreas Quenstadius, quin magis cespitat, cum in libro de Patriis Illustrium doctrina Virorum, (quem s) ex vilibus plerumque Recentiorum pannis consarcinavit, creberrimisque parachronismis & hallucinationibus infecit) de Galeno nostro loquens, in tria, quatuorve peccavit, obiter etiam à nobis, ne imperitis noceant castiganda. 1. Trajani ævo floruisse asserit; *XV.* scilicet annis, antequam Hadriani *XIV.* aut *XV.* Anno exeunte, ut docuimus, nasceretur Galenus. 2. Sub Antonino Pio extremam ejus ætatem collocat, circa annum à CHRISTO *CXL.* cum vix decimum vitæ annū egress⁹, sub Patre

s) Asperior hæc Labbei de libro D. Quenstadii ψευκαιρίτα, quem juvenis composuit, censura, non magis detrahere potest præclaris hujus in Ecclesiam meritis, quam aliæ vel Labbei vel aliorum illius societatis virorum invectivæ & criminationes in B. Gerhardum & alios doctores nostros effusæ.

Patre Grammatices ac Mathematum prima rudimenta forte addiſceret. 3. Athenis eum vixiſſe contendit, (quod nullibi Galenus meminit) & Smyrnam, Corinthum, Alexandriam, aliasque Urbes omittit, quas ſe perluſtraſſe teſtatur noſter, ut Pelopem, Numeſianum, & Heraclianum, cæterosque inſignes per ea tempora Medicos audiret. 4. Μακροβιον appellat, ſcribens eum Annos CXL. vixiſſe. Quod ſi contigiſſet, ipſo ferme, quo CHRISTUS natus eſt, tempore, Galenum in dias luminis auras iviſſe fatendum eſſet.

XX. Hæc ſufficerent ad profligandos errores de Vita & Morte Galeni, quos chartis illevere paulo ſuperiorum temporum ſcriptores hic à nobis citati, niſi ego videre viderer nonnullos conquerentes, me obliviſci eorum, quos habet V. Cl. *Renatus Charterius*, vir alias perdoctus, & de poſteritate bene meritus, in ſuo* de Galeni Vita, ſatis amplo Tractatu. Ac primo cum ſcribit Cap. XLII. ubi de Galeni ſeculo, ævoque: Eum natum eſſe Anno Imperii Hadriani Cæſaris XV. Quod felicitate majori, quam ratione: imo fœdiſſima cum hallucinatione, protulit: ut pote cum Hadrianum (qui Selinunte in Cilicia, Trajano Imperatori mortuo, die *X.* Auguſti, Anni *CXVII.* ſucceſſit) Imperium cepiſſe tradat, Anno Domini *CXX.* triennio ſerius quam oporteat. 2.) Antoninum Pium, Patrem populi, *XXII.* annos, menſes *VII.* ac dies *XXVI.* Imperium habuiſſe ſcribit, cui Anno *CXX.* ſucceſſerat. Quæ ſunt abſurdiſſima & falſiſſima, cum certum ſit, Hadriano, Anno CHRISTI *CXXXVIII.* apud Bajas, die *X.* aut *XII.* Julii, defuncto; Imperatorem factum fuiſſe Antoninum, 3.) Quis iſta extricet? Deceſſerat, inquit Galenus libro de Typis, paulo ante de Vita Antoninus, qui Hadriano in Imperium ſucceſſerat. Quidam objicient Galenum, non de Antonino Pio, ſed de Aurelio Antonino, locutum fuiſſe: quod reliqua Galeni ſeries teſtari videtur, quæ ſic ſe habet: Regnabat autem Severus, qui ſeipſum, nomine mutato, Antoninum apellavit; Lucium vero quem Imperii fecerat participem, Severum nominavit. 4.) Quid mendoſius iſtis? Poſt Antonini Pii obitum, inquit Charterius, annis *XIX.* & undecim diebus, Marcus Aurelius Antoninus Philoſophus, Reipublicæ gubernaculum tenuit, CollegamqueLucium Aurelium, ſibi adjunxit. Hæc ille. At utrique innotuit Galenus, Severi nondum Imp. commendatione probatus. Severus, inquit Galenus, mentionem de me facere ſolebat apud Imperatorem Marcum Aurelium Antoninum, qui Romæ tum degebat: Nam Lucius jam ad Parthicum bellum à Vologeſo illatum, ab urbe deceſſerat. Si librum

* Præmittitur tomo primo Operum Galeni edit. Pariſ.

de præcognitione ad Epigenem aliosque Galeni libros, attentius legisset vir eruditus; Severum, Consularem Virum, cum Lucio Vero non confudisset: cujus jam cum Marco fratre, imperantis Anno *IV.* CHRISTI vero *CLXIV.* Romam primum venit Galenus, annum agens *XXXIV.* ut supra ostendimus. 5.) Ut minutiora, quæ habet ibidem de Commodo ac Pertinace, taceam: L. Septimium Severum imperasse annos tantum *XII.* menses *VIII.* ac dies *XV.* notat; cum à Kalendis Junii Anni *CXCIII.* imperarit usque ad diem quartum Februarii Anni *CCXI.* 6.) Galenum obiisse affirmat, imperante Antonino Bassiano Caracalla. Sed quo amabo, fulcitur idoneo scriptore? Nec Eusebius, nec Svidas, nec cæteri præstantissimi viri, qui Galeni meminerunt, eum ad Caracallæ Imperium usque vitam produxisse asserunt. Nec ullatenus, quid de Galeni ævo protulit Symphorianus Camperius ex laudato, ut videtur, Auctore Operis de Vita & Moribus Philosophorum, (quod tam imprudenter quam falso, tribuit Diogeni Laërtio) curamus. Hisce, quamvis præ se veri speciem nullo modo ferentibus, adhuc absurdiora subjecit Charterius, Cap. III. sui ejusdem Tractatus. Ex Imperatoribus, inquit, enumeratis, ab Hadriano ad Caracallam, XCVIII. Annis, cum sex mensibus, & diebus viginti quatuor: Aut ad summum, annis CV. Atqui ab Anno CHRISTI CXXXI. Hadriani Imp. XIV. aut XV. ad Annum CCXVII. quo Antoninus Caracalla necatus est, Anni duntaxat numerantur *LXXXVII.* Quis ergo tam stolidus aut mucosis naribus, qui tot tamque frequentes parachronismos, ἕλκη ἀνίατα καὶ ὄντως χειρώνεια, impune sinat abire? Quod addit de Cœlio Rhodigino: Galenum scilicet *CXL.* annos vixisse; id quoq; abludit à vero: Neque enim ex propria, sed ex aliorum mente loquitur Cœlius, lib. *XXX.* lect. Antiquar. Cap. *XII.* cum ait: Hunc nonnulli perhibent *CXL.* annos vixisse, &c. Sed sunt plurima, quæ adversus ista proferri possunt.

Fabulas deniq; illas * de Galeni in Judæã profectione, ut CHRISTI miracula prospiceret: & ejus ipsius ibidem morte, quas narrat Cap. 44. valere jubemus suis cum inventoribus Mundino Bononiensi, Hermanno Schedelio Nuremburgensi, & aliis farinæ similis Fabulonibus.

Ex quibus colligere licet, quanti esse debeat ad percipiendam historiæ veritatem, exacta Doctrinæ Temporum ratio, cum judicii dexteritate ac solertia (ὁρμὴν κρίσεως Græci vocant) amico fœdere copulata.

Sed

* Ejusdem fidei sunt quæ de patria Galeni Hispania & nomine Sereni in Galenum mutato nonnulli tradidere, de quibus Nic. Antonius Bibl. Veteris Hispanæ lib. I. c. 10. plu & de Claudio Galeni prænomine.

Sed sentio me sensim sine sensu in immensum pelagus abripi, dum ῥαψῳδὸς illos, qui non suo, sed alieno jecore vel sapiunt, vel desipiunt, persequor.

Quare ut vela tandem contraham, eam opinor, ex omnibus de Obitu Galeni probabiliorem videri, sententiam; quæ illum addicit Anno Imperii Severi VII. CHRISTI CC. vitæ illius LXX. Quibus omnibus breviter in medium adductis jam juvat Dissertationi huicce finem imponere, atq; concludere cum Anonymo illo apud Svidam: πολλὰ συνετάξατο ἰατρικά τε καὶ Φιλόσοφα, ἔτι δὲ γραμματικὰ καὶ ῥητορικά, ἅπινα διὰ τὸ πᾶσιν ἐναργῆ εἶναι παραλεῖψαι ἀκαιρον ἡγησάμην ἐν τῷ παρόντι. Multa composuit, Medica, Philosophica, Grammatica & Rhetorica: quæ, quia omnibus nota sunt, nunc recensere intempestivum esse duxi.

Et hæc habui, VIR CLARISSIME, quæ de Galeni θνητοῦ καὶ πολυμαθεστάτου, ut vocat Simplicius 4. Physic: Vita & Morte non satis hactenus accurate perpensis, ex Parte altera Bibliothecæ nostræ Universalis excerperem, Tibique cum felicibus renascentis Anni auspiciis ea lege offerrem, ut si pro ea, qua polles, eruditione, breve hoc Elogium, Chronologicum approbes, candidum; sin contra, improbes; atrum calculum adjicias, & veriora, me per quam lubente, expromas. Vale; & me, quod facis, amare perge.

XXI. *Hactenus Labbeus:* cui Catalogum scriptorum Galeni quæ exstant, subjicere instituo ordine litterarum, ita quidem ut de suppositiis lectorem moneam, tum singulis sive genuinis sive spuriis adscripserim nomina interpretum, & paginas ac volumina triplicis editionis, Græcæ Basileensis, latinæ Venetæ præstantissimæ Anno 1625. & Græcolatinæ Parisiensis, cujus postremæ utriusque ordinem Voluminum si quis illis editionibus destitutus videre desiderat, Clariss. Merklini Lindenium renovatum consulet. Observandum tamen est Merklinum non volumina ipsa singula editionis Parisiensis consuluisse, sed tantum seriem qualis à Charterio in limine tomi primi exhibetur recudendam dedisse, quæ in Voluminibus ipsis quandoque alia est, ita ut nonnulla etiam incassum ibi sis quæsiturus v. g. in tomo septimo fragmentum περὶ διψης, & scriptum περὶ ἡμιτριταίου. Sed jam indicem scriptorum Galeni quæ ad nos pervenerunt videamus. Asteriscus (* c. 12. &c.) notat mentionem illius scripti fieri à Galeno in capite 1. 2. 3. &c. libri de libris propriis.

1. Περὶ

1. Περὶ αἱρέσεων, τοῖς t) εἰσαγομένοις *de sectis* ad tirones sive eos qui arte Medica initiantur. Basil. T. 1. p. 10. & cum versione *Jo. Gvinterii Andernaci* à *Pratello* & *Charterio* recognita T. 2. Paris. p. 286. Verterunt etiam *Nicolaus Rheginus*, commentarios addente *Joanne Alexandrino*: tum *Georgius Valla* Placentinus, *Horatius Limanus* cujus versio exstat Classe Isagog. Junt. p. 15. G. & *Augustinus Riccius*. Meminit Galenus * c. 1. & de ordine libror. &c.

Περὶ ἀρίστης αἱρέσεως. Vide infra ἀρίστης.

Περὶ τῶν ἐν τοῖς νοσήμασιν αἰτίων. *de caussis morborum.* Vide νοσήμ.

De causis procatarcticis. Vide *procatarct.*

Περὶ αἰτίων σφυγμῶν. Vide σφυγμῶν.

2. Περὶ αἰτίων συμπτωμάτων. *De Symptomatum caussis* Libri III. T. 3. Basil. p. 218. T. 7. Paris. p. 43. cum versione Charterii, cui Nic. de Rhegio Calaber, Gvil. Copus & Tho. Linacer interpretatione sua præiverunt. Linacri versio exstat classe 3. Junt. p. 14. Meminit Galenus T. 3. Basil. p. 358. &c.

Περὶ τῶν ἁμαρτημάτων τῆς ψυχῆς. Vide infra, διάγνωσις.

3. Περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς αἰτίων *de caussis respirationis* T. 1. Basil. pag. 165. T. 5. Paris. pag. 427. Anonymi versio classe 1. Junt. p. 226. E. Meminit Galenus * c. 1. & de ordine libror. & T. 1. Basil. p. 328. &c.

Περὶ χρείας ἀναπνοῆς. Vide infra, χρείας.

4. *An omnes partes animalis quod procreatur fiant simul.* Libellus sive fragmentum Galeni quo illud negat latine legitur T. 5 Paris. pag. 326. Vertit Nicolaus de Rhegio Calaber. Classe 1. Junt. p. 326.

5. *De anatomia vivorum* Galeno adscriptus liber latine tantum exstat, incerto interprete. T. 4. Paris. p. 194. & classe spuria Junt. p. 44. E.

6. *De anatomia parva* sive anatomia porci, homini quoad interiores corporis partes simillimi libellus sive fragmentum quod latine tantum exstat, nec Galenum, qui sub initium allegatur, sed Arabem quendam auctorem habet. Classe spur. Junt. p. 44. & T. 4. Paris. pag. 218.

7. τῶν φωνητῶν ὀργάνων ἀνατομή. *Anatomia Vocalium instrumentorum* sive membrorum quibus vox editur. Latine tantum exstat è versione Augustini Gadaldini Mutinensis T. 4. Paris. p. 219. & in classe framentor. p. 28. Junt.

8. περὶ

t) De hac inscriptione vide Galenum T. 1. edit. Paris. p. 36.

Digitized by Google

8. Περὶ ἀνατομικῶν ἐγχειρήσεων, *de anatomicis administrationibus* libri IX. priores è quindecim quos Galenus ſcripſerat Baſil. T. 1. pag. 119. Vertit *Jo. Gvinterius Andernacus.* claſſe 1. Junt. pag. 63. recenſuit poſt *Andream Veſalium* aliosque *Charterius* T. 4. Pariſ. pag. 25. Græca emendatiora reddidit pridem Cajus Britannicus. Meminit hujus operis ſui Galenus * c. 2. & T. 1. Baſil. pag. 55. 312. 381. 384. 390. 401. 534. T. 5. p. 55. &c. Libros XI-XV. ex Arabico Golii codice editurum ſe promiſerat Bartholinus diſſ. 3. de legendis libr. p. 75.

9. Περὶ αἰτημβαλλομένων *de Medicinis ſuccedaneis* ad Diogenianum, litterarum ordine. T. 13. Pariſ. pag. 965. cum nova Charterii verſione concinnata poſt veteres Julii Martiani Rotæ, Joach. Camerarii & Andernaci. Editiones duæ eximiæ ſunt Morelli & Caji Britannici: Nam in Baſil. T. 4. p. 472, exordium deſideratur. Rotæ verſio exſtat claſſe 5. Junt. pag. 84. Idem argumentum ante Galenum tractaverant Dioſcorides, Philiſtio & Euryphon.

10. Περὶ ἀντιδότων *de antidotis* libri II. T. 2. Baſil. p. 423. T. 13. Pariſ. pag. 865. cum verſione Charterii, qui poſt Andernacum & Rotam transtulit. Rotæ verſio exſtat claſſe 5. Junt. p. 99. E.

11. Περὶ τῆς ἀνωμαλίας δυσκρασίας *de intemperie.* T. 7. Pariſ. p. 170. Baſil. T. 1. pag. 249. Latine vertit Charterius poſt Georgium Vallam & Tho. Linacrum. Meminit Galenus T. 2. Baſil. p. 57. T. 4. p. 36. Linacri verſio exſtat Claſſe 3. Junt. p. 43.

Σύνοψις τῶν ἁπλῶν Φαρμάκων quæ ſub Galeni nomine in Codd. MSS. exſtat, legitur in Paulo Ægineta.

Libri XI. περὶ ἁπλῶν Φαρμάκων. Vide infra, κεφάτων.

12. Liber *de Simplicibus medicamentis* ad Paternianum, Galeno adſcriptus latine tantum exſtat T. 13. Pariſ. p. 984. & claſſe ſpuria Junt. p. 84.

13. Περὶ ἀρίστης αἱρέσεως *de optima ſecta* ad Thraſybulum. Baſil. T. 1. p. 16. cum verſione *Andernaci* à *Charterio* emendata T. 2. Pariſ. pag. 299. Verterunt etiam *Nic. Rheginus* Calaber, & *Junius Paulus Craſſus*, cujus interpretationem *Riccus* recognovit. Craſſi verſio exſtat claſſe Iſagog. Junt. p. 20. E. Meminit Galenus * c. 12. & de ordine libr.

14. Περὶ ἀρίστης διδασκαλίας. *de optima doctrina* contra Favorinum & alios qui κρείττονον veritatis tollebant. Baſil. T. 1. p. 6. & cum verſione *Prateoli* Medici Pariſienſis T. 2. Pariſ. pag. 16. Vertit etiam *Nic. Rheginus* Calaber, & *Eraſmus*, cujus verſio in claſſe Iſagog. Junt. pag. 30. Meminit Galenus * cap. 12.

Digitized by Google

15. Ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος. (*c. 6.) *Quod optimus Medicus ſit quoque Philoſophus.* Baſil. T. 1. p. 8. latine vertit *Ludovicus Belliſarius* Medicus Mutinenſis. Edit. Junt. claſſe Iſagogica pag. 6. Vertit etiam *Eraſmus*, recognovit *Riccus* & *Charterius* T. 2. Pariſ. p. 356.

16. περὶ ἀρίστης κατασκευῆς τοῦ σώματος ἡμῶν. *De optima corporis noſtri conſtitutione* Baſil. T. 1. pag. 247. & T. 6. Pariſ. pag. 1. Vertit *Charterius* præeuntibus *Ferdinando Balamio* Siculo & *Jo. Gvinterio Andernaco.* Balamii interpretatio exſtat claſſe 1. Junt. p. 37. G. Meminit Galenus de ordine libror. ſuor. & T. 4. Baſil. p. 36. 222. &c.

17. περὶ ἄρτου *de pane* fragmentum Galeni ex Athenæo, T. 6. Pariſ. pag 498.

18. περὶ ἀφροδισίων *de Veneris uſu* fragmentum. T. 6. Pariſ. p. 509. à Charterio è MS. editum, addita verſione. Confer quæ ibid. p. 170.

19. περὶ βδελλῶν, αἱπαπάσεως, σικύας καὶ ἐγχαράξεως ἢ καταξασμοῦ. De hirudinibus, revulſione, cucurbitula & conciſione cutis ſive ſcarificatione. T. 10. Pariſ. p. 453. & T. 4. Baſil. pag. 27. Vertit *Ferdinandus Balamius* Siculus. Claſſ. VI. Junt. p. 2. ubi Oribaſii de eodem argumento liber latine ſubjicitur, obvius etiam T. 10. Pariſ. pag. 456. περὶ βρέφων ἐπαμήνων. Infra num. 42.

20. Τὰ πρὸς Γλαύκωνα θεραπευτικά, (*c. 4.) *De Curatione* libri duo ad Philoſophum Platonicũ Glauconem. T. 4. Baſil. p 297. Vertit Nic. Leonicenus, recognovit Auguſtinus Gadaldinus. Claſſ. VII. Junt. p. 94. T. 10. Pariſ. p. 344. Mentio hujus operis in eodem Tomo p. 599.

21. περὶ γυναικείων παθῶν *de morbis mulierum* fragmentum T. 1. Pariſ. pag. 873. latine tantum exſtat ex verſione Nic. Rhegii Calabri.

22. περὶ διαγνώσεώς τε καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἁμαρτημάτων (*c. 13.) *de dignotione atque medela peccatorum ſive errorum in cujuſque animo.* T. 1. Baſil. p. 360. & T. 6. Pariſ. p. 537. cum verſione Charterii cui prævivere Junius Paullus Craſſus & Jo. Guinterius Andernacus. Craſſi verſio legitur claſſe 2. Junt. p. 56.

23. περὶ διαγνώσεώς τε καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν (*c. 13.) *de dignotione & medela affectuũ* & T. 1. Baſil. p. 352. T 6. Pariſ. p. 519. cum verſione Charterii, cui Bernardus Donatus & Andernacus præiverunt. Donati interpretatio exſtat claſſe 2. Junt. p. 50. Separatim hunc eximium librum Græce edidit & aliquot locis emendavit Jo. Caſelius Helmſt. 1592. 4.

Διάγνωσις ἐξ ἐνυπνίων. num. 39.

24.

Digitized by Google

24. Διάγνωσις τῶν ἐν νεφροῖς παθῶν καὶ θεραπεία. liber Galeno adscriptus. *Dignotio morborum in renibus, eorumque curatio* T. 4. Basil. p. 415. Vertit Christophorus Heyl, Wisbadensis. Class. VII. Junt. pag. 195. G. & T. 10. Paris. p. 526. Christiani Scriptoris est, forte *Demetrii Pepagomeni* ad Imperatorem cujus Archiatrum σωδοῦλον suum vocat, ipsum vero principem ita alloquitur p. 421. edit. Basil. ἥλιε τῆς ἐμῆς ψυχῆς. Ibid. Δεῖ καὶ ἡμᾶς τὰς χρισταυὰς &c.

περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν. Vide infra σφυγμῶν.

25. Διαθήκη περὶ τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σώματος κατασκευῆς περὶ τῶν ποτάρων τῶν ὡρῶν τε καὶ ἰβ μηνῶν διαίτης. *Præceptum de humani corporis constitutione, de dieta quatuor anni tempestatum & duodecim mensium.* T. 6. Paris. p. 440-442. à Charterio primum editum è MSS. Regis Christianissimi, cum latina versione.

26. *De attenuante dieta* περὶ λεπτυνούσης διαίτης liber latine tantum exstat T. 6. Paris. p. 411. Latine vertit *Martinus Gregorius*. Classe 2. Junt. p. 43. E. Meminit Galenus * c. 4. & sæpius ut T. 4. p. 25. 271. 309. 353. 358. &c.

περὶ διαλύσεως συνεχοῦς. Vide infra *de dissolutione continua*.

27. περὶ διαφορᾶς νοσημάτων *de morborum differentiis* T. 3. Basil. pag. 199. T. 7. Paris. p. 1. cum versione *Charterii* qui aliis duabus versionibus *Gvil. Copi* & *Nicolai Leoniceni* adjutum se fatetur. Mirum est quod Jo. Dureto in mentem venit hunc librum Aristoteli tribuere. Meminit Galenus ipse T. 6. Paris. pag. 282. T. 4. Basil. pag. 36. &c. Versio Leoniceni à *Gadaldino* recognita occurrit Classe 3. Junt. p. 2.

28. περὶ διαφορᾶς πυρετῶν *de differentiis febrium*. libri II. T. 3. Basil. p. 320. T. 7. Paris. p. 106. cum versione *Laurentii Laurentiani* Florentini à *Charterio* emendata. *Nic. Leoniceni* Vicentini interpretatio exstat Classe 3. Junt. p. 30. E.

29. περὶ διαφορᾶς σφυγμῶν (* c. 5.) *de pulsuum differentiis*. Libri IV. T. 3. Basil. p. 7. T. 8 Paris. p. 14. Vertit *Herm. Cruserius* Campensis. classe 4. Junt. pag. 46. E. Charterius contulit cum duobus MSS. Regiis.

30. περὶ διαφορᾶς τῶν συμπτωμάτων, *de accidentium sive symptomatum differentiis* T. 3. Basil. p. 212. T. 7. Paris. p. 29. cum versione Charterii qui interpretationibus Gvil. Copi & Tho. Linacri usus tertiam concinnavit. Linacri versio exstat Classe 3. Junt. p. 10. Meminit Galenus T. 3. Basil. p. 358. T. 4. p. 36. &c.

περὶ διδασκαλίας αἱρέσης. Vide supra, αἱρέσης.

Digitized by Google

31. *De dissolutione continua* sive de alimentorum facultatibus liber Galeno adscriptus, latine tantum prodiit T. 6. Paris. p. 403. & classe spuria Junt. p. 72.

32. *περὶ δυνάμεως τῶν τὸ ἡμῶν σῶμα διοικούσῶν, de facultatibus corpus nostrum versantibus.* Classe spuria Junt. p. 61. & T. 5. Paris. p. 7. latine tantum exstat incerto interprete.

33. *De Dynamidiis* sive propriis remediorum facultatibus libri duo ex Aëtio magnam partem desumti: incerto interprete. Junt. classe Spur. p. 18. F. & T. 10. Paris. p. 669, ubi Charterius p. 703. librum Demetrii Pepagomeni de Podagra & p. 719-723. Hippocratis & Οσάντως περὶ ἵππων ἰατρικῆς librum Græce & latine subjunxit.

περὶ δυνάμεων Φυσικῶν libri III. Vide Φυσικῶν.

περὶ ἀνωμάλου δυσκρασίας. Supra num. 11.

34. περὶ δυσπνοίας (* c. 5. & 6.) *de respirandi facultate* libri III. T. 3. Basil. p. 166. & T. 7. Paris. p. 219. cum versione *Jani Cornarii* per *Charterium* emendata. Vertit etiam *Joannes Vassaus*, & Cornarii versionem emendavit *Gadaldinus* classe 3. Junt. p. 56. E.

35. περὶ τῶν ἐθῶν *De consuetudinibus* latine tantum exstat è versione *Augustini Gadaldini*. classe 2. Junt. p. 59. G. & T. 6. Paris. p. 553. Interpretatieriam sunt *Nic. Rhegius* Calaber, & *Jo. Baptista Rasarius*.

36. Εἰσαγωγὴ ἰατρός. *Introductio*, sive *Medicus* T. 4. Basil. p. 371. & cum versione *Jo. Andernaci* à *Barthol. Sylvano* & *Charterio* emendata. T. 2. Paris. p. 360. Eadem versio qualis ante Charterii recognitionem fuit, classe Isagog. Junt. p. 10. E. Herodotus quoque Medicus scripserat ἰατρὸν laudatum Galeno II. 42. in VI. Epidem.

37. Fragmentum sive sermo *adversus Empiricos*, latine tantum exstat in classe Isagog. Junt. p. 35. & classe fragmentor. p. 31. E. T. 2. Paris. p. 339. ex versione *Augustini Gadaldini*. Varia Galeni scripta deperdita adversus Empiricos vide infra in catalogo librorum Galeni qui interciderunt.

38. *De subfiguratione Empirica*, ἐμπειρικῆς ἀγωγῆς ὑποτύπωσις (* c. 1.) sive ὑποτυπώσεις ἐμπειρικαὶ (id. c. 9.) latine tantum, incerto interprete, classe Isagog. Junt. p. 31. & T. 2. Paris. p. 340. Vertit etiam Dominicus Castellus & Nic. Rheginus Calaber.

39. Πῶς δεῖ ἐξελέγχειν τὰς προσποιουμένους νοσεῖν. *Quomodo coarguendi sint qui se fingunt aegrotare.* T. 3 Basil. p. 388. Vertit *Jo. Fichardus* Francofordianus. Classe Isagog. Junt. p. 61. & T. 8. Paris. p. 916.

40. περὶ ἐνυπνίων *de insomniis* fragmentum ex Mich. Ephesio T. 5. Paris. pag. 406.

41.

Digitized by Google

41. περὶ τῆς ἐξ ὑπνίων διαγνώσεως *de dignotione ex insomniis* T. 6. Paris. pag 517. & T. 3. Basil. p. 463. vertit *Augustinus Gadaldinus*, classe 4. Junt. pag. 213.

42. περὶ ἁπλόων. *de fasciis* liber, T. 12. Paris. pag. 469. vertit *Vidus Fidius* Florentinus, classe VII. Junt. p. 293. & alius p. 500. edit. Paris. ἐκ τῶν Γαλήνου ὑπομνημάτων περὶ ἁπλόων βιβλίον una cum Sorani p. 505. & Heliodori p. 518. libris ejusdem argumenti Græce & lat. & Oribasii de fasciis & laqueis περὶ βρόχων ex Heraclea sive Heraclide pag. 553. & de machinamentis ex Heliodoro p. 557.

43. Τῷ ἐπιλήπτῳ παιδὶ ὑποθήκη. (* c. 4.) *Consilium puero qui morbo comitiali laborabat*, scriptum ad Cæcilianum. T. 4. Basil. pag. 28. Vertit *Nic. Leonicenus Thomæus* Patavinus. Class. VII. Junt. pag. 179. G. & T. 10. Paris. p. 487.

44. περὶ ἑπταμήνων βρέφων. *De septimestri partu.* In Ald. & Basil. omissus, exstat ex Ricci editione sed à Charterio ad MSS. Regios castigata T. 5. Paris. pag. 347. Vertit *Jo. Bernardus Felicianus* classe 1. Junt. pag. 340. H.

45. περὶ εὐεξίας *de bono habitu* T. 6. Paris. p. 6. & Basil. T. 1. p. 248. Verterunt *Ferdinandus Balamius* Siculus & *Jo. Guinterius Andernacus* cujus interpretationem secutus maxime *Charterius* est. Balamii exstat classe 1. Junt. p. 39. Meminit Galenus de ordine libror. & T. 4. Basil. pag. 222.

46. περὶ εὐπορίστων *de paratu facilibus medicamentis* liber ad Glauconem T. 2. Basil p. 472. initio mutilus: sed integer exstat T. 10 Paris. p. 574. Vertit *Hubertus Barlandus* Class. VII. pag. 153. Clauditur his verbis p. 601. edit. Paris. ὁ μὲν δὴ τέτρητός μοι λόγος ὦ Γλαύκων, ἐνθάδε πέρας ἐχέτω. εἰ δέ σοι χρεία γένηται, καὶ δι' ὀλίγων Σαλομῶνα (lege Σόλωνα) τὸν ἀρχίατρον μεταμεμένος ἡμῖν συντάγματος δηλώσεις ἑτοίμως λήψῃ, θαυμάσῃς δ' οὐ πάνυ διξάμενος.

47. Alii duo libelli περὶ εὐπορίστων sub nomine Galeni exstant, unus ad Claudianum Solonem Archiatrum T. 4. Basil. pag. 438. Vertit *Junius Paulus Crassus* Patavinus Class. VII. Junt. pag. 161. & T. 10. Paris. pag. 602.

48. Alter, qui incipit περὶ κεφαλῆς T. 4. Basil. p. 448. Vertit idem Crassus Class. VII. Junt. p. 169. H. T. 10. Paris. p. 638. Galenus allegatur pag. 459. edit. Basil. & p. 463. affertur Barlaami Monachi remedium contra κεφαλαλγίαν.

49. περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας τροφῶν, *de probis pravisque alimentorum succis* T.4.Basil.p.351. T.6.Paris. p.417. cum versione *Julii Alexandrini* Tridentini à *Charterio* emendata. Transtulerunt etiam *Balamius* Siculus, *Riccus* & *Sebastianus Sirop.* Julii Alexandrini versio exstat etiam classe 2.Junt. p.33.E.

50. Εἰ ζῶον τὸ ἐν γαστρός, *num animal sit quod in utero est?* T.4. Basil. p.406. Vertit *Horatius Limanus* Classe 1. Junt.p.326. G.& T.5.Paris.p.334. cum emendata à Charterio ejusdem Limani versione.

περὶ τῆς τῶν ζώντων ἀνατομῆς, *de dissectione vivorum.* vide supra, ἀνατομῆς.

Τὰ πρὸς γλαύκωνα θεραπευτικά. Vide γλαύκωνα.

51. Θεραπευτικὴ Μέθοδος Methodus medendi, ad Hieronem libris XIV. (*c.4. &6.) T.4.Basil. pag. 34. Vertit *Tho. Linacer,* recognovit Augustinus Gadaldinus. Class.VII.Junt. p.2. & T.10.Paris.p.1. Allegatur hoc opus T.2.Basil.p.152.169.T.3.p.271.T. 4.p.17.19.28. 350.357.T.5.pag.2.50.63.92.&c. promittitur T.2. p 5.33.69.103. 133.&c.

52. *De cura lapidis* liber latine exstat versus ex Arabico Algvaziri &c. classe spuria Junt.p.117. & T.10. Paris. p.546.

53. περὶ Θηριακῆς *de Theriaca* ad Pamphilianum T.2.Basil.p.469.T.13. Paris.p.961. cum versione nova Charterii quam post veteres *Joach. Camerarii* & quæ classe 5. Junt. pag. 98. exstat, *Jul. Martiani Rotæ* condidit.

54. περὶ Θηριακῆς. *De Theriaca* ad Pisonem velut tertius de antidotis liber T.2.Basil.p.456.T.13. Paris.p.930. cum versione Jo. Gvinterii Andernaci. Exstat & classe 5.Junt.p.89.altera Julii Martiani Rotæ.Galeni esse negat Labbeus,auctoris tamen æqualis esse non diffitetur. H. Mercurialis putat scriptum à Galeno adhuc juvene. Sane Galeni esse non dubitarunt Paulus Ægineta, Aëtius,& Arabum Medicorum turba. Sed à juvene Galeno scriptum non esse certissimum est.

55. πότερον ἰατρικῆς ἢ γυμναστικῆς δέει τὸ ὑγιεινόν, *utrum Medicina, an Gymnastica plus ad valetudinem tuendam conferat,* ad Thrasybulum. T.4.Basil. p. 287. T.6.Paris. p. 8. Vertit *Junius Paulus Crassus,* classe 2. Junt. pag. 102.

ἰατρός. Vide supra εἰσαγωγή. 56.

56. *Medicinalis experimentatio* ſive *liber de medicinis expertis* latine exſtat, ex Arabico ut videtur translatus, claſſe ſpuria p.108.F. & T. 10. Pariſ. pag.561. Sane Galenus de libris propriis c.9. teſtatur ſe ſcripſiſſe librum περὶ τῆς ἰατρικῆς ἐμπειρίας.

57. *De icteri cura* latine exſtat claſſe ſpuria Junt.pag.115.G.& T.10.Pariſ. pag.524.

58. περὶ τῶν ἰδίων βιβλίων *de libris propriis* ad Baſſum. T.4.Baſil. p. 361. & cum Charterii verſione T.1. Pariſ. p.53. Verterat etiam *Jo. Fichardus* Francofordianus cujus interpretatio à *Gadaldino* recognita exſtat Junt. Claſſe Iſagog.pag.10. E. Hunc librum ſcripturum ſe promittit libello de ordine librorum ſuorum, ſed non videtur integer ad nos perveniſſe.

59. *De incantatione, adjuratione & ſuppenſione* Epiſtola latine exſtat Junt. claſſe ſpur.p.41. ex Arabico verſa. Galenus in ea allegatur.

πρὸς τὰ αἰτιερημένα τῆς ἱπποκράτους ἀφορισμοῖς ὑπὸ ἰουλιανοῦ, Vide infra, num.74.

60. Libri III. Commentariorum *in Hippocratem* περὶ ἁγμῶν (*c.6.) *de fracturis*. T.5. Baſil. p. 526. Vertit *Vidus Fidius* Florentinus Claſſ. VII. p.223. Meminit Galenus T.5.Baſil. p.43. & alibi.

61. Libri III. in Hippocratem *de aëre locis & aquis* ſive ut Galenus inſcribendum illud opuſculum monet περὶ οἰκήσεων καὶ ὑδάτων καὶ χωρῶν latine tantum exſtat ex verſione Moyſis Alatini Medici Hebræi. T. 6. Pariſ.pag. 187.Claſſe 2.Junt. p.1. Galenus ipſe de libris propriis c.6. teſtaturſe ſcripſiſſe in Hippocratem περὶ οἰκήσεων, ὑδάτων καὶ χωρῶν.

62. Libri IV. Commentariorum in *Hippocratem* περὶ ἄρθρων (*c.6.) *de articulis*. T.5. Baſil. p. 578. Vertit *Vidus Fidius* Florentinus. Claſſ. VII. Junt.pag.251.& T.12.Pariſ. pag.287. Meminit Galenus T.5.Baſil. pag.14.43.&c.

63. Libri VII. Commentariorum εἰς τὰς ἀφορισμούς. In *Hippocratis Aphoriſmos*(*c.6.)T.7.Baſil.p.219. Vertit Nic.Leonicenus. Recognovit Jul.Martianus Rota & Aug.Gadaldinus. Junt.extra ordinem Claſſ. p.2.& T.9. Pariſ.parte 2.p.9. Librum octavum Græce & latine ex ſuo ingenio addidit Renatus Charterius. Meminit horum Commentariorum Galenus T.1.Baſil.p.327.T.5.p.67.&c.

64.

64. Γλωσσῶν τῶν Ἱπποκράτους ἐξήγησις (* c.6.) *difficiliorũ Hippocratis vocabulorũ interpretatio* Baſ. T.5.p.705. Vertit *Marius Nizolius* Bruxellenſis, emendavit Gadaldin⁹. Junt. extra ordinẽ claſſ.p.71. & T.2. Pariſ.p.79. Edidit etiam Græce cum notis, H Stephanus A.1564.8. addito Gloſſario Erotiani & expoſitione vocum Medicarum quam Stephanus ipſe ex antiquis Medicis excerpſit. De Erotiani Lexico quod cum Barthol. Euſtachii verſione exſtat T.1. Pariſ.p.31. (ubi præfatio) & ubi gloſſarium ipſum T.2.p.106. & de Herodoti Lexico parvo vocum Hippocratis, quod ibid.p.140 ex editione Mercurialis recuſum eſt, dixi infra in Hiſt. Lexicorum Græcorum.

65. περὶ τῆς κατὰ τὸν Ἱπποκράτην διαίτης ἐν τοῖς ὀξέων νοημάτων (* c.4. & 6.) *de victus ratione in morbis acutis ex Hippocratis ſententia.* T. XI. Pariſ. p.184. cum verſione Charterii qui poſt Gadaldinum & Cajum Britannum transtulit ex codice Græco antea non edito quem à Renato Moræo acceperat. Gadaldini verſio occurrit Claſſ. VII. Junt. pag.149.

66. περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων (* c.1. & 14.) *de placitis Hippocratis & Platonis* libri IX. in Boëthi gratiam ſcripti. Baſil. T.1. p.253. In qua edit. totus liber primus deſideratur, quem Pariſienſis ſed prima parte mutilum ex Caji editione exhibet. Sex primorum librorum argumentum Galenus breviter perſequitur ſub initium libri ſeptimi. Interpretatus eſt *Jo. Bernardus Felicianus* cujus verſio exſtat claſſe 1. Junt. p.231. E. ex caſtigatione *Alexandri Juſtiniani Chij.* Hos ſecuti *Cajus Britannicus* primi libri emendator & *Andernacus* cujus verſionem *Riccius* ac denique *Charterius* caſtigavit. T.5.Pariſ.p.78. Meminit Galenus T.1. Baſil. p.216.226. 373.415. 435. 441.448. 453.455. 459.464.534. 540. T.2.p.58. T.3.p.251. 273. 276. T.4. p.36.&c. Hoc Galeni opus etiam συμφωνίαν dictum obſervat Mercurialis IV. 4. Var. lect.

67. Libri IV. commentariorum in Hippocratem περὶ διαίτης ὀξέων (*c.6.) *de diæta in morbis acutis.* T.5.Baſil.p.37. T.XI. Pariſ.p.1.cum verſione Jo. Dureti per tres priores libros, & quarto cum verſione antiqua Jo. Vaſſæi Meldenſis per Charterium emendata. Vaſſæi verſio ab Auguſtino Gadaldino recognita exſtat Claſſe VII. Junt.p. 108. Meminit Galenus T.4. Baſil. p.349. T.1.p.335. &c. libri tres priores in genuinam libri Hippocratei partem, quartus εἰς τὰ ἐφεξῆς κείμενα, ut vocat etiam T.4.p.21. 68.

Digitized by Google

68. Liber I. in Hippocratem ſive Polybum περὶ διαίτης ὑγιεινῆς. *de ratione dieta quando homo valet.* T.5, Baſil.p.29, T.6.Pariſ.p.220. cum verſione Andernaci per Charterium emendata. Transtulit & Hermannus Cruſerius Campenſis, claſſe 2, Junt.p.39,E.

69. Libri III. commentariorum *in librum I. Ἐπιδημιῶν Hippocratis* (*c. 6.) T.9, Pariſ.p.1, Baſ.T.5, p.345. vertit *Hermannus Cruſerius* Campenſis. Claſſe 3. Junt.p.100.E.

70. Liber ſecundus in ſecundum Ἐπιδημιῶν (*c.6,) T.9, Pariſ. pag.118. Vertit *Jo.Baptiſta Raſarius* claſſe 3, Junt.p.198. fragmentum in eundem librum ex Hieron.Mercurialis interpretatione Junt. in claſſe fragmentor. pag.21, F. Liber primus commentariorum & liber III. IV. V. VI. interciderunt. Horum commentariorum mentio T.3, Baſil.p.286.

71. Libri III. in tertium Ἐπιδημιῶν (*c. 6.) T.9, Pariſ. p.193, Baſil. T.5, p.392. *Hermanni Cruſerii* verſio à *Gadaldino* emendata exſtat claſſe 3. Junt. p.127.

72. Libri VI. in ſextum Ἐπιδημιῶν (*c.6.) T.9. Pariſ. p.353, Baſ. T.5, p. 442. Vertit *Junius Craſſus* Patavinus claſſe 3. Junt. p.152. & pars libri ſexti, *Jo. Baptiſta Raſario* interprete. p. 212. E. & liber ſeptimus p.215. liber octavus p.220.

73. Libri III. Commentar. in Hippocratis lib. κατ' ἰητρεῖον (*c.6.) T.XII. Pariſ. p. 1. Baſ. T. 5. p. 661. Vertit *Vidus Fidius* Florentinus, Claſſ. VII. Junt.p.197. meminit Galenus T.1.p.330.

74. Πρὸς ἀντειρημένα τοῖς ἀφορισμοῖς ὑπὸ Ἰουλιανοῦ (*c.6.& 10.) adverſus ea quæ Hippocratis Aphoriſmis oppoſuit Julianus Methodicus. T. 5, Baſil. pag.337. Vertit *Julius Alexandrinus* Tridentinus. Claſſe extraord. Junt.p.66, & T.9, Pariſ.parte 2, p.376.

75. περὶ τῆς παρ' Ἱπποκράτει κόμης. De comate apud Hippocratem liber, à Cajo Britannico, Ricco & Charterio reſtitutus T.7, Pariſ. p. 191. cum verſione *Nic.Rhegini* Calabri partim, partim *Nic.Leoniceni*. Exſtat & Claſſe 3 Junt.p.48. G. ex verſione *Auguſtini Gadaldini*.

76. πρὸς Λύκον, (*c. 6.) adverſus Lycum pro Hippocratis Aphoriſmo XIV. lib.1. qui incipit: Τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. T.5, Baſil. p.329. Vertit *Julius Alexandrinus* Tridentinus. claſſe Junt.extra ord.p.62, E. T.9. Pariſ parte 2.p.358. Meminit Galenus T.1. p.327.

77. Libri III. in Hippocratis προγνωστικόν. (*c. 6.) T. 8, Paris. p. 582. Basil. T. 5, p. 117. Vertit *Laurentius Laurentianus* Florentinus. classe 4. Junt. p. 189. meminit Galenus T. 6, Paris. p. 268, & T. 5, Basil. p. 67.

78. Libri III. in Hippocrati tributum περὶ ῥητικόν (*c. 6.) T. 5, Basil. p. 167. Vertit *Jo. Vassaus* Meldensis. classe 4, Junt. p. 160, E. T. 8, Paris. p. 692.

79. Libri IV. in Hippocratis librum περὶ τροφῆς. (*c. 6.) T. 6, Paris. pag. 238. ex editione Rasarii, qui mutilos licet primus Græce & latine edidit Latinam *Jo. Baptistæ Rasarii* Novariensis versionem in editione Juntatarum exhibet classis fragmentor. p. 4.

80. περὶ τῶν κατ' Ἱπποκράτην στοιχείων, *de elementis ex Hippocratis sententia* (in lib. de natura Humana) libri duo T. 3. Basil. T. 1. p. 46. Vertit *Victor Trincavellius*, classe 1, Junt. pag 2. cujus versionem emendavit *Charterius* T. 3, Paris. p. 1. Transtulit præterea *Rheginus* Calaber, cujus versionem emendavit *Riccus* & *Nic. Leonicenus*. Meminit Galenus T. 1, Basil. p. 324, T. 2, p. 5, 30, 41, T. 4, p. 18, 220, 222. & de ordine libror.

81. Libri II. commentariorum in Hippocratem περὶ φύσιος ἀνθρώπου (*c. 6.) *de natura hominis*. T. 5, Basil. pag. 1. liber primus è versione *Victoris Trincavellii*. classe 1. Junt. pag. 25. liber secundus è versione ejusdem *Trincavellii*. Classi. VII. Junt. pag. 180. H. Meminit Galenus T. 4, Basil. p. 321.

82. Libri III. Commentariorum in Hippocratem περὶ χυμῶν (*c. 6.) ex Jo. Baptistæ Rasarii versione, classe 3. Junt. p. 225. E. & T. 8. Paris. p. 508. latine tantum exstat. Meminit Galenus T. 5. Basil. p. 67.

83. Χαρακτηριζόντα εἰς Ἱπποκράτην: è Jo. Stobæi serm. XCIX. T. 2, Paris. p. 72. Junt. classe fragmentor. p. 23. E.

84. Ζητήματα εἰς τὸν Ἱπποκράτην, *quæsita in Hippocratem*, latine exstant è Prognosticorum & Aphorismorum commentariis utcunque repetita. In classe spuria Junt. 118. & T. 8. Paris. p. 918. In libello de ordine librorum suorum de iis qui ante ipsum Coi senis scripta illustraverunt ita judicat Galenus, ut plurimum Sabino tribuat & Rufo Ephesio, Numisianoque ac præceptori suo Pelopi: reliquos putet minus recte eum percepisse: Quintum ejusque discipulos atque in his Satyrum, tum Stoicum Ephicianum & Lycum.

85.

85. Liber *de Cathartícis* latine tantum exſtat claſſe ſpuria Junt. p. 99.

86. περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως. *de facultate purgantium medicamentorum.* T. 2, Baſil. pag. 484. Vertit *Julius* Martianus Rota, claſſe 5, Junt. p. 86. & T. 10. Pariſ. p. 462. Meminit Galenus de ordine libror.

87. Τίνας δεῖ καθαίρειν, καὶ τίσιν καθαρτηρίοις καὶ πότε; *quosnam purgare oporteat & qualibus purgantibus & quando.* T. 2. Baſil. p. 487. Confer Oribaſ. VII. 23. Vertit idem Rota. claſſe 5. Junt. pag. 88, & T. 10. Pariſ. p. 470.

88. περὶ κατακλίσεως προγνωστικὰ ἐκ τῆς Μαθηματικῆς ἐπιστήμης, *prænotiones Aſtrologicæ à tempore decubitus, de morbi exitu* ad Aphrodiſium T. 4. Baſil. pag. 473. vertit *Jacobus Antonius Mariſcottus* Florentinus. Junt. Claſſe ſpur. p. 12. & T. 8. Pariſ. p. 901. Confer quæ de hoc libro dixi lib. I. c. IX. §. 3.

89. *De centaureæ virtute* liber ad fratrem Papiam, Galeno tributus, latine tantum exſtat T. 13. Pariſ. p. 1010. & claſſe ſpuria Junt. p. 97. E. laudat auctor Magiſtrum ſuum Themiſtium.

90. περὶ κινήσεων ἐυδήλων τε καὶ ἀδήλων *de motibus manifeſtis & occultis* T. 5. Pariſ. p. 397. & claſſe ſpuria Junt. p. 67. latine tantum exſtat, *Marco Toletano* interprete qui ex Arabico latine vertit, ut *Joannitius* pridem è Græco Arabice.

91. περὶ κινήσεως τοῦ θώρακός τε καὶ πνεύμονος. *de motu thoracis & pulmonis* fragmentum latine tantum exſtat, Junt. claſſe fragmentor. p. 27. F. & T. 5. Pariſ. p. 407.

92. *De clyſteribus* latine tantum exſtat. claſſe ſpuria Junt. p. 123. & T. 13. Pariſ. p. 1013. Galeno perperam adſcriptus.

De compagine membrorum ſive *de natura humana* liber Galeno itidem ſuppoſitus. T. 5. Pariſ. p. 330.

93. περὶ κράσεώς τε καὶ δυνάμεων τῶν ἁπλῶν φαρμάκων, *de temperatura & facultate medicamentorum ſimplicium* libri XI, T. 2, Baſil. p. 1, T. 13. Pariſ. p. 1. cum verſione *Theodorici Gerardi* Gaudani per *Auguſtinum Gadaldinum* & *Charterium* emendata. Libro ſexto, ſeptimo & octavo herbarum (quas ipſe eſt expertus T. 2, pag. 130.) vires ordine alphabetico referuntur. Nono terrarum, lapidum & metallicorum. Decimo

& undecimo medicamenta ex animalibus. Pro *βιβλίοις ἕνδεκα* male legitur *ἑπτὰ* T. 2. Basil. p.152. Gerardi versio à Gadaldino emendata occurrit etiam classe 5, Junt.p. 1. Meminit hujus operis Galenus de ordine libror.& T.5. Basil.p.84.72.89. T.2. p.166. T.4.pag. 306, 324, 325, 328, 350, 351, &c.

94. *περὶ κράσεων de temperamentis* libri III. Basil. T.1. p.59. Vertit *Tho. Linacer.* classe 1. Junt.pag.10. emendavit *Augustinus Riccus & Renatus Charterius* T. 3. Paris. p.32. Meminit Galenus de ordine libror. & T.2. Basil. p.5, 7, 17, 18, 21, 27, 50, 63, 152, T.4, p.18, 267, 277, 305, 321.&c. In hunc librum exstant notat *Felicis Accoramboni.*

95. *περὶ κρίσεων* (*c. 6.) *de crisibus* naturæ & morborum libri III. T. 3. Basil.pag. 389. vertit *Nic. Leonicenus* classe 4. Junt. p.125. F. emendavit versionem Gadaldinus & Charterius qui etiam ad MSS. Regios Græca contulit T. 8. Paris. pag.377. Allegatur T.5. Basil. pag.89.

96. *περὶ κρισίμων ἡμερῶν.* (*c. 5.) ex Hippocratis sententia (id. c.6.) *de diebus Criticis* sive decretoriis libri III. T. 3. Basil. p.423. Vertit *Jo. Gvinterius Andernacus*, classe 4. Junt. p.145. T.8. Paris. p.450.

97. *περὶ κυημένων διαπλάσεως de fœtuum formatione* Basil. T. 1. p.213. Latine versus hic liber à Jo. Bernardo Feliciano, Jano Cornario cujus interpretàtionem Riccus, & Andernaco cujus translationem Charterius emendavit. T.5. Paris. pag.285. Feliciani versio exstat classe 1. Junt. p.322.

98. *De Colico dolore* latine exstat, classe spuria Junt. p.125. & T.10. Paris. p.522. Allegat librum de compositione Medicamentorum.

περὶ τῶν πρὸς τιὰ λέξιν σοφισμάτων. Infra in *σοφισμ.*

περὶ λεπτυνούσης διαίτης vide supra *διαίτης.*

πρὸς Λύκον adversus Lycum pro Aphorismo XIV. Hippocratis *qui crescunt, plurimam habent coloris innati.* Vide supra num. 76.

99. *περὶ μαρασμοῦ* (*c.4.) *de tabe.* T.3.Bas.p.373. T.7. Paris.p.178. cum vers. Augustini Gadaldini Mutinensis, quæ exstat etiam Classe.3. Junt.p.45. Meminit Galenus Basil. T 4. p.273.

100. *περὶ μελαίνης χολῆς de atra bile* T.3.Basil. p.357. vertit *Barthol. Syleanius* Salonensis classe 1. Junt. p.34. emendavit *Riccus & Charterius* T. 3.Paris. p.165.

101.

101. Περὶ μελαγχολίας de atra bile è Galeno, Rufo, Poſidonio, & Aëtio (ἐκ τῶν Γαλήνου καὶ Ῥούφου καὶ τοῦ Σικαμίνου & Αἰτίου) T. 4. Baſil. p. 469. Vertit *Julius Martianus Rota* claſſe ſpuria Junt. p. 114. & T. 10. Pariſ. pag. 496.

102. Περὶ μετρῶν καὶ σταθμῶν διδασκαλία, *Ponderum ac menſurarum doctrina* è Cleopatra, Dioſcoride, Galeno, Oribaſio & aliis. T. 13. Pariſ. p. 975. cum nova Charterii verſione, concinnata poſt veteres Auguſtini Gadaldini, Andernaci & H. Stephani. Gadaldiniana exſtat claſſe 5. Junt. pag. 275.

103. Περὶ μήτρας ἀνατομῆς, (* c. 2.) *de uteri diſſectione* Baſil. T. 1. p. 210. Vertit *Jo. Bernardus Felicianus* claſſe 5. Junt. pag. 108. Græca ex MSS. locupletiora reddidit & latinam interpretationem adjunxit Charterius T. 4. Pariſ. p. 276. Feliciani & altera Cornarii, quam Riccius edidit, verſione uſum ſe profeſſus.

104. Περὶ τοῦ διὰ μικρᾶς σφαίρας γυμνασίου, *de exercitio quod parva pila fit* ab Epigene liber. T. 4. Baſil. p. 301. T. 6. Pariſ. p. 505. cum verſione Valeriani Centannii Vincentini per Charterium emendata. Centannii verſio occurrit claſſe 2. Junt. pag. 48.

105. Περὶ μυῶν ἀνατομῆς (* c. 3.) Latine tantum exſtat è verſione *Auguſtini Gadaldini* Medici Mutinenſis. claſſe 1. Junt. p. 44. Gallice vertit Jac. Dalechampius Lugd. 1564. 8. Meminit Galenus T. 1. Baſil. p. 381. 401. &c.

106. Περὶ μυῶν *de muſculis*, quæ Oribaſius è Galeno ſervavit. T. 4. Pariſ. pag. 250. ex Riccii editione cum verſione *Jo. Baptiſtæ Raſarii* à Charterio recenſita.

107. Περὶ μυῶν κινήσεως *de motu muſculorum* libri II. Baſil. T. 1. p. 553. Vertit *Nic. Leonicenus* Claſſe 1. Junt. pag 308. E. & T. 5. Pariſ. pag. 364. Meminit Galenus de Ord. libror. & T. 1. Baſil. p. 327. 373. 374. 376. 377. 380. 401. 406. 478. 534. &c.

108. Περὶ νεύρων ἀνατομῆς (* c. 1. & 3.) *de diſſectione nervorum* ad Antiſthenem Platonicum. Baſil. T. 1. pag. 204. Vertit *Auguſtinus Gadaldinus* claſſe 1. Junt. pag. 53. Græca locupletiora dedit, & Gadaldini verſionem recognovit *Charterius*. T. 4. Pariſ. p. 241. Conferendus Oribaſii liber περὶ τῆς τῶν νεύρων διανομῆς.

Διάγνωσις τῶν ἐν νεφροῖς παθῶν &c. vide in Διάγνωσις.

Τῶν κατὰ πεπονημένων ἐλεγχῶν. ſupra num. 39.

109. περὶ τῶν ἐν τοῖς νοσήμασι αἰτιῶν. *de morborum cauſis.* T. 3. Baſil. p. 205. T. 7. Pariſ. p. 16. cum verſione Charterii, qui Gvil. Copi & Nic. Leoniceni verſionibus adjutum ſe fatetur. Leoniceni verſio occurrit claſſe 3. Junt. p. 6 Meminit Galenus T. 3. Baſil. pag. 358.

περὶ διαφορᾶς νοσημάτων. Supra num. 27.

110. περὶ τῶν ἐν τοῖς νόσοις καιρῶν *de morborum temporibus.* T. 3. Baſil. p. 379. Vertit præter *Nic Rhegium* Calabrum *Jo. Gvinterius Andernacus.* claſſe 3. Junt. p. 85. cum Andernaci verſione à Ricco & Charterio emendata exſtat T. 7. Pariſ. p. 292.

111. περὶ τῶν ὅλου τοῦ νοσήματος καιρῶν *de morbi totius temporibus* T. 3. Baſil. pag. 385. Vertit præter *Rhegium* idem *Andernacus* claſſe 3. Junt. p. 88. Charterius hunc & ſuperiorem librum cum 2. MSS. Regiis contulit & Andernaci verſionem à Ricco & ſe emendatam adjunxit T. 7. Pariſ. pag. 304.

112. περὶ οἴνων *de vinis* fragmentum Galeni, ex Oribaſio, Auguſtino Gadaldino interprete. claſſe ſpuria Junt. p. 79. E. T. 6. Pariſ. p. 494. 495. ex Athenæo p. 497. adde quæ eodem Volum. p. 434. ſeq.

113. Ὅροι ἰατρικοί, *Definitiones Medicæ* T. 4. Baſil. pag. 390. & auctiores ex MSS. Regiis T. 2. Pariſ. p. 232. cum verſione *Charterii.* Transtulerant antea *Janus Philologus*, & cujus verſio in claſſe Iſagog. Junt. p. 43. exſtat *Barthol. Sylvanus* Salonenſis.

114. περὶ ὀστῶν (* c. 1. & 3. & de ord. libror.) *de oſſibus* ad tirones. T. 4. Pariſ. pag. 9. cum verſione Charterii, qui ſe *Balamii* interpretatione, & *Jacobi Sylvii* ac *Joannis Riolani* uſum fuiſſe teſtatur. *Ferdinandus Balamii* Siculi verſio occurrit T. 5. Baſil. pag. 719. claſſe 1. Junt. p. 39. G. Græca in editt. Ald. & Baſil. non exſtant. At ſeparatim Græce & latine edidere multi, *Salomo Albertus* Witeberg. 1579. 12. *Jo. Philippus Ingraſſias* Panormi 1603. *Caſpar Hofmannus* Francof. 1630. & *Jo. van Horne* Lugd. Bat. 1665. 12.

115. περὶ ὀσφρήσεως ὀργάνου. *de inſtrumento odoratus.* Baſil. T. 1. pag. 206. vertit *Lud. Belliſarius* Medicus Mutinenſis. Claſſ. 1. Junt. pag. 110. Cum ejusdem verſione à Charterio recenſita. T. 5. Pariſ. pag. 354. Vertit & *Victor Trincavellius*, cujus verſionem in ſua edit. Riccus probavit. Allegatur T. 1. Baſil. pag. 315. &c.

116. περὶ οὔρων *de urinis* T. 4. Baſil. p. 410. T. 8. Pariſ. p. 337. librum qui genuinus Galeni eſſe videtur vertit *Joſephus Struthius* Polonus. Claſſ. 4. Junt. p. 123. Exſtat & aliud breve ſcriptum de urinæ ſignifi-

gnifi-

gnificatione, ex verſione *Georgii Vallæ* Placentini, claſſe ſpuria Junt. pag 85.

117. Synopſis περὶ ἕρων quam T.8.Pariſ.p.349-351. Græce primus edidit Charterius cum verſione Pratelli.

118. περὶ ἕρων ex Hippocrate, Galeno & aliis T. 8. Pariſ. pag. 352-358. Græce & latine primum editus à Charterio qui pag. 359. Theophili Iatroſophiſtæ librum ejusdem argumenti cum Fed. Morelli verſione ſubjunxit.

119. περὶ οὐσίας τῶν φυσικῶν δυνάμεων, *de ſubſtantia facultatum naturalium* fragmentum. T.5.Pariſ.pag.3.Baſil. T. 1.p.342.

verſus Mathematicos, ut in Antvverpienſi editione tam male ſint his poſtpoſiti, quam in Genevenſi recte & ex MSti quoq; fide præmiſſi. Seorſim primus latine ex verſione ſua edidit & notas in loca quædam addidit *Henricus Stephanus* Huldrici Fuggeri tum typographus A. 1562. & Græce ex Bibl. Regis Galliæ hoc opus una cum libris adverſus Mathematicos vulgare & commentariis illuſtrare pollicitus eſt *Philippus Jacobus Mauſſacus* p. 1234. & 1236. ad Ariſtotelem de animalibus, editum Toloſæ A. 1619. fol. Fugit autem ni fallor ratio virum doctum, cum exiſtimavit Sexto elaboratos alios præterea majores commentarios, quorum velut umbra aut compendium eſſent libri tres Hypotypoſeon. Ita enim ſcribit: Sextus ὑποτυπώσεων Πυῤῥωνείων libros inſcripſit, quia in eis ru-„ diter tantum & compendioſe informat lectorum animos, ut poſtea„ plenius erudiantur. Sunt enim illi tres quaſi umbra & figura reconditioris inſtitutionis, quam pollicetur in libris Scepticis. Et ὑποτυπωτικῶς„ idem apud eundem quod σωτόμως, breviter, Græci dicunt ὡς ἐν τύπῳ„ & τύπῳ λέγειν, λαμβάνειν, εἰπεῖν, ἀποδεικνύειν, informare breviter apud„ Varronem. Verum de his diligentius in commentariis noſtris ad il-„ lum auctorem.

III. ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΟΥΣ ΑΝΤΙΡΡΗΤΙΚΟΙ ΛΟΓΟΙ *δέκα.* *Adverſus Mathematicos* ſive dogmaticos per omne genus diſciplinarum *libri decem.* Hujus ſane operis librum ſeptimum innuit Sextus cum lib. 1. Pyrrhonianar. Hypotyp. c. 11. ait ὡδὶ δ' ἐν αἱ πῤῥητικῷ λέξομεν λόγῳ. Et in libris ipſis adverſus Mathematicos paſſim αἱ πῤῥήσεις appellat, ut lib. 5. pag. 116. c. lib. 6. pag. 127. c. &c. Per Mathematicos autem intelligit non Aſtrologos, quos ipſo libro quarto ſpecialiore ſenſu Mathematicos vocat, nec quos vulgo ita appellamus Arithmeticos, Geometras aliosque qui in quantitatis conſideratione verſantur, ſed univerſos illos qui certi aliquid * ſciri poſſe vel ſcire ſe profitebantur in quocunque genere diſciplinarum d) tum in παιδεύμασι tum in Philoſophiam

* Confer Scheferum c. 10. de Natura & Conſtitut. Philoſophiæ Italicæ p. 81. ubi de genere Pythagoreorum qui vocabantur μαθηματικοί.

d) Poſt quatuor artes populares (Grammatiſticem, Gymnaſticem, Muſices practicæ elementa & pictoriam de quibus exſtat liber G. I. Voſſii) paſſim celebratæ ſunt veteribus *liberales* quæ vocantur *diſciplinæ*, Grammatica & Rhetorica, quadrifariæque Matheſeos januæ, Arithmetica, Geometria, Muſica (Theoretica) & Aſtronomia. Denique Philoſophicæ diſciplinæ tres: Logica, Phyſica & Ethica. Ex his Logica à Marciano Capella, Auguſtino, Caſſiodoro, Iſidoro Hiſp. aliisq; accenſetur artibus libe-

ipſam, præcipue autem adverſarios ſibi elegit è dogmaticis Stoicos, quos diſerte paſſim nominat, etiam in Pyrrhoniis lib. 1. p. 14. κατὰ τοὺς μάλιστα ἡμῖν αἰτιδοξοῦντας νῦν δογματικοὺς τοὺς ἀπὸ τῆς στοᾶς. Poſt procœmium quo adverſus univerſam diſciplinam generatim diſputatur,

Liber I. eſt adverſus Grammaticos Criticosque, cujus nonnulla impugnat Claudius Dausquejus præfat. ad partem poſteriorem ſuæ Orthographiæ. Integrum publicis prælectionibus confutaverat *Caſpar Barlæus*, ut docet G. I. Voſſius lib. 1. Ariſtarchi c. 3.

Liber II. adverſus Rhetoras.

Liber III. adverſus Geometras, quem refellendum ſibi ſumſit *Guilelmus Langius* libro de veritatibus Geometricis primo. Hafniæ 1656. 4.

Liber IV. adverſus Arithmeticos.

Liber V. adverſus Aſtrologos.

Liber VI. adverſus Muſicos.

Liber VII. & VIII. adverſus Logicos.

Liber IX. adverſus Phyſicos, qui vulgo in duos libros male diſtrahitur, ut recte notatum Jacobo Thomaſio τῷ μαχαρίτῃ p. 373. programmatum. Viciſſim duo libri Logicis oppoſiti pro uno libro numerantur contra mentem auctoris, qui alterum adverſus Logicos librum pag. 221. incipiens, ait ſe de criterio veritatis hactenus egiſſe Διὰ δὲ τοσαυτοειδέντων ἡμῖν ὑπομνήματων. Atque ita Sexto conſtat numerus librorum denarius, Svidæ etiam agnitus.

Liber X. adverſus Ethicos, cujus caput ſecundum inſcribitur τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ κακὸν καὶ ἀδιάφορον. Hoc ipſum, credo, neque aliud Sexti opuſculum fuiſſe quod ſub titulo περὶ ἀγαθῶ καὶ κακῶ in Bibliotheca Bremenſi exſtitiſſe manu exaratum teſtatur Ampliſſ. Vir Gerhard Van Maſtricht Epiſtola ad Burchhardum Gothelf Struvium.

Primus libros X. adverſus Mathematicos latine vertit ediditque *Gentianus Hervetus* Antvverp. e) apud Plantinum 1569. fol. ſubjecta H. Stephani verſione Hypotypoſeon Pyrrhonianarum. Equidem vertit Sextum Hervetus non usque quaque feliciter, nec integro codice ubi-

liberalibus & cum Grammatica & Rhetorica conjungitur. Sed à Sexto noſtro & antiquioribus tantum non omnibus refertur ad Philoſophiam. Quod etiam factum puto à Varrone, cujus novem diſciplinarum libros laudat Iſidorus Hiſpalenſis lib 2. Originum c. 23.

e) Non Pariſiis, ut eſt in Catalogo Bibl. Thuanæ.

ubique uſus eſt, ita ut hinc inde lacunæ appareant. Recuſa latina Antverpienſis editio f) Pariſ. 1601. fol. Denique utrumque Sexti opus Pyrrhoniæ hypotypoſes cum H. Stephani & libri adverſus Mathematicos cum Herveti verſione Græce lucem adſpexere Genevæ apud Petrum & Jacobum Chouet A. 1621. fol. additis variis lectionibus ex MS. codice & Henrici Stephani in hypotypoſes notis. Operæ pretium eſſet novam ingenioſi hujus & eruditi quamquam ubi omnia impugnare vult frigidi interdum Sophiſtæ Sceptici adornari editionem, & collatis codicibus MSS. qui in Italia, Gallia, Anglia, aque tum in Germania quoque noſtra Auguſtæ Vindel. & Uratislaviæ exſtant emendari, verſione neque accurata & neceſſariis notis inſtrui atque illuſtrari, quam in rem non pauca jam congeſſi, lubenter concedenda ei qui in publicos uſus hunc in ſe laborem ſuscipere voluerit. In Sextum ut Obſervationes ſcriberet, Menagium olim impenſius hortatus eſt Buningenius, Reip. Batavæ ad Regem Chriſtianiſſimum legatus, teſte ipſo Menagio in notis ad Laërtium p. 444. qui ſubjungit, doctis viris morem ſe gerere equidem velle, an poſſit dubitare. Sexti libros elegantiſſimos & longe acutiſſimos vocat Caſpar Barhius lib. 60. adverſar. p. 3005. nec ſine admiratione ingenii legendos, omnes Philoſophorum deciſiones in dubium vocantes. *Quos tamen*, inquit, *ſi quis occupare animum velit, nullo negotio inductis contrariationibus & ipſos firmi nihil habere demonſtrari poſſit.* Idem lib. 58. c. 5. *Sexti eluſiones aliis inſuper introductis viciſſim eludi poſſunt, ut nos aliquando ſuper illis libellis cogitantes experti ſumus noſtræ meditationis exemplo.*

IV. Scripſit & alia Scepticus iſte Philoſophus, quæ interciderunt. Ex his videntur eſſe ὑπομνήματα περὶ ψυχῆς quæ memorat lib. 6. adverſus Muſicos pag. 136. Niſi reſpexit ibi ad locum ὑπομνημάτων ſuorum Scepticorum ſive Pyrrhonianarum hypotypoſeon, ubi de anima agit lib. 2. c. 5. Præterea laudat ἰατρικὰ ſua ὑπομνήματα lib. 7. p. 175.

V. INDEX SCRIPTORUM à Sexto allegatorum,

Longe quam in Genevenſi editione plenior & emendatior.

Litera M. libros adverſus Mathematicos denotat.

Ænesidemus 138. c. 201. c. d. M. 222. b. M. 227. c. M. 262. c. M. 345, b. M. 363, d. M. 386. d. M. 417. a. M. 419. d. M. paſſim 446. b. Confer infra Oneſidemus.

f) Hæc editio in eodem catalogo perperam traditur eſſe Græcolatina.

Digitized by Google

Æneſidemus in qſarto libro Πυῤῥωνείων λόγων 258. e. M.
Æſchines 71. c. M.
Alcæus 59, e. M.
Alexander Ætolus de rebus cœleſtibus ſcripſit. 257, b. M.
Alexinus 328. b. M.
Anacharſis Scytha 146. c. M. 147.
Anacreon 59. e. M.
Anaxagoras 8. b. 164. c. M. Clazomenius 115. c. 309. c. M. 367. d. M. 433. d. M. Φυσικώτατος 153. c. M.
Anaxarchus 153. a. M.
Anaxarchus Eudæmonicus 146.
Anaximander 115. a. 139. a M. 367. b. M. 432. d. M.
Anaximenes 115. a. b. 139. a. M.
Antiochus 48. c. 168. b. M.
Antiochus Academicus 45. b. 48. c. in καινικῶν ſecundo 175. c. M.
Antipater 86. a.
Aratus 61. b. M. 125. b. M. 257. b. M.
Arceſilas 45. a.
Arceſilaus 48. e. & ſeq. 166. b. M. 167. c. d. M.
Archedemus 451. b. M.
Antiſthenes 451. b.
Archelaus Athenienſis 140. c. M. 367. b. M.
Archilochus 154. e. 59. e. M. 162. a. M. 328. d. M. 436. c. M.
Archimedis mathematica 60. c. M.
Ariſtarchi mathematici 410. c. M.
Ariſtarchus 10. a 328. d. M.
Ariſtarchi Grammatica 10. a. M.
Ariſtippus. 152. e.
Ariſto, 48. c. Chius 140, b. M. 449. e. M.
Ariſto Critolai diſcipulus. 75. b. M.
Ariſtophanes Comicus 45. d. M.
Ariſtophanis Grammatica 10. a. M.
Ariſtoteles 452, a. 1, b. 17. e. 75. b. M. 93. c. M. 63. c. M. 138. b. 155. b. 139. a. b. M. 178. c. M. 309. d. 311. ſeq. 386. a. d. M. 410. d. M. 419. a. M. 433. b. M. & paſſim. Peripateticus 115. c.
Ariſtotelis in 1. lib. artis Rhetoricæ 66. a. M.
Aſclepiades 10. c. M. 15. c. M. 84, d. M. 208. a. M. 222. b. M. 433. d. M. Bithynus 115. c. 367. d. M.
Aſclepiades in ſuo opere de Grammatica 49. d. M.
Aſclepiades medicus 175. c. M.
Aſclepiades in primo τῶν περὶ ὀνομάτων 153. d. M.
Aſclepiadarum ſchola 156. d.
Athenæus 75. c. M.
Baſilides Stoicus 267. a. M.
Bias 123. e. 387. e. M.
Briſon 140. c. M.
ὁ Βυζάντιος Ῥήτωρ. 71. c. M.
Φοινικικὰ σήματα Κάδμου. 12. a. M.
Callimachus 10. d. M. 62. c. M.
Carneades 1. b. 45. b. 167. d. M. 170. b. c. M. 212. c. M. 172, b. M. 333. c. M. 339, d. M. 340, d. M. & paſſim.
Chaldæi Aſtrologi. 110. ſeq. M.
Chares in primo de Grammatica 16, b. M.
Charmidas 45. b. Academicus 86, a. M
Chryſippus 152, a. 15, a. M. 180, b. M. 206, M. 301, c. d. 294, 218, 440, d. 443, e. M. & paſſim.

Chry-

Chryſippus in Politia 153. b. 161, b. 470, b. M. in libro de juſtitia 470, c. M. in opere de Decoro 161, c. d. 470. c. M.
Chryſippi contemplationes dialecticæ 60. M.
Chryſippus Cnidius. 51. c. M.
Cleanthes 152, a 180, b M. 206, b. M. 218, c. M. 324, d. 451, b. M. & paſſim.
Clitomachus 1, b. 45, b. 339, c. M. Academicus 68. a. M.
Corax Rhetor 80, ſeq. M.
Crantor 447, e. M.
Crates 49, b. M. Mallotes 10, a.
Cratetis Mallotæ Grammatica 10.
Creophylus 10, d. M. (a. M.
Critolaus Peripateticus 67, a. M. 68, a. M.
Critias Athenienſis 155, c. 318, a. M.
Cronus 437, d. M. vide Diodorus.
Cyrenaici 43, d. 173, b. M. 175, b. M. 140, d. M. 135, e. M.
Demades Orator 59, b. M.
Demetrius Lacon 138, c. celebris Epicureus, 285, b. M. 286, b. M. 417, c. M.
Demetrius Chlorus 17, d. e. M.
Democritus 56, b. 115, c. & paſſim 329, a. M. 159, c. 135, e. 164, c. 209, d. 205, c. 253, d. 316, a. M.
Democritus in κεφαλαιωδεσι 163, d. M. ἐν τῷ περὶ ἰδεῶν ibid. ὁ τῇ Διὸς Φωνῇ παρεικαζόμενος. 186, e. M. adde Valeſ. ad Ammian. XXII. ult.
Democriti Philoſophia 43, b.
Demoſthenes 13, a. M. 71, c. M. 20, c, M. 13, a, M.
Diagoras Melius 155, b. 317, d, M. 318. a. M.
Dicæarchus 84, c. M. 201, c. M. Meſſenius 57, e.
Diocles è ſchola Aſclepiadarum 156, d.
Diodorus 74, b. 240, d. M. 268, b. M. 396. ſeq. Cronus 115, c. 567, d. M. 394, c. M. 62, c. M.
Diodori dialectica 48, c.
Diogenes Apollioniates 115, a. b. 367, b. M.
Diogenes Babylonius 332, c. M.
Diogenes Cynicus 29, d.
Dionyſius Thrax 12, d. M. 13, d. M. 15, c. M. 49, c. M. 17, b. M. 50, a. M. ἐν τοῖς διαγράμμασι. 12. d. M.
Dionyſidorus 140, c. M. 146, c. M.
Diotimus 164, c. M. (148, c. M.
Empedocles 60, c. M. 160. ſeq. M. 154, a. M. 60. ſeq. 159, 331, 310, 272, c. M. & paſſim. Agrigentinus 159, b.
Epicharmus 54, b. M.
Epicurus 1, b. 56, & paſſim 387, c. M. 442, 177, 451, a. 452, a. 454, e. M. Epiſtola ad Philoſophos Mytilenæos 2, a. M. (11, b. M.
Epicur⁹ in libro περὶ δώρων καὶ χάριτος
Epicurei οἱ ἀπὸ τῶν κήπων. 320. d. M.
Eubulides 140, c. M.
Eudoxus 110, b. M.
Eudoxi mathematica 60, c. M.
Eudoxus Cnidius in primo libro τῆς περιόδου 30. e.
Euhemerus ἄθεος cognominatus 311, b. M. 317, d. M.
Euripides 157. e. 12, e. M. 15, d. M. 53, e. M. 162, a. M. 231. d. M. 62, c. M.

c. M. ὁ σκηνικὸς Φιλόσοφος 57. d. M.
Euripides in Phrixo 54, c. M.
Euthydem⁹ Thuri⁹ 140, 148, c. M.
Euxenus 140, c. M.
Gorgias 63, b. d. 153, a. M. Leontinus 146. c. M. 148, c. M. 151. c. M. (d. M.
Heraclides Ponticus 115, c. 433.
Heraclitus 42, b. 60, c. M. 161, d. M. 162, d. 419, d. M. & passim Ephesius 432, d. M.
Heracliti Philosophia 42, a.
Hermagoras 75, c. M. (d. M.
Hermotimus Clazomenius 309,
Herodotus 12, e. M. 158, a.
Herophilus in Διαιτητικῷ 447, d. M.
Hesiodus 12, e. M. 135, c. 309, d. M. 59, e. M. & passim.
Hipparchus 110, b. M.
Hippasus 432, d. M. Metapontinus 115, b. 367, b. M.
Hippocrates 15, b. 146, d. M.
HipponRheginus 115, b. 367, c. M.
Hipponax 59, e. M. 54, d. M.
Homerus 12, e. M. 14, e. 128, d. M. 129, a. 162, a. M. 309, c. M. & passim. (a. M.
HyperidesPhrynen defendens 65.
Idæus Himeræus 367, b. M.
Jon Tragicus 69, a. M.
Isocrates 75, c. M.
Italicorum Philosophorũ caterva
Licymnius 447, c. M. (331. b. M.
Linus 41, b. M.
Lycurgus 68, b. M.
Mathematici 115, c. 367, e. M.
Melissus 123, e.
Menander 12, e. M. 37, b.
Metrodorus 13, c. M. 153, a. M.
Metrodorus Chius 146, c. M. medicus 51, c. M Chrysippi Cnidii discipulus. ibid.
Monimus 153, a. M. Canis 146, c. M Cynicus 221, e. M.
Moschus Phœnix 367, d. M.
Musæus 41, b. M.
Nausiphanes Pyrrhonis auditor. 1. b. M. πλέυμων dictus ab Epicuro. 2. a. M.
Ocellus Lucanus 433, b, M.
Oenopides Chius 115, b. 367, c. M.
Onesidemus 35, b. 42, b. 45, d. lege Æneſidemus. (367, c. M.
Onomacritus in Orphicis 115, b.
Orpheus 41, b. M. Theologus 70,
Panætius 451, b. M. (b. M.
Panthœdes 140, c. M.
Παννάσιος (interpreti Parrhasius) 51, e. M. malim Panyasis.
Parmenides 123, e. 139, a. M. Eleates 309, d. M. 310, a. M. περὶ φύσεως 157, M. seq.
Permedotus 45, d. lege Μηνόδοτος.
Pherecydes Syrus 367, b. m. Syrius 115, a.
Philo 45, b. 48, c. 74, b. 240, c. 241, b. 268, b. M.
Philolaus 153, e.
Phylarchus in nono 51, e. M.
Physici ex Italia profecti 428, a. M.
Pindarion 41, c. M.
Pindarus 12, e. M. 18, a.
Quintuplex à Platone Academia 45
Plato in Gorgia 64, d. M.
Plato in Euthydemo 140, c. M.
Plato 450, d M. 20, c. M. Pythagoram secutus 106, c. M.

Pla-

Plato in Timæo 61, c. *M.* 159, d. *M.* 160, a. 154, a. *M.* 164, d. 189. c. *M.* 327. c. ſq. *M.*
Plato in libro de Anima 236, a. *M.* 430, e. *M.*
Plato poëta veteris comœdiæ 70, e. *M.*
Platonis interpretes 60, c. *M.*
Platonici 367, e. *M.*
Poëta veteris comœdiæ 129, b. c. *M.*
Polemo 45, a.
Polyanthes Cyrenæus ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν γενέσεων 51, d. *M.* (d. *M.*
Poſidonius 141, b. *M.* Stoicus 367,
Prodicus Chius 311, b. *M.* Κῆιος 317, d. *M.*
Protagoras 44, a. 209, c. d. *M.* 146, c. *M.* 148, c. *M.* Abderitanus 148, d. *M.* 319, a. *M.*
Protagoræ liber, περὶ τοῦ μὴ ὄντος ἢ περὶ φύσεως 149, c. *M.*
Ptolemæus 15, c. *M.* Peripateticus 13, b. (Aſcalonita.)
Pyrrho 61, *M.* 2. d.
Pythagoras 61, c. *M.* 115, c. 331, b. *M.* 367, c. *M.* 424, c, *M.* 128, a. *M.* & paſſim.
Pythagoræ Samii ſectatores 422, b. *M.*
Pythagorici 141, b. 142, c. 425, c. *M.* 145, b. *M.* 132, b. *M.* 104, d. *M.*
Simonides Lyricus 447, c. *M.*
Socrates 439, a. *M.* 139, c. *M.* 141, (c. *M.*
Solon 154, a.
Sophocles 84, c. *M.*
Sotion 140, c. *M.*
Speuſippus 165, b. *M.*
Staphylus ἐν τῷ περὶ Ἀρκάδων 51, e. *M.*
Steſichorus ἐν Ἐριφύλῃ 51, d. *M.*
Stoici 145, d. 147. d. & paſſim.
Straton Phyſicus 115, c. 138, b. 20, c. *M.* 407, b. *M.* 410, e. *M.* 419, a. *M.*
Tauriſcus 49, b. *M.*
Teleſarchus ἐν τῷ Ἀργολικῷ 52, a. *M.*
Thales Cretenſis 68, b. *M.*
Thales 139, a. *M.* 153, b. *M.* 432, d. *M.* Mileſius 115, a. 367, b. *M.*
Theodorus 155, b. 317, d. *M.* Atheos 319, a. in opere de Diis ib. *M.*
Theognis 157, e.
Theophraſtus 51, c. *M.* 178, c. *M.*
Thucydides 12, e. 13, a. *M.* 20, c. *M.* 13, a. *M.*
Timon 138, a *M.* 139, c. *M.* 143, c. *M.* 61, c. *M.* 11. e. *M.* 439, a. *M.* 462. a. b. *M.* 465, d. *M.* & paſſim. Phliaſius 91, c. *M.* in Sillis 46, a 319, b. *M.* 466, d. e. ἐν τοῖσι δήμοις 442, a. *M.* lege ἐν τοῖς Ἰνδαλμοῖς.
Timon contra Phyſicos 84, b. *M.*
Xeniades 211, d. *M.*
Xeniades Corinthius 55, a. 146, c. *M.* 147, b. 209, c. 211, d. 221, e. *M.*
Xenocrates 75, b. *M.* 147, c. *M.* 165. b. *M.* Platonis auditor 65. c. *M.*
Xenophanes 46, a. 155, c. 279, ſq. *M.* 156, e. *M.* 367, b. *M.* 432, d. *M.* & paſſim. Coiophonius 51, a. *M.* 55, a. 57, d. *M.* 115, b. 140, c. *M.* 146, b. *M.*
Xenophon 139, c. *M.* Socraticus 325, b. *M.*
Zeno 153, 139, b. *M.* 180, ſeq. 198. & paſſim 443, e. 452, a. 469, c. 470, a. 332, 328, 286, 218.
Zenonis Ἀσκητεῖβαι 161, a.
Zeno in diatribis 469, d, *M.* Cittieus 327, a. d. *M.*

CAPUT

CAPUT XIX.

DE DIOGENE LAERTIO.

Diogenis Laërtii ætas, ſecta & Patria. 1. *Libri decem de vitis & dogmatibus Philoſophorum.* 2. *Interpretes & editiones.* 3. *Variæ de Laërtio & ejus dictione cenſuræ.* 4. *Num quædam vitæ ab ipſo ſcriptæ perierint.* ibid. *Ejus παίγνια deperditæ.* 5. *Index ſcriptorum à Laërtio allegatorum.* 6.

1.

DIOGENES, à Patria Laërte, a) Ciliciæ oppido, LAERTIUS, ſive ut Voſſius in Arte Grammatica pag 11. & alibi appellat, *Laertienſis.* Quis qualisque fuerit incertum reliquit, nec adeo exploratum eſt Epicuri ſectæ b) præ cæteris faviſſe. Scripſit poſt Sextum Pyrrhonium, auditoremq;

a) Sunt qui à Patre Laerte vocatum contendunt, ut H. Valeſius ad excerpta Peireſc. p. 41. *Diogenes Laertii filius ſcribit &c.* quo ſenſu Ulyſſes poſſit dici *Laertius*, qui Homero Λαερτιάδης *Laerta filius*, Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσεῦ. At apud Pindarum de bello Trojano Laertes ipſe Ulyſſis Pater, Laertius appellatur: -- *Bello Laertium atrox.* Viciſſim Diogenes noſter Euſtathio ad Iliad μ'. pag. 854. dicitur: ὁ Λαέρτης. Alterius Q. Laertii, ſub Auguſto Imperatore clari, mentio in veteri inſcriptione ap. Gruterum p. 299. Sive legendum *Lartius* ut p. 99. & 191. quod idem nomen eſt. C. Laertius Sabinianus in alia Vet. inſcriptione apud Fabrettum p. 251. Porro Λαέρτιος pro Patronymico, à Laerta Ciliciæ uſurpatum (non minus quam Λαερτικὸς apud Galenum VII. de ſimplic. medic. T. 2. edit. Baſil. p. 89. vel λαερτίτης, ut in Euſtathii loco jam laudato reſcribebat, præter mentem Euſtathii, ut exiſtimo, Tan Faber, vel Λαερτιεὺς) quin elegantius etiam dici, quam Λαερτῖος, quod ſolum iſto in loco memorat, teſtatur Stephanus Byz. in Λαέρτης. Eidem in χαλκίδαι laudatur Diogenes noſter ὁ Λαερτιεὺς ἐν δευτέρῳ Φιλοσόφων ἱστορίας, qui locus ni ſit corruptus, Laertium à patria ſic dictum eſſe, cum viris doctiſſimis mihi perſuadeo.

b) Petrus Gaſſendus ad Lib. X. Laertii pag 113. edit. Lugd. 1649. fol. *Notandum obiter, quod Laertius, & Epicurum circa mores purgaverit, & capita doctrinæ illius ſatis ſtudioſe retulerit, non poſſe idcirco Laertium, quaſi ab Epicuri potius quam alterius Philoſophi partibus ſteterit, videri ſuſpectum, quando non modo circa Platonem, ne de aliis dicam, idem præſtitit, ſed dixit etiam faminam, cui libros ſuos inſcripſit, merito δεικαίως Platonem ſive Platonis mores amare.* Forte tamen non erraverit, qui cum

remq; Sexti Saturninum Cythenatem, quorum uriusque in Pyrrhone meminit, ut adeo vixerit postremis forte temporibus Imp. Severi c) ac deinceps.

II. Exstat ejus ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΙΣΤΟΡΙΑ d) ΠΕΡΙ ΒΙΩΝ ΔΟΓΜΑΤΩΝ

cum Is. Casaubono & Menagio ad Laert. & Vossio c. 8. de Philosoph. sectis §. 21. dixerit, Laertium ad Epicuri sectam propendisse. Quod vero Samuel Parkerus in diss. de Deo. p. 39, eum Epicureæ sectæ immodice addictum adfirmat, dictum videtur & ipsum immodice. Longe magis tamen à vero aberrarunt, qui Laertium suspicati sunt fuisse Christianum, ex phrasi ἐλεημοσύνην διδόναι, quam adhibet lib. 5. sect. 17. tritam in libris Novi fœderis, & in scriptis τῶν ἔξω, ut ajunt, inauditam. At enim ἐλεημοσύνην in loco Laertii non reddere necesse est, *stipem*, sed *misericordiam*, quod probant etiam sequentia illic verba: οὐ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον ἠλέησα, *non hominis misertus sum, sed humanitatis*, non illi, sed huic dedi, ut ejus misererer. Sic *dare lacrymas* dixit Virgilius. Video & Aldobrandinum verba Laertii reddere *tribuere misericordiam*: Marcum verum Meibomium probante viro illustris doctrinæ Ez. Spanhemio in notis ad Callimachum p. 426. *misericorditer opem ferre*, non: *stipem dare*, ut Ambrosius Camaldulensis.

c) Elegantissimus Menagius in limine notarum ad Laertium, sub Marco Aurelio vixisse eum putat: quod si post vixisset, illius in Stoicorum successione meminisset, & Epicteti vitam adjunxisset. Sed hoc levius est, cum ipsius Epicteti in albo Stoicorum non meminerit, licet illum optime noverat, & in Epicuro testetur, ejus in Philosophum Gargettium criminationes sibi non probari lib. 10. sect. 6. præterea frequentissime utitur scriptis Favorini qui Epictetum teste Gellio lib. 17. cap. 19. audivit. Possit etiam responderi librum septimum, in quo de Stoicis agit Laertius, extrema parte mutilum esse, ac ne Chrysippi quidem vitam integram ad nos perveniisse, ut jam suboluit Meursio ad Chalcidium p. 31. & in Bibliotheca Græca ubi de Chrysippo agit. Cæterum tempus quo vixit Laertius diligenter inquisitum est à Jo. Jonsonio lib. 3. de scriptoribus hist. philos. c. 12. cujus sententiam amplector, licet H. Dodvvello viro doctiss. longe junior videtur, & ad Constantini tempora rejicitur diss. de ætate Pythagoræ §. 22. Idem non majore jure p. 190. quæ Jonsii sunt Gudio tribuit: *Hoc etiam probavit*, inquit, *Cl. Jonsius, vel Jonsii nomine, verius fortasse Marquardus Gudius.* Sane hanc suspicionem falsam esse certissimum est, & Gudius ipse in hisce litteris Jonsio usus est præceptore, quem etiam *anteambulonem suum* vocat Epistola ad Reinesium. In litteris autem ad Petrum Block quibus Jonsii obitum luget Ao. 1659. admodum juvenis, *Neque dubito* inquit, *quin majora semper præstitisset, sed obiit non quidem ἀκλεῶς & inglorius, ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐστομένοισι πύθεσθαι. Scripsit enim libros IV. de Scriptoribus Historiæ Philosophicæ, eosq; jam ἐν προθύροις θανάτοιο absolvit.* Natus est Jonsius Rensburgi A. 1624. ubi Rectoratum Scholæ gessit A. 1652. vocatus deinde Francofurtum ad Mœnum simili munere ibi per breve tempus functus diem obiit anno ætatis trigesimo quinto. Scripsit præterea dissertationem de Philosophia Peripatetica, Menagio etiam ad Laertium laudatam: & diatribam de Spartis quam syntagmati variarum dissertationum præclarus Grævius inseruit. Ultrajecti 1701. 4.

d) Ita vocat Stephanus Byz. tribus in locis in ἐνετοί, Δρυΐδαι & χολίδαι. Aliis Φιλοσόφων βίοι ut Photio cod. 161. p. 176. vel Σοφιστῶν βίοι, ut Eustathio ad Iliad. μ. pag. 814.

ΤΩΝ ΚΑΙ ΑΠΟΦΘΕΓΜΑΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΙ ΕΥΔΟΚΙΜΗΣΑΝΤΩΝ e) *Βιβλία ι. De vita, placitis & acutis dictis clarorum Philosophorum libri decem*, ab auctore inscripti Arriæ f) illustri fœminæ Platonis studiosissimæ, & post prolegomena de Philosophiæ origine & variis sectis, per libros primores septem agentes de Philosophis sectæ Jõnicæ: libro octavo deinceps de secta Italica, ita ut liber decimus integer tribuatur Epicuro. Hoc opus utilissimum, licet non omnibus numeris absolutum, neq; usq; quaq; accuratum, bene est quod ad nos transmissum tam multa ac præclara nos docet, quam multa nos deperditum, eaque jucundissima scitu jussisset ignorare. Hoc jam olim diligenter legerunt excerpseruntque Sopater Philosophus g) Stephanus Byzantinus h) Hesychius

e) Hic titulus editionum Frobenianæ, Stephanicæ, Aldobrandinianæ, Wetstenianæ & in duobus MSS. Regis Galliæ teste Menagio. In alio codice *Λαερτίου Διογένους βίοι καὶ γνῶμαι τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ ἐυδοκιμησάντων, καὶ τῶν ἑκάστῃ αἱρεσκόντων* vel *αἱρεσάντων*, ut in codice quodam reperit H. Stephanus.

f) Eam alloquitur Laert. lib. 3. sect. 47. in Platone, & lib. 10. sect. 29. in Epicuro. Videtur etiam operi Epistolam præmisisse dedicatoriam, quæ intercidit. Nomen fœminæ hujus primus felicissima conjectura eruit Reinesius lib. 2. Var. lect. c. 12. p. 224. ex libro de theriaca ad Pisonem, c. 3. qui inter Galeni opera legitur, & ni ipsius Galeni, certe Scriptoris est Galeno non multo junioris. Similiter Laertii exemplo Damascius Vitam Isidori & huic intextam plurium *Φιλοσόφων ἱστορίαν* à se scriptam dicavit fœminæ Theodoræ, teste Photio Cod. 181.

g) Sopater Philosophus Constantino Imp. familiaris, & ab eodem insidiis invidiaque Ablabii interfectus, in duodecim libris Eclogarum non pauca repetiit, teste Photio, cod. 161. *Ἐκ τῶν Λαερτίου Διογένους Φιλοσόφων βίων βιβλίου πρώτου καὶ πέμπτου, ἑνναίου τε καὶ δεκάτου, ἐν οἷς τὰ περὶ Φιλοσόφων διέξεισιν.* Idem Photius mihi offert ansam conjiciendi unde Jacobus Sponius in itinerario suo agens de populis Atticæ, (quem sequitur Harduinus ad Plinii Hist. Natural. T 1. p. 424.) hauserit fortasis quod affirmat *Potamum* Atticæ, fuisse Laertii patriam. Nam in eodem codice 161. ait Photius Sopatrum repetisse quædam ex scriptis Plutarchi, peculiatim ex libro qui *ἀνδρῶν ἐνδόξων ἀποφθέγματα* inscribitur, *ἔκ τε τῶν περὶ ποταμῶν*, quibus postremis verbis sive Sponius vir doctissimus aliud agens, sive alius quem forte ille est secutus, non vidit quod videre tamen proclive est, notari librum Plutarchi *περὶ ποταμῶν*, sed suspicatus est tacite notari Laertium, eumque à patria Potamo ita circumscribi. Æque infelici conjectura alii Laertium *Potamonis* Alexandrini sectatorem esse prodiderunt, qua de re infra.

h) Stephanus in Ἐνετοί, *ἔστι καὶ πόλις Ἐνετὸς, ἀφ' ἧς ἦν Μύρμηξ ὁ Διαλεκτικὸς Φιλόσοφος, ὡς Διογένης ἐν δευτέρῳ Φιλοσόφων ἱστορίας.* Respicit locum in vita Stilponis, ubi pro Μύρμηκα τὸν Ἐξαινέτου legit τὸν ἐξ Ἐνετοῦ, minus bene ut ad Laertium docent uterque Casaubonus ad Stephanum Holstenius. Nam Menagius non usus est ingenio suo, cum utramque lectionem probam esse affirmat, unius certe vocis

chius Milesius i) Svidas k) itemque alii. Allegatur etiam ab Eustatio l) in Homerum atque si Menagio ad lib. 2. sect. 105. credimus ab Origene 1. contra Celsum.

III. Laertii editiones latinæ.

Primus *latine* vertit *Ambrosius* Civenius Monachus Camaldulensis & postea Ordinis sui Generalis : rogato *Francisco Philelpho* ut versus qui passim in Laertio occurrunt versibus redderet latinis. Quod diu Philelphus facere distulit, subinvidens Ambrosii gloriæ, ut ex his ejus versibus apparet: —— —— *Si reddere, quaque latina*
Nititur Ambrosius, cur non quoque versibus ornat
Scripta suis ? —— —— —— ——
Neque morem unquam gessit ejus voluntati Philelphus, licet hoc in Epistola quadam sancte promiserat m) ita ut versus latini post mortem

cis in uno loco non nisi una proba esse potest lectio. Idem Stephanus in Δρυΐδαι. Δρυΐδαι ἔθνος Γαλατικὸν, Φιλόσοφον· ὡς Διογένης Λαέρτιος ἐν Φιλοσόφου ἱστορίᾳ. respicit locum in proœmio. Idem in χολλίδαι. Διογένης δὲ ὁ Λαερτιεὺς ἐν δευτέρῳ Φιλοσόφων ἱστορίας χολλιδεύς φησι. Locus est in vita Platonis lib. 3, sect. 41. ubi memoratur Philippus χολλιδεύς.

i) Hesychii illustris libellus de Philosophis totus, paucis exceptis, fere ad verbum est ex Laertio excerptus, licet nomine tenus non eum laudat nisi semel in Antisthene, ubi refert ejus Epigramma : Διογένης δὲ Λαέρτιος σκώπτει &c. Eoque nomine Hesychius plagiariis pridem accensitus est à Jacobo Thomasio τῷ μαιμαρίτῃ & aliis. Johannes Meursius putat apud Svidam in Ἡσύχιος, Diogenis Laertii nomen excidisse, atque adeo supplet illius locum sic : Ἔγραψεν ὀνοματολόγον ἢ πίνακα τῶν ἐν παιδείᾳ ὀναμαζῶν (ὡς Διογένης ὁ Λαέρτιος) ἢ ἐπιτομὴ ἐστὶ τοῦτο τὸ βιβλίον.

k) Raro Svidas Diogenem Laertium nominat ut in Τετραλογίᾳ, sed plurima ex Laertio αὐτολεξεὶ in ejus Lexicon relata lectos eruditus non potest ignorare. Exempli causa, ut alia in præsenti omittam, quæ Svidas habet in πᾶν, depromsit ex Laertii sit ex Laertii Zenone lib. 7. sect. 143. seq. & quæ in δόγματίζειν ex Laertii Platone lib. 3. sect. 32. Sic loca alia infinita, notata à Laertii interpretibus, & novissime à Svidæ doctissimo editore Ludolpho Neocoro.

l) Ad Iliad. μ. p. 814. κομπεῖν γῆν χύτραν ἢ λοπάδα φησὶν ὁ Λαέρτης ἐν τοῖς τῶν σοφιστῶν βίοις.

m) Verba ejus hæc sunt : *De Diogenis Laertii versibus, quod perurbane expostulas, ne mihi succenseas rogo. Nam partim occupationibus, partim animi molestia factum, ut versus illos latinos facere, ut jusseras, distulerim in hanc diem. Sed geram profecto morem voluntati tuæ.*

tem demum Ambroſii, additi & inſerti ſunt verſioni Ambroſianæ n) Brognolo curante; Quanquam vero ſimplici quodam decore ſe commendat illa translatio, multa tamen Laertii Ambroſius non eſt aſſecutus, quædam plane omiſit, quin judice Menagio tanta licentia in his libris vertendis uſus eſt, ut ſcriptorem potius Hiſtoriæ, quam interpretem dixeris. Philelphus ipſe o) in Epiſtola quadam memorata Gaddio T. 1. de ſcriptoribus non Eccleſiaſticis p. 282. Ambroſianam verſionem ut peſſimam & infinitis ſcatentem erroribus damnavit. Illam Cosmo Medico ab auctore inſcriptam poſt Ambroſii obitum recognovit *Benedictus Brognolus*, vel ex Scaligeranis ſatis notus, dicatamque Laurentio Georgio & Jacobo Baduario Patriciis Venetis luci donavit Venetiis * per Nicolaum Jenſon Gallicum Anno Domini 1475. 4. elegantiſſimo charactere exſcriptam, ſæpiſſimeque ab eo tempore recuſam Norimbergæ Ao. 1476. 1479. Tum in Gallia p) atque iterum Baſileæ apud Valentinum Curionem 1524. 4. in qua editione Conradus

n) Ambroſius in epiſtola ad Coſmum verſioni ſuæ præfixa: *Sane quòniam verſus plurimos & diverſos tum alienos, tum ſuos auctor interſerit, quod abhorrere videtur à gravitate hiſtoriæ, illos traducere conſulto omiſi, ita tamen ut nihil deeſſe ex ſenſu neceſſario ſim paſſus.*

o) Verba Philelphi ex epiſtola ad Donatum Acciolum (Acciolum) profert idem Gaddius T. 2. p. 256. *Ego Diogenem Laertium cum proxime attentus legerem quæ ille traduxit, inveni errata prope infinita, adeo, ut nihil eſſe ineptius, nihil corruptius audeam affirmare, carebam enim Græco codice, proinde utebar eò latinò, in præſentiarum vero etiam ſum nactus Græcum. Si quis vero velit rediſcere, legat traductiones Camaldulenſis Ambroſii.* Conſer quæ ex alia Philelphi Epiſtola Clariſſ. Vir Tho. Crenius part. XI. Animadverſ. p. 205.

* Ex hac editione depromta videntur excerpta Laertii latina MSS quæ cum Iſ. Caſaubono communicavit Galeſinius. Vide Iſ. Caſaub. ad Laertii VIII. 34.

p) Valentinus Curio in præfat: *Citra Græcorum exemplarium fidem nihil tentandum putavi, in hoc opere præſertim, quo vix ſcio an aliud pratereà ſit infelicius verſum, aut negligentius exeuſum, & quidem Venetiis, & ab eo qui ſe in Epiſtola quadam profitetur id editurum non aliter, quam à fratre Ambroſio fuerat trāductum è Græco in latinum. Sic enim ille loquitur. Nam illa editio quam nobis dedit Gallia, portenteſior eſt quam ut poſſit excuſari.*] Venit in manus meas illa editio Pariſienſis ſine temporis nota excuſa apud Johannem Petitum ſive Parvum in 4. nec characterum neque chartæ elegantia neque aliare commendari meretur: at Ambroſii, Brognolique Epiſtolam præfixam habet, quam in ſuis eriam editionibus recudi curavit H. Stephanus, cum variis ſpeciminibus recognitionis Brugnolianæ.

radus Heresbachius collato codice Græco Matthæi Aurogalli quædam correxit, præcipue Epigrammata & versus quosdam ab Ambrosio, & Brognolo etiam omissos latine vertit, & Græce itidem adscripsit. Ab eo tempore iterum latine prodiit Laertius Coloniæ 1542. 8. Lugd. 1546. 8. & apud Gryphium 1559. 1585. 12. Paris. 1585, 12. Antverpiæ quoque apud Plantinum Anno 1566. (non 1556. ut in Menagii notis ad Laertium pag. 3. perperam excusum est) 8. ex recognitione *Joannis Sambuci* Tirnaviensis & *Fulvii Ursini*, hoc titulo: *Laertius Diogenes plusquam mille locis restitutus, ex fide dignis vetustis exemplaribus & latine quidem editus, sed ita ut inde etiam Græcum exemplar possit restitui.* Etenim, inquit Sambucus, aliquot exemplaribus Græcis vetustissimis illis cum interpretatione collatis, atque etiam eruditis observationibus Fulvii Ursini Romani doctissimi & mihi amicissimi Viri adjunctis, spero me non parum commendationis lectioni hujus scriptoris industria ista comparasse, ut & versio nova, cui otium supersit, institui, & Græca recudi longe emendatius possint.

Editio Laertii Græca.

Græce primum lucem adspexit Laertii opus Basileæ A. 1533. ex officina Hieron. Frobenii & Nic. Episcopii. 4. ex MSto Matthæi Aurogalli codice, quo usus etiam fuerat in sua editione latina Valentinus Curio. Equidem jam antea Græce typis exscripta fuerat vita Aristotelis & Theophrasti in editione operum Philosophi Stagiritæ Aldina Venet. 1495. fol. & cum Theophrasto de lapidibus ibid. 1497. quemadmodum etiam ab eo tempore sæpius singulæ quædam vitæ è Laertio consueverunt præfigi editionibus operum Platonis, Aristotelis, Xenophontis, Theophrasti &c. At integer Laertius ante editionem Frobenianam Anni 1533. Græce nondum excusus fuerat, & quemadmodum in multis aliis ita in hoc quoque fallit Bibliotheca Georgii Draudii, quod memorat editionem Græcam Anni 1531. ex officina Jo. Frobenii.

Editiones Laertii Græcolatinæ.

Græcolatinæ editiones Laertii hactenus senæ prodierunt. Prima Henrici Stephani Ao. 1570. 8. Subjuncta ad calcem voluminis Ambrosii versione & H. Stephani castigationibus, Pythagoræorumque fragmentis ex Stobæo Græce descriptis.

Digitized by Google

Secunda ejusdem Stephani A. 1594. 8. cum ipsius castigationibus & recognitionis Brugnolianæ recensione, Pythagoræorumque fragmentis, sed versione Ambrosii è regione posita, & adjunctis Isaaci Casauboni doctissimis in Laertium notis, secunda hac editione auctioribus atque emendatioribus, quæ prius separatim prodierant sub nomine *Isaaci Hortiboni*, q) Morgiis Ao. 1583. 8.

Tertia cum notis H. Stephani & Is. Casauboni, fragmentisque Pythagoræorum, subjuncto præterea *Hesychii illustris* libello de Philosophis Græce, cum versione Adriani Junii, & hujus atque H. Stephani castigationibus. Coloniæ Allobrogum sive Genevæ. 1615. 8. apud Joh. Vignon, Jacobum Stoer, Petrum & Jacobum Chouet & Samuelem Crispinum. In quibusdam exemplis hujus editionis vidi etiam adjunctum *Eunapium* de vitis Sophistarum, Græce cum ejusdem Junii versione, idq; titulum ipsum præ se ferre, qui in aliis ejusdem editionis exemplis alius est, nullamque Eunapii in volumine ipso, in his etiam omissi, mentionem facit.

Quarta cum versione posthuma *Thomæ Aldobrandini* & eruditis ejusdem in Laertium notis, sed quæ ultra Leucippi vitam libro nono haud procedunt, auctore, priusquam opus absolvisset, fatis intercepto. Itaque

q) Vernaculum nomen *Casauboni* prætulit postea vir ille doctissimus, quod plane idem est cum *Hortiboni* nomine, *Casan* enim apud Delphinates qualis erat Casaubonus, significat *hortum*, ut notavit Menagius in Menagianis T. 2. p. 334. Porro viginti quinque annos natus fuit, cum notas in Laertium edidit, & parenti suo Arnoldo Casaubono inscripsit, à quo responsum tulisse fertur in hæc verba: *Laudo tuum studium, mi fili, verum hoc scito, rem gratiorem te mihi facturum, si vel unum dictum sacræ Scripturæ difficultatibus aliquibus obstructum explicueris, quam si mille profanorum scriptorum loca depravata correxeris.* Præter notas editas, quas licet præclaris, deinde vix agnovit pro suis, etiam prolixiori commentario Laertium à se illustratum & castigatum testatur Causaubonus in præfat. *Caterum quam sæpe in hoc opere scribendo vacillans memoria Laertio fuerit fraudi, aut otium judicium ve ad ea digerenda defuerit, quæ satis confuse congesserat, poteris, benevole lector, ex his nostris notis cognoscere, plenius multo cognituru, si dederit Deus Opt. Max. ut institutum & prope jam affectum commentarium, quem in hunc auctorem paramus, absolvere liceat.* Et publicis prælectionibus illustratum à se Laertium Casaubonus testatur in notis ad lib. 3. sect. 10. Fallitur Adrianus Bailletus qui T. 3. Judicior. p. 478. affirmat, exstare versionem Laertii latinam à Casaubono adornatam. Idem error occurrit in parte prima Biographici diarii Wittiani ad Ao. 1614. Cal. Jul. qui dies Casaubono fuit emortualis. At enim lapsusne memoria etiam Reinesius est, qui versionem Laertii ab Adr. Junio recognitam ait p. 415. Var. Lect.? an Junii opera usus est in sua editione Joh. Sambucus?

Digitized by Google

que ſi quædam & in verſione elegante cæteroqui & accurata obelo digna viſa ſunt Merico Caſaubono atque aliis viris doctis, hoc tanto minus Aldobrandini famam lædet, quod ultimam manum addere lucubrationibus ſuis haud potuit. Nam Mericus ipſe fatetur illum fuiſſe, ſi vixiſſet, ea facile correcturum, *qui præter multiplicem in his litteris eruditionem, non vulgarem quoque ſermonis Græci peritiam locis difficillimis prodat ac præſtet.* In lucem emiſſa eſt diu poſt auctoris obitum r) à patruele ejus Petro Aldobrandino Cardinali, Romæ apud Aloyſium Zannetum A. 1594. fol. & contextum ipſum Laertii Græcum etiam (paucis forte exceptis, quibus vulgatas editiones rectius & plenius habere idem Mericus Caſaubonus notavit) longe emendatiorem exhibet caſtigatum ad fidem vetuſtiorum codicum, Farneſiani præcipue optimæ notæ ac miræ vetuſtatis.

Quinta Londini s) A. 1663. fol. in qua repetitæ Romanæ editioni cum Aldobrandini verſione & notis, ſubjunguntur *Ægidii Menagii* in Laertium doctæ & laborioſæ obſervationes Emerico Bigotio ab auctore inſcriptæ, cum indice auctorum à Laertio allegatorum. Has ut ſcriberet ab Octaviano Pulleyno rogatus fuerat, ingentes antea ſed vix affectos, ac deinde abjectos deperditosque commentarios Philoſophicos molitus. Easdem quo in Anglia emendate ederentur Menagius ipſe tribus MSS. Bibl. Regis Galliæ & Florentino codice uſus, ſuo ſumtu ſeparatim typis exſcribi juſſit Pariſiis apud Eadmundum Martinum Ao. 1662. 8. atque ita excuſas miſit ad Joh. Pearſonum, qui ei gratias agit eique gratulatur humaniſſima epiſtola, quæ Menagii obſervationibus præmittitur. Ac profecto omnium virorum honeſtorum eruditorumque punctum animadverſiones illæ tulerunt, præter unius Jacobi Gronovii, qui longas illas ac tædioſas conqueſtus eſt in notis ad Gellium pag. 8. Acceſſerunt eidem Londinenſi editioni præter notas Iſaaci Caſauboni, non ſpernendæ quædam *Merici Caſauboni* filii ad Laertium ipſum & ἔκδοσιν Aldobrandinianam animadverſiones, quibus inter alia inſerta eſt vita Platonis ſcriptore *Olympiodoro* cum verſione Jacobi Vindeti & notis. Hanc jam ſupra obſervavi excerptam eſſe ex Olympiodo-

r) Fallitur itaque Kœnigius in Bibl. qui Thomam Aldobrandinum Ao. 1594. claruiſſe affirmat.

s) Non Lugduni, ut legas in pandectis Brandenburgicis, in *Aldobrandinus*. Chimæricâ quoque eſt in Lipenii Bibl. laudata Laertii editio, quæ dicitur lucem adſpexiſſe Hagæ Comitis A. 1656. 4. cum notis H. Stephani, Iſ. Caſauboni, Tho. Aldobrandini & Gaſſendi.

piodori prælectionum in Alcibiadem hactenus ineditarum praxi, ſive lectione prima. Similiter Menagius obſervationibus ſuis vitam Ariſtotelis eousque ἀνέκδοτον Græce inſeruit & notis illuſtravit.

ſexta denique & ultima priores omnes fere integras in ſe amplectens, certe elegantia, cura, apparatu quam longiſſime vincens, debetur *Henrico Wetſtenio* typographo, noſtræ ætatis præſtantiſſimo, Amſtelodami A. 1693. t) quarta forma majore, duobus voluminibus. In priori volumine Græca Laertii accuratiſſime & nitidiſſime ſunt excuſa, ad fidem editionis Romanæ, tum à Marco Meibomio V. Cl. in ſegmenta diſtincta ac bene multis in locis ex prioribus editionibus & MSS. A rundeliano atque Cantabrigienſi emendata: excuſa vero ſunt ſine ullis ſcripturæ compendiis quorum in libris Græcis impreſſis uſus vulgo eſſe ſolet. Tum addita latina verſio Ambroſiana, ab eodem Meibomio ita emendata ac ſuppleta ut alia prorſus videatur. Icones quoque XXIV. u) Philoſophorum, elegantiſſime in æs inciſæ paſſim adjunctæ ex veteribus nummis, gemmis, monumentis, niſi quod imago p. 56. adjecta exponendo Cleobuli ænigmati Meibomiano ingenio debetur. Denique ſingulis paginis ſubjectæ integræ notæ H. Stephani, utriusque Caſauboni, Aldobrandique & ineditæ antea ejusdem Meibomii, quem jam pridem ante Menagium Laertii illuſtrandi impetus ceperat. Volumen poſterius præter Ægidii Menagii obſervationes x) longe quam in Londinenſi editione locupletiores & magis emendatas exhibet ejusdem *hiſtoriam mulierum Philoſopharum* q) Annæ Daceriæ Tan. Fabri Filiæ inſcriptam

t) Exempla quædam hujus editionis charta ampliſſima excuſa fuere.

u) Hi ſunt: Thales, Solon, Pittacus, Anacharſis, Socrates, Æſchines, Ariſtippus, Euclides, Plato, Xenocrates, Carneades, Ariſtoteles, Theophraſtus, Antiſthenes, Diogenes, Monimus, Chryſippus, Pythagoras, Archytas, Heraclitus, Zeno, Democritus, Sextus Empiricus, & Epicurus.

x) Has auctiores ea lege Wetſtenio conceſſit Menagius ut ſeperatim ederet, neque aliorum inſertas animadverſionibus Laertio ſubſterneret.

y) Mirum eſt ab illo præteriri *Ædeſiam* uxorem Hermiæ, de qua Svidas, *Æſaram* Lucanam Pythagoricam de qua Stobæus, *Helviam*, cujus ſtudium Philoſophiæ laudat Seneca c. 16. conſolationis ad eam ſcriptæ, aliasque. Neque tamen probo malignum judicium Vignolii Marvilii T. 2. Miſc. p. 30. cujus ex ſententia hiſtoria hæc libellus eſt perjejunus auctoris ſenium aperte referens. *Un petit livre tres maigre & qui ſe ſent fort de la vieilleſſe de l' Auteur.*

Digitized by Google

ptam quæ cum ejus lectionib⁹ in poëma quoddam Petrarchæ Hetruſco idiomate ſcriptis lucem adſpexerat Lugduni A. 1692. 12. & eodem anno ſeparatim in 8vo. cura H. Wetſtenii, typis Amſtelodamenſib⁹ exſcripta fuerat. Poſt hanc offerunt ſeſe breves ſed pereruditæ *Joachimi Kuhnii* Argentoratenſis in Laertium animadverſiones, quibus lux nova & præclara affertur locis multis & obſcuriſſimis. Hæ nunquam antea lucem adſpexerant, uti nec quæ illas excipiunt Variæ Lectiones ex MSS. Codicibus Arundeliano & Cantabrigienſi collectæ à *Thoma Galeo*, viro itidem eruditiſſimo & duobus vel tribus poſt Kuhnium annis pari litterarum elegantiorum jactura denato. * Denique præter editionum priorum præfationes (in quibus epiſtolam Brognoli & Sambuci & H. Stephani recenſionem recognitionis Brognolianæ omiſſam miror) & vitam Platonis ſcriptam ab Olympiodoro & à Vindeto illuſtratam, opus hoc ornant atque utilius reddunt locupletiſſimi Indices magno ſtudio confecti, & ad ſegmenta Meibomiana accommodati à Viro Clariſſimo *Johanne Clerico*. z) Omiſſæ ſunt in hac editione propter molem & quia plus ſimplici vice jam prodiiſſent *Petri Gaſſendi* notæ & Philoſophica commentaria in decimum Laertii librum ſive vitam Epicuri, quam nova etiam latina verſione donavit & variis in locis caſtigavit, græceq; ac latine edidit Pariſ. 1646. fol. recuſa Lugd. 1649. & 1675. fol. & inter opera Gaſſendi ibid. 1658. fol. Cum nemo ignoret quanto apparatu, eruditione & Philoſophica præcipue induſtria Epicuri Philoſophiam illuſtraverit vir ille modeſtiſſimus, ſuffecerit hoc loco obſervaſſe notas ejus Criticas hinc inde laudato Gaſſendi nomine delibari ab Ægidio Menagio: reprehendi vero itidem ſæpius verſionem ejus notasque tum ab eodem Menagio & Merico Caſaubono, tum maxime à Marco Meibomio, quo judice major Philoſophus quam Grammaticus fuit Gaſſendus. Idem p. 663 *Admonere hic lectorem debeo rei ipſius cauſa, in hujus decimi libri verſione ſæpe à Gaſſendo me diſſentire. Inſtructus enim ſi verum dicere velimus parum fuit iis litteris, quibus eruditi viri maxime confidere ſolent, quando ad vertendos Græcos Auctores ſe accingunt.*

* Debuerunt etiam Nicaſio proxeneta accedere huic editioni notæ *Lantini* viri docti & in judicio ſupremo Burgundiæ Conſiliarii, ſed neſcio quomodo perinde ut alia ipſius ſcripta lucem non adſpexere. Vide Basnagii Bellovallii Hiſtoriam operum eruditorum A. 1696. menſe Febr. p. 283.

z) Elegans carmen Græcum in laudem hujus editionis à Præceptore meo *Joh. Georgio Herrichio* τῷ μακαρίτῃ concinnatum exſtat in Actis Eruditorum A. 1698. p. 318.

Digitized by Google

Prætereo quod magnam vitæ Epicuri partem è Laertio Græce descripsit, & cum Lucretio contulit in sua illius Poëtæ præclara editione *Obertus Giſanius* Lugd. Batavorum 1695. 8vo. Vitam Diogenis & Aristippi ex Laertio excerpsit & Latine vertit paucis in hoc genere litterarum comparandus *Paulus Leopardus* Antvverp. 1556. 8vo. Varia quoque ex Laertio expressit & latine vertit *Erasmus* in suis apophtegmatis. Denique *electa Laertiana* sive locos communes Philosophicos è Laertio digessit, & Græce ac Latine edidit *Guilelmus Donaldsonus* Francof. 1625. 8.

Versiones Laertii in linguas Vernaculas.

Italice sive Hetrusco idiomate Laertius bis prodiit Venetiis A. 1535. & 1545. 8. per *Felicem Astolfum*.

Gallice per *Franciscum de Fougerolles* Doctorem Medicum, cum notis. Lugd. 1602. 8. Iterumque Gallice Pariſ. 1668. 12.

Anglice non uno auctore Lond. 1688. 8.

IV. Menagio in notis p. 255. seq. observante plenus est Laertius additamentorum: atque ut idem p. 253. notat, plenus est idiotismis sive plebejo dicendi genere tam in phrasi quam in verbis, quemadmodum à Salmasio pridem observatum in commentario de lingua Hellenistica p. 107. Passim quoque obscurus est & ambiguus quo nomine reprehenditur à Clarissimo Bælio in Lexico a) tanquam parum accuratum scriptorem traducente. Bartholomæus Keckermannus libro de Historia *Languide & frigide, sæpe tamen non inutiliter* Laertium scripsisse dixerat, quod non ferens Gerh. Joh. Vossius lib. 2. de Hist. Gr. c. 13. frigidam vocat laudem operis utilissimi & auro contra non cari. Certe Melchior Canus professus fuit melius in isto & fide dignius traditas esse vitas

a) T. 2. edit. 1. p. 1258. *Il y a mille endroit obſcurs & ambigous dans Diogene Laërce. Cela ne lui fait guere honneur. Un eſprit exact auroit évité ces tenebres.* Idem alibi: *Cet auteur n' ayant guere plus d' exactitude dans ſes raiſonnemens que dans ſes recits on peut fort bien ſe tromper en lui imputant les penſees qui ſemblent avoir la plus grande liaiſon avec ſes phraſes.* T. 2. edit. 2. p. 1130. Jo Clericus T. 10. Bibl. ſelectæ p. 140. *Mr. Dodwel parle avec raiſon d' une maniere conditionelle du ſtile de Diogene, parce que cet Auteur n' écrit point exactement, & à un ſtyle que les Grecs appelloient des idiots ou idiotique, qui étoit celui dont les gens ſans lettres ſe ſervoient, lorqu' ils écrivoient quoique ce fût un homme d' une grande lecture.* Trajectiones Laertii frequentes observat Is. Casaubonus ad Polemonis vitam IV. 20.

Digitized by Google

vitas Philoſophorum, quam à multis Chriſtianis Vitas ſanctorum. Auctor vitæ Laertii quæ Anglicæ ejus verſioni præfigitur, non ſatis cauſæ habuit cur dubitaret an Platonis vita, Zenonis dogmatum epitome & tres Epicuri epiſtolæ ab ipſo Laertio fuiſſent adjectæ. Nullam certe cauſam cur ita ſentiret memoravit, & quam animo preſſiſſe videtur, alienum & diverſum hoc videri à ratione ſcribendi Laertiana per reliquum operis corpus ſervata, tanto minus me movet, quo minus ſibi in cæteris omnibus ſimilis eſt Laertius. Neque exploratiſſimum omnino eſt illum fuiſſe ſectatorem Potamonis Alexandrini, ut idem auctor vitæ tradit, etſi nusquam ſectæ cujusdam rigidum aſſectatorem fautoremve deprehendi facile largior. At Potamonis ſententiam in proœmio ſect. 21. ita refert Laertius, ut nullo modo innuat eam ſibi probari, neque Potamonis animus fuit nullam amplecti ſectam, ſed ex quavis illarum certa quædam ſeligere, ita ut nova inde ſecta conflaretur, ſed nullius nominis illa & nemini fere probata, quoniam libellis Potamonis forte deerat genius, ut notatum Iſaaco Caſaubono in notis ad Dionem Chryſoſtomum. Mirum quoque ne vitam quidem Potamonis à Laertio referri, quem ſub Tiberio floruiſſe Heſychius illuſtris teſtatur, Laertius ipſe ait hæreſin ejus ὑπὸ ὀλίγων introductam. Aut aſſentiamus Claudio Salmaſio affirmanti, plures à Laertio deſcriptas vitas temporum injuria intercidiſſe. Ita enim ille p. 888. ad Solin. edit. Pariſ. *Myrmecis illius* (Stephano laudati) *nulla quod ſciam mentio invenitur in iis libris Diogenis qui hodie exſtant. Sed magnus defectus in illa hiſtoria Philoſophica Laertii, injuria temporum accidit, ut ex indice vetuſtiſſimi codicis obſervatum mihi olim, quo longe plures Philoſophorum vitas habemus. In eo laterculo memini legere* Κορνοῦτον *&* Πολέμωνα *&* Ἄρειον *& alios quam plurimos ut alibi dicam. In his &* Μύρμηκ *Philoſophus* Διαλεκτικὸς *qui fuit ex oppido Eneto Paphlagoniæ oriundus.* Verum memoria lapſus eſt Salmaſius, cum Myrmecis mentionem & Polemonis vitam in libris editis exſtare non putavit: *Sed fortaſſe* τυπογραφικὸν *fuit ἁμάρτημα Polemonis pro Potamonis. An Cornuti, Arei & Myrmecis vitas ſcripſerit Laertius, dixerit vates aliquis non ego. Crediderim non ſcripſiſſe. Aliquid tamen in opere Laertii deſiderari nullus dubito. Certe deeſſe videtur præfatio aliqua ad fœminam illam* Φιλοπάτωρα *cui opus dicaverat. Etiam in catalogo librorum Chryſippi omnes libri phyſici deſunt, aliique non pauci ut adeum catalogum oſtendemus. Epitomen ſolum eſſe hoc opus, vir acerrimi judicii Tanaquillus Faber exiſtimabat.* Hæc ad Salmaſii locum Menagius in limine ſuorum in Laertium commentariorum.

V. Ante Historiam Philosophicam à Diogene Laertio scripta fuerat atq; edita b) ΠΑΜΜΕΤΡΟΣ sive *liber Epigrammatum poëmatiorumq; in viros claros* vario carminis genere, qui jam pridem intercidit exceptis epigrammatis quæ ex hoc passim scoptica partim, partim seria produxit in vitis Philosophorum ipse Laertius & post Laertium Hesychius illustris Exstant etiam Laertii Epigrammata quædam in Anthologia Maximi Planudæ & Johannes Tzetzes Chiliad. 3. hist. 61. affert Laertii epigramma in Democritum, sed quod legitur etiam in vita Democriti à Laertio scripta, ut visam à Tzetza ipso Pammetron non sit necesse. Auctorem appellat Ἐπιγραμματογράφον, & in ora libri annotatur ὁ Διογενιανὸς, quod idem nomen est ac Διογένης. Ἐπιγραμματογράφος τί πις γράφει τὸ ἅδε &c. Si Ambrosio Laertii interpreti credimus, scripsit is etiam ὑπομνήματα sive *commentarios in sillos Timonis*, eorumque librorum primum laudat ipse in Timonis vita sub initium. Decepit Ambrosius Gyraldum dialogo 3. de poëtis p. 291. Thomam Aldobrandinum in Laërtii versione, Thomam Pinedo in elencho scriptorum à Stephano Byz. allegatorum aliosque. Sed jamdudum hic error ab aliis Laertii interpretibus Menagio & Meibomio emendatus est, animadversusque etiam à Vossio lib. 2. de hist. Græcis c. 3. Neque enim affirmat se, sed Apollonidem Nicæum τὸν πρὸ ἡμῶν. c) *qui paulo ante nos*, inquit Laertius, *vixit*, commentarios in Sillos Timonis Phliasii conscripsisse & Tiberio Imp. dicasse. Vide & Franciscum Patricium lib. I. discussionum Peripateticarum p. 19. Vossium Institutionum Poeticarum lib. 2. c. 20. Leonem Allatium de Simeonibus p. 204. seq. & Joh. Jonsium lib. 3. hist. Philosoph. c. 3.

VI. INDEX SCRIPTORUM
quorum meminit DIOGENES Laertius, depromtus ex editione Wetsteniana.

Ἀγρίππας. IX. 88.
Ἀθήναιος. X. 12.
Ἀθήναιος ὁ Ἐπιγραμματοποιός. VI. 14. VII. 30.
Ἀθηνόδωρος. VII, 68. 121. 149.
ἐν ἡ. περιπάτων III. 3. V. 36. IX. 42.

Αἰνη-

ὅμοια, ſimilitudinum libri 61,c.68,f. 86,c.105,b.133,b.303,c.308, e.313,a, 319,b. 324,f. 327,c. 329,f.391,d,369,a.
Sphærus.
περὶ λακωνικῆς πολιτείας, De Lacedæmonum republica 133,b.
Sphodrias.
τέχνη ἐρωτικὴ, Ars amatoria 162,b.
Staphylus 45,d.
Staſimo attribuuntur:
Κύπρια ἔπη, Cyprii verſus 682,d.

Stepha-

Stephanus.
ὀψαρτυτικὰ, De condiendis obſoniis 516, c. Vide ſupra Philotimus.
Stephanus comicus.
Φιλολάκων, Philolacon 469,b.
Sthenelus tragicus 367,b. 428,a.
Steſichorus 81,d. 154, f. 457, a. 499,a. 619,e.
ἑλένη, Helene 451,d.
παιδικὰ, ἢ παιδία, Puerilia 601, a.
συοθήρας, ſuis venatio 95, d.
Steſimbrotus Thaſius.
περὶ Θεμιστοκλέους, Θουκυδίδου, καὶ Περικλέους, De Themiſtocle, Thucydide, & Pericle 589,e.
Stilpon Cynicus.
ὑπομνήματα, Commentaria 162,c.
Strabo.
γεωγραφικὰ, Geographica 121, a, 657, f.
Stratocles 135,b. 137,c.
Straton comicus.
λεπρομέδα. Lepnomeda 473,c.
Φοινικίδης, Phœnicides 382,b.
Stratonicus 163, f.
Strattis 68, f. 299, c. 324, b. 592, d.
ἀνθρωποῤῥαίστης, Anthroporrhaiſtes 127, d.
ἀταλάντη, Atalanta 302,c. 399,c.
καλλιπίδης, Callipides 304, c. 656,b.
κυνηγία, ἢ κυνηγεσία, Venatio 396,a. ſed legendum, Cineſias. Fuit is comicus poëta, ſupra fidem macilentus, pag. 551,d.
λιμνομέδα, Limnomeda 327,e.
μακεδόνες, Macedones, 302,e. 396,a.
μακεδόνες ἢ παυσανίας, Macedones ſive Pauſanias 589,a.
μηδεία, Medea 467,e. 690, f.
νεκυα, Funus 160,b.
παυσανίας, Pauſanias 654,f.
τρωίλος, Troilus 76,e.
Φιλοκτήτης, Philoctetes 327,e.
Φοίνισσαι, Phœniſſæ 160,b. 621.f.
χρύσιππος, Chryſippus 169,b.
ψυχασταὶ, Pſychaſtæ 124, d. 373,f. 502,f.
Sylla Roman. Imperator.
κωμῳδίαι σατυρικαὶ, Comœdiæ Satyricæ 261,c.

Teleclides 56,d. 64,f. 644,f.
ἀμφικτύονες, Amphictyones 75,c. 82,b. 619,a.
ἀμφικτύων, Amphictyon 268,a. 335,a.
ἑταῖροι, Amici, ſocii 656,e.
ἡσίοδοι, Heſiodi 87.a. 344,d. 436.f.
πρυτάνεις, Prætores 170,c. 370,b. 553,e.
στατῆρι, Solidi 399,c. 639,a. 648.e.
Telephanes.
περὶ ἄσεως, De civitate 614,e.
Teleſilla Argiva 627,e.
Teleſtes.
ὑμέναιος διθύραμβος, Hymenæus dithyrambus 637, a.
Teleſtes Selinuntius 625,f.
ἀργὼ, Argo 616,f.
ἀσκληπιὸς, Aſclepius 617.b.

ὁ πρὸ Τελχινιακὴν ἰσοχεία συνθήκης 282, e.
Tenarus 672, a.
Terpsicles 391, f.
περὶ ἀφροδισίων, De venereis 325, a.
Teucer.
ὁρισμοί, Definitiones 455, e.
Thales Cretensis.
ᾠδαί, Odæ, cantica 678, b.
Themison.
παλλήνιος, Pallenis 235, a.
Themison Cyprius 289, f.
Themistagoras Ephesius.
χρυσῆ βίβλος, Aureus liber 681, a.
Theocles.
ἰθύφαλλοι, Ithyphalli 497, e.
Theoclitus.
περὶ ὡρῶν, De tempestatibus 470, c.
Theocritus Syracusius 49, f.
Βερενίκη, Berenice 284, a.
φαρμακεύτρια, Venefica 475, e.
Theodectes Phaselites 454, d.
Theodectus 134, c.
Theodoridas Poeta 229, b. 302, c.
κένταυροι, Centauri 699, f.
τριόδους, ἢ ῥωπηπώλης, Tridens, sive Sepulsiarius ibid.
Theodorus 122, c.
ἀττικῆς γλώσσης, Atticæ linguæ 646, c. 677, b. 678, c.
Theodorus Hierapolites.
περὶ ἀγώνων, De certaminibus 412, e.
Theognetus.
φάσμα, ἢ φιλάργυρος, Spectrum aut avarus 104, b. 671, b.
φιλοδέσποτος, Amans domini 616, a.
Theognis poet. 428, c. 457, b. 513, d. 633, d.
περὶ τῶν ἐν ῥόδῳ θυσιῶν, De sacris Rhodiis 360, b.
Theognis Megarensis poeta.
ἔλεγοι, Elegi 317, a.
Theolytus Methymnæus.
βακχικὰ ἔπη, Bacchica carmina
Theophilus.
βοιωτία, Bœotia 472 d.
ἐπίδαυρος, Epidaurus 417, a.
ἰατρός, Medicus 340, d.
νεοπτόλεμος, Neoptolemus 560, a. 635, a.
παγκρατιαστής, Pancratiastes 95, a. 417, b.
πρωτίδες, Prœtides 472, e.
Φίλαυλος, Philaulus 563, a. 587, f.
Theophrastus 50, a. 69, e. 391, e. 435, e. 676, d. 679. c. 680, e. 684, e.
αἴτια φυτικά, Causæ plantarum 55, e. 77, e.
ἐρωτικὸς, Amatorius 562, e. 567, b. 606, e.
περὶ βασιλείας πρὸς Κάσανδρον 144, e.
περὶ γελοίου, De ridiculo 348, a.
περὶ δακετῶν καὶ βλητικῶν, De iis quæ morsu venenata sunt 314, c.
περὶ ἐνθουσιασμοῦ, De Enthusiasmo 624, a.
περὶ ἑτεροφωνίας τῶν ὁμογενῶν, De varia voce animalium congenerum 390, a.
περὶ εὐδαιμονίας, De felicitate 543, f. 507, a.

περὶ

περὶ ἡδονῆς, De voluptate 511, c. 526, e.
περὶ κολακείας, De adulatione 254, d.
περὶ κωμῳδίας, De comœdia 261, d.
περὶ λίθων, De lapidibus 93, a.
περὶ μέθης, De temulentia 423, f. 465, b. 497, e. 681, f.
περὶ ὀδμῶν, De odoribus 70, a.
περὶ πνιγμοῦ, De ſuffocatione 66, f.
περὶ τῶν ἐν τῷ ξηρῷ διαιτωμένων, De piſcibus qui in ſicco perdurant 312, b. 317, e.
περὶ τῶν ζώων, De animalibus 387, e.
περὶ τῶν κατὰ τόπους διαφόρων, De locorum differentis 317, f.
περὶ τῶν μεταβαλλόντων τας χρόας, De iis quæ colorem mutant 317, e.
περὶ τῶν πνιγμένων διὰ χειμῶνα, De ſuffocatis propter hyemem 331, d.
περὶ ὑδάτων, De aquis 41, f.
περὶ τῶν φωλεύοντων, De animalibus quæ latent 63, c. 105, d. 314, c.
περὶ φυτῶν ἱστορίαι, Hiſtoria de plantis 31, e. 50, b. 54, f. 56, f. 61, e. 64, d. 66, e. 77, a. 82, e. 470, f. 673, e. 681, b.
τραυματίας, Vulneratus, ſaucius 562, f.
Thepompus comicus.
ἄδμητος ἢ ἡδυχαρὴς, Admetus, ſive Hedychares 690, a.
ἄλθαι, Morborum curationes 501, f.
ἀφροδίτη, Venus 324, b.
εἰρήνη, Pax 368, c. 374, b. 652, f.
Θησεύς, Theſeus 82, c.
καλλαισχρον, Turpe honeſtum 302, f. 399, c. 423, a.
μῆδος, Medus 481, e. 487, e.
νεμέα, Nemea 470, f.
ὀδυσσεύς, Ulyſſes 165, a.
παμφίλη, Pamphila 487, c.
πηνελόπη, Penelope 183, f 657, b.
σειρῆνες, Seirenes 399, d.
στρατιώτιδες, Fœminæ militantes 483, e.
φινεύς, Phineus 649, b.
Theopompus Chius 45, c. 50, e. 67, f. 68, d 217, e. 573, c. 616, d. 627, d. 700, f.
ἱστορίαι, Hiſtoriæ 77, d. 85, a. 144, f. 166, d. 249, c. 252, a. 260, d. 265, c. 271, c. 435, a. & d. 444, e. 517, c.
ἑλληνικὰ, Rerum Græcarum libri 271, f. 384, a.
κατὰ τῆς πλάτωνος διατριβῆς, De Platonis inſtitutis ac exercitatione 508, c.
περὶ τῆς χίης ἐπιστολῆς, De Chia epiſtola 586, c.
περὶ τῶν συληθέντων ἐκ δελφῶν χρημάτων, De pecuniis quæ ex Delphis compilatæ ſunt 605, a.
πρὸς Ἀλέξανδρον συμβουλαὶ, Ad Alexandrum conſilia 230, f.
σύγγραμμα, Commentarius 531, a.
φιλιππικὰ, Philippica 145, a. 149, d. 157, e. 166, d. 213, f. 384, a. 476, d. 526, e. 531, a.

Theopompus hexametrorum poeta.
ἀρματίον, Curriculum 183, b.
Theotimus.
κατ' Ἐπικούρου βιβλία, Contra Epicurum libri 611, b.
Thucydides 108, f. 189, d. 215, d. 478, f.
Timachidas Rhodius 369, a. 677, d. 678, c. 699, c.
γλῶσσαι, Linguæ 678, a. 53, c.
τὸ δεῖπνον, Liber cœnarum 5, a. liber IX. 283, c.
Timæus Tauromenites, Epitimæus dictus 206, d. 272, a. 522, a, 523, c. 573, d. 602, f.
ἱστορίαι, Historiæ 153, d. 163, e. 250, a. 264, c. 327, b. 471, f. 589, a.
Timarchus.
περὶ Ἐρατοσθένους ἑρμῶν, De Eratosthenis Mercurio 501, f.
Timocles.
αἰγύπτιοι, Ægyptii 300, a.
δάκτυλος, Digitus 295, b. 385, a.
Δῆλος, Delus 341, f.
δημοσάτυροι, Populares satyræ 165, f.
Διονυσιάζουσαι, Menades 223, b.
Δορεὺς Πανσκλείδης, Doreus Tautocleides 567, f.
δρακόντιον, Dracontium 237, d.
Ἐπιστολαί, Epistolæ 240, f. 243, b.
Ἐπιχαιρέκακος, Epichærecacos, gaudens alienis malis 241, a.
ἥρωες, Heroes 224, a. 455, f.
Ἰκάριοι, Icarii 342, a.
Καύνιοι, Caunii 240, e.
Κένταυρος, ἢ Δεξαμενός, Centaurus, sive Labrus 240, d.
Κονίσαλος, Conisalus, unus ex ministris Priapi 430, f.
Μαραθώνιαι, Marathoniæ 50, f.
Νεαίρα, Neæra, 567, e. 591, d.
πολυπράγμων, Curiosus 327, f.
πρὸς Ἀλέξανδρον Ἐπιστολή, Ad Alexandrum epistola 595, a.
πύκτης, Pugil 246, e.
Σαπφώ, Sappho 327, c.
Φιλοδικαστής, Philodicastes, sive rabula forensis 245, b.
Ψευδολῆσαι, Pseudolestæ, falsi latrotrones 109, c.
Timocrates Lacedæmonius.
περὶ τῆς σφαιριστικῆς, De lusu pilæ 15, c. 29, f.
Timomachus.
Κυπριακά, Cypriaca 638, a.
Timon Pyrrhonius Phliasius 158, a. 281, e. 558, e.
σίλλοι, Silli, id est, mordaces joci liber secundus 160, a. liber tertius 251, c. 279, f. 424, b. 445, e.
Timon.
προδεῖπνον, Prodipnon, (merendam interpretari licet) 406, e. (601, c.
Timotheus Milesius poeta 122, d.
Κωμάδιον, Catulus 243, d.
Κυκλώπια, Cyclopia, Cyclopum officina 465, c.
Ναῦτιλος, Nauta 338, a.
Tryphon Alexandrinus 182, e. 299, a. 400, a.
περὶ Ἀττικῆς προσῳδίας, De Atticis accentibus 53, b.

περὶ

περὶ ὀνομασιῶν, De rerum appellationibus 174,e.503,d.634,d. 618,c.
φυτῶν ἱστορία, Plantarum historia 78,a. 109, 114,b.
Typhon.
περὶ ζώων, De animalibus 324, f.
Tyndarus Sicyonius.
ὀψαρτυτικὰ, De condiendis obsoniis 662, d. Vide supra Philotimus.

Varro, Menippeus cognominatus 160,c.
Vder Grammaticus 118, d.

Xanthus.
λυδιακὰ, Lydiorum res gestæ, vel commentarii 404, a.
Xenarchus 63, f.
πένταθλος, Quinquertio 440, c. 441,e.569,a.
πορφύρα, Purpura 225,c.
πρίαπος, Priapus 473, f.
σκύθαι, Scythæ 367,b. 418,e.
ὕπνος, Somnus 559,a.
Xenochartus.
δίδυμοι, Gemini 426,b.
Xenocles orator Athenienſis 134, e.
Xenocrates 186, b.
Xenophanes Colophonius 413. f.476,d.526,a. 576,c.632,c.
ἐλεγεῖα, Elegiaca carmina 308, f,
παρῳδαί, Parodæ 54,e.
Xenophon 177,b. 179,d. 186.e. 217,f.510,c.613,b.673,f.
ἀγησίλαος, Ageſilaus 144,b,
ἀνάβασις Κύρου, Aſcenſus Cyri 16,a. 49,b.71,c.150,f.252,a.390,c. 397,a.390,c.397,a.476,b.
ἑλληνικὰ, Rerum Græcarum libri 217, f.
ἱέρων ἢ τυραννικὸς, Hieron, ſive Tyrannicus 121,d.144,b.165,f.
κυνηγετικὸς, Venatorius 368,e.400,a.
περὶ ἱππικῆς, De Hippice, ſive equorum educatione 94,e.
οἰκονομικὸν, Oeconomicon 103, c.
περὶ πόρων, De Vectigalibus 272,c.
τῶν περσῶν παιδεία, Perſarum inſtitutio 465, e.
περὶ τῆς παιδείας κύρου, De Cyri inſtitutione 368, a. 373,d. 410, c.424,b,433,f.496,c.515,a.
συμπόσιον, Convivium 504, c. d. & f.614, d.
ὑπομνήματα, Commentaria 54,e. 124,c.165,a.220,f.544,d.588.d.

Zenis ſive Zeneus Chius 186, c.
περὶ πατρίδος Χίου, De patria Chio 601,f.
Zeno Citienſis.
περὶ πολιτείας, De republica 561,c.
Zeno Cynicus.
ὑπομνήματα, Commentaria 162.c.
Zenodotus.
ἐπιτομαὶ, Compendia 412,a.
Zenophanes.
συγγενικὸς, Congenitus 424,c.
Zopyrinus.
ὀψαρτυτικὰ, De obſoniis condiendis 662.

Incertorum auctorum opera, iis quibus adscribuntur auctorum nominibus subjectis.

ἀγαθοὶ, Boni 248,c.685,b.
Pherecrates, Strattis.
ἄγλωσσον δρᾶμα σατυρικὸν, Agen, fabula Satyrica 50,f.586,c.595,c.
Python Catanæus, Byzantius Python. Alexander Rex.
ἄγνοια, Ignorantia 401,a.
Diphilus, Calliades.
ἆθλα, Certamina,fab. 171,e.
Stesichorus. Ibycus.
αἰγίμιος, Ægimius 503,d.
Hesiodus. Milesius Cecrops.
ἀλίπλεια, Aliptria 123,c.
Alexis. Antiphanes.
ἀνθεῖα, Antheia 567,a.586,e.
Eunicus. Philyllius.
ἀσίας περιήγησις, Asiæ descriptio 70,a.
Hecatæus Milesius. Nesiota.
ἀντῖαι, Antea 127,b.
Antiphanes. Alexis.
ἄντυλλος, Antyllus 108,c.118,e.
Philetærus. Nicostratus. Philostratus.
ἀπολειπόσα, Animo defecta 133,f.
Diphilus. Sosippus.
ἀργολικαὶ, Argolica 86,f.
Argias. Dercylus.
ἀργυρίου ἀφανισμός, Argenti obscuratio 409,d.
Epigenes, Antiphanes.
γρῦψ, Grus 82,a.
Euphorion. Archytas.
γεωργικὸς, Rusticus 75,d.
Androtion. Philippus. Hegemon.
γεωργικὰ, Georgica
Quintilii Fratres 649,e.
δεῖπνον, Cœna 146,f.
Philoxenus Cytherius. Leucadius.
ἡδυπάθεια, Vitæ mollities,incerti & innominati est autoris.
ἱστορία, Historia 95,f.
Callimachus. Zenodotus.
ἱστορίαι, Historiæ 232,e.
Ephorus, sive Demophilus ejus filius.
ἱστορίαι, Historiæ 515,d.
Xanthus Lydius. Dionysius Scythobrachion.
καμπυλίων, Campylion 471,e. 562,c.
Araros, Eubulus.
κύκλωπες, Cyclopes 140,e.524,f. 667,d.
Callias. Diocles.
κύπρια ἔπη, Cyprii versus 334,b. 682,d,
Hegesias. Stasimus. Halicarnasseus quidam. Cyprius.
ναυκράτους κτίσις, Naucratis ædificatio 283,d.
Apollonius Rhodius. Naucratites.
ὅμοια, Similitudines 642,e.
Alexis. Antidotus.
περίθους, Peirithous 496,b.

Cri-

Critias. Euripides.

περὶ ἡδονῆς, De Voluptate 387,f.
Theophraſtus. Chamæleon.

πόλεις, Urbes 86,e.92,f.140,a.
Philyllius. Phrynichus. Ariſtophanes, vel quispiam alius.

πορφύρα, Purpura 319,a.431,a.
Timocles. Xenarchus.

πρὸς κάσσανδρον περὶ βασιλείας, Ad Caſſandrum de regno 144,a.
Theophraſtus. Soſibius.

σκηναὶ, Tentoria 628,e.
Plato. Ariſtophanes.

συμμαχία, Symmachia 312, d. 314, a.
Plato. Cantharus.

τελχινιακὴ ἱστορία, Telchiniaca hiſtoria 282, f.
Epimenides Cretenſis. Telecli-des.

τιτανομαχία, Titanomachia 277, d.
Eumelus Corinthius. Arcti-nus.

ὑπομνήματα, Commentaria 173,e. 654, d.
Ariſtoteles. Theophraſtus.

ὕπνος, Somnus 572,c.
Alexis. Antiphanes.

χείρων, Cheiron 364, a.
Nicomachus rhythmicus, Phe-recrates.

Drama incertum & verſ. ex ea fab. 702, b.

Incertus poëta 613, a.

Incertorum Auctorum absque operum nomine & indicatura.

Alexis, ſive Antiphanes 66,f.

Ariſtophanes, ſeu Plato 613,c. 628,c.

Callias ſive Diocles 306, a.

Cantharus ſive Plato 68, b.

Crates ſive Democharis 215,c.

Hedylogus Samius vel Athenienſis 297, a.

Philarchus Athenienſis, ſive Nau-cratites 58,b.

Plato, ſeu Ariſtippus 628, e.

Nicoſtratus, ſive Philetærus 65, d.

Silenus, ſive Clitarchus, ſive Zeno-dotus 478, e.

Scylax, ſive Polemon 70,b.

CAPUT

CAPUT XXI.

DE CLAUDIO ÆLIANO.

Æliani ætas & Vita. 1. *Variæ Historiæ.* 2. *Historia animalium.* 3. *Tactica antiquioris ut videtur Æliani.* 4. *Epistola rustica.* 5. *Scripta Æliani deperdita.* 6. *Index scriptorum in Varia & animalium Historia allegatorum.* 7.

I.

CLAUDIUS ÆLIANUS, Politiano & aliis male Helianus, Prænestinus a) vix unquam fines Italiæ patriæ suæ egressus b) sed Græcorum c) Græcæque eloquentiæ amantissimus fuit. Audivit Pausaniam Rhetorem d) & Nicostrati simplicem venustatem, Dionisque Chrysostomi dictionem imitatus, Herodem Atticum tanquam svavissimum Rhetorum præ cæteris admiratus est. Magnam inde dictionis Atticæ facultatem & elegantiam sibi comparavit, ita ut Philostrato judice ipsis posset certare Athenienſibus, & μελίγλωσσος sive μελίφθογγος h. e. *mellei oris* inde dictus sit, teste Svida, qui ἀρχιερέα quoq; sive Pontificem e) fuisse, & Rhetoricam

a) Svidas: Αἰλιανὸς ἀπὸ Πραινέστης τῆς Ἰταλίας, ἀρχιερεὺς καὶ σοφιστὴς ὁ χρηματίσας Κλαύδιος. Ὃς ἐπικληθὴ μελίγλωσσος ἢ μελίφθογγος καὶ ἐσοφίστευσεν ἐν Ῥώμῃ αὐτῇ ἐπὶ τῶν μετὰ Ἁδριανὸν χρόνων. Quia vero Prænestini jus civitatis Romanæ habebant (Vide Jo. Mariæ Svaresii libros 3. de Præneste antiqua, editos Romæ A. 1680. 8.) hinc Romam patriam suam vocat Ælianus lib. 2. Var. Hist. c. 38. lib. 12 c. 25. & lib. 14. c. 45. & Philostratus de Sophist. p 618. Αἰλιανὸς (male in codice meo MS. Philostrati bis legitur Φιλιανος) δὲ Ῥωμαῖος μὲν ἦν, ἠττίκιζε δὲ ὥσπερ οἱ ἐν τῇ μεσογείᾳ Ἀθηναῖοι.

b) Idem Philostratus testatur Ælianum ipsum de se prædicasse quod nunquam navem conscenderit, neque mare noverit, neque usquam profectus sit ultra fines Italiæ. Atque ideo pluris etiam Romæ habitum esse ὡς τιμῶντα τὰ ἤθη ut qui moribus patriis unice duceretur. At ipse Ælianus auctor est fuisse se Alexandriæ, XI. ult. de animal.

c) Vide Var. Hist. lib. 9. c. 32. & lib. 12. c. 25.

d) Philostratus: ἡ μὲν ἐπίπαν ἰδέα ξ ἀνδρὸς ὠφέλεια προσβάλλουσά τι τῆς Νικοστράτου ὥρας. Ἡ δὲ ἐνίοτε πρὸς Δίωνα ὁρᾷ καὶ τὸν ἐκείνου τόνον - - Παυσανίᾳ μὲν ἓν ἀκροατὴς ἐγένετο, ἐθαύμαζε δὲ τὸν Ἡρῴδην ὡς ποικιλώτατον ῥητόρων.

e) Alius fuit 1) *Plautius Ælianus*, Pontifex, sub Vespasiano clarus, quem memorat Tacitus lib. 4. hist. c. 52. Mentio fit & 2) *C. Æliani* in plerisque editionibus Historiæ

cam Romæ professum esse memorat. Declamationibus faciendis parum aptum se expertus, f) ad scribendum se contulit, sub Imp. Elega-

storiæ naturalis Plinianæ, inter auctores ex quibus composuerit Plinius librum tertium. Sed Jo. Harduinus ex MSS. recte ibi reposuit *Gellianum* qui allegatur lib. 3. c. 12. 3) *Æmilius Ælianus* qui Cos fuit sub Trajano A. U. C. 868. diversus à 4) *Cassertio Æliano* præfecto prætorio sub Nerva Imp. apud Dionem lib. 68. p. 770. qui rusticorum tumultuantium sub Domitiano caput fuit, teste Eutropio IX. 20. Confer Barthium p. 2481. Adversar. 5) *Ælianus* patria (ut ipse videtur in præf. innuere) Græcus, Græcæque rei militaris quam Romanæ periti or, qui ad Adrianum Imp. *Tactica* scripsit, & in illis testatur se de hoc argumento olim sermones fecisse Nerva Trajano imperante cum Frontino viro consulari. Hunc Tacticorum scriptorem cum Cl. Æliano nostro confundunt Vossius de Hist. Gr. & alii viri docti: sed antiquiorem atque adeo diversum esse probe post Is. Vossium & Tillemontium T. 2. hist. Imperatorum p. 995. seq. notavit Jacobus Perizonius Vir clarissimus in prolegomenis ad varias historias Æliani. Non plane constat idemne cum hoc Tacticorum scriptore sit 6) *Facundus Ælianus* laudatus Martiali lib. 12. Epigr. 24. vel 7) *Ælianus* amicus Apollonii Tyanensis, de quo Philostratus in hujus vita lib. 7. c. 8. seq. 8) *Ælianus Platonicus* cujus *hypomnemata in Timæum Platonis* laudat Porphyrius in Ptolemæi Harmonica & Proclus ad Timæum, Is. Vossius de viribus rhythmi p. 82 88. & 111. 9) *Papyrius Ælianus* Cos. sub fratribus Antoninis, A. U. C. 915. nisi potius cum fastis à Norisio editis legendum *Lollianus*. 10) *Ælianus* qui A. U. C. 936. & 939. Cos. fuit sub Imperatore Commodo. 11) *Ælianus* qui Cos. fuit A. U. C. 975. idem forte cum *Flavio Ælio* qui Præf. prætorio sub Alexandro Severo, memoratur in inscriptione veteri apud Gruterum p. 491. ut conjicit Jo. Glandorpius in Onomastico Rom. p. 20. 12) *Celsus Ælianus* de quo Julius Capitolinus in Maximo & Balbino c. 17. 13) *L. Ælianus* unus è sex Tyrannis qui inter initia Diocletiani imperium usurpavere, cujus mentio apud Eutropium lib. 9. sect. 20. & cujus numus à Foucaulto nuper inventus refertur in memoriis literatiis Gallicis Trivultinis Anni 1702. pag. 35. Vide & Tillemontii notam 12. ad vitam Gallieni T. 3. Historiæ Imperator. ubi è numis mentio alterius *Auli Pomponii Æliani*. 14) *Ælianus*, Probiani in proconsulatu Africæ sub Constantino M. successor lib. 1. codicis Justinianei tit. 38. & Augustin. Epist. 68. sive 88. edit. Benedictinor. 15) *Ælianus* ad quem Gregorius Thavmaturgus scripsit expositionem fidei laudatam Basilio Magno Epist. 64. 16) *Ælianus* Dux bellicus sub Imp. Valente, de quo Svidas in Αἰλιανός. 17) *Ælianus* Prætorio præfectus sub Imp. Zenone. Vide Cujacii observationes. lib. 16. c. 14. 18) *Ælianus Meccius* (Μέκκιος) Galeni præceptor qui eum laudat libro de Theriaca ad Pamphilianum T. 2. p. 470. Hisce omnibus ætate prior 19) Æmilius Ælianus Cordubensis, de quo Svetonius in Augusto c. 51.

f) Philostratus de Æliano nostro: ἑαυτὸν ἐν διασκευάσμασιν ὡς μελέτης ἐπιτηδειον, τῷ συγγράφειν ἐπίδετο, καὶ ἐθαυμάσθη ἐκ τούτου.

balo vel primis annis Alexandri Severi, g) ac cœlebs ſexageſimum ultra ætatis annum vixit. h)

II. Ex ejus ſcriptis exſtant ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ βιβλία id. Variæ Hiſtoriæ ſive Hiſtoriæ per ſaturam lib. XIV. i) quod opus Johanni Stobæo k) laudatur ſub titulo ἰσοῤῥία vel σύμμικτοι ἰσοῤῥίαι, Stephano Byz. l) ἰσοῤῥικῆς ἁλαλίξεως, Svidæ m) περὶ ποικίλης ἀφηγήσεως. Quanquam vero parum veriſimilis videtur ſententia virorum doctiſſimorum, qui vel ob ſtylum minus quam in hiſtoria animalium limatum extremam operi manum auctoris acceſſiſſe negant n) imperfectumque relictum o) eſſe aut excerpta tantum illius exſtare contendunt p): Non abſurde tamen ſuſpiceris prologo & Epilogo & quibusdam forte libris truncatum ad nos perveniſſe. Nam Stobæus & Svidas nonnulla ex eo proferunt quæ in editis deſiderantur, & liber quintus in binos à librario diviſus eſſe videtur, cum ſextus liber interciderit. Prætereo quod libri decimi quarti extrema varie turbata ſunt in codd. & editionibus: & quod librum XVII. in Bibl. Cæſarea extare illatum à Jo. Sambuco ex Mugii Tredecimviri Argentoratenſis fide tradidit Scheferus & Kuhnius, de qua re Lambecii & Neſſelii ſilentium jubet nos addubitare. *Inſcriptiones capitum* ab ipſo Æliano non eſſe diſputat Gisbertus Cuperus in variis ſuis obſervationibus p. 302. ſeq. in quibus plura iſtorum librorum loca erudite illuſtravit, tum Scheferus ad præf. & lib. 3. c. 24. ac Perizonius ad IV. 4. & 29. Lectum hoc Æliani opus etiam ab Euſtathio, qui illud reſpicit in ſuo ad Homerum commentario, locis ad minimum decem. *Græce* primus edidit cum Heraclide de politiis, Polemonis, Adamantiique Phyſiognomi-

g) Hoc ex eo probant viri docti, quod æqualis fuerit Philoſtrati junioris, & Athenæi Dipnoſophiſtas ſubinde ſit in variis ſuis hiſtoriis ſecutus, quod poſtremum in primis obſervavit & luculenter demonſtravit præſtantiſſimus Perizonius. Cæterum Voſſius lib. 4. c. 53. de idololatria merito Jac. Grevinum reprehendit, cui Ælianus noſter Plinio Nat. hiſtoriæ ſcriptore antiquior eſt lib. & capite 3. de venenis.

h) Philoſtratus: Ἐβίω γὰρ ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ἔτη, καὶ ἐτελεύτα ἤδη ἐπὶ παισί. Παιδοποιΐαν γὰρ παρητήσατο, τῷ μὴ γῆμαί ποτε.

i) Licet plures fortaſſe auctor ſcripſit, ut ſtatim dicam.

k) in Florileg. l) in χερρόνησος.

m) in ἀσέλγεια. Idem tamen ποικίλην ἱστορίαν vocat in Δώς, κοίκη & Φιλιωθέντες.

n) G. J. Voſſius de Hiſt. Gr. p. 218.

o) Jo Clericus 1, artis Criticæ p. 89. o) Jo. Scheferus p. 149, de ſtylo & Kühnius ad Ælianum.

p) Vide Kuhnii præfat. & Perizonii notas ad librum 6, c. 1.

Digitized by Google

gnomicis & Melampode *Camillus Peruſcus* Romæ 1545. 4. *Latine* vertit *Juſtus Vulteius* Wetteranus Baſil. ap. Oporin. 1548. 4. & Lugduni 1567. 12. apud Joh. Tornæſium. *Græce & latine* in collectione auctorum qui exempla virtutum & vitiorum conſcripſere, per Jo. Heroldum Baſil. 1555. Porro cum verſione Vulteji à *Conrado Geſnero* hinc inde emendata, & illuſtrata quibusdam notulis Tiguri, inter Æliani opera A. 1556. fol. & cum verſione Vulteji ad Græcum denuo collata Lugduni apud Jo. Tornæſium 1587. 1610. & 1625. 12. & Genev. 1599. 1630. Pariſ. 1618. 12. in quibus editionibus Geſneri obſervationum ratio habita, ſed *Iſ. Cauſauboni* emendationes ac conjecturæ pauciſſimæ inſertæ. Multis annis poſt, egregie de hoc opere promeritus eſt *Joh. Scheferus*, qui denuo recenſitum cum Vulteji verſione edidit, notisque & indice rerum phraſiumque græcarum illuſtravit Argentorat. 1647. 8. & ſecundis accuratioribus curis ibid. 1662. 8. Equidem MStis codd. deſtitum ſe fatetur vir doctus, multa tamen ex ingenio feliciter caſtigavit, & erudita luce perfudit, oſtenſis etiam interpretis erroribus, quanquam eſt ubi in Schefero quoq; Græcismi peritiam non ab re deſiderarunt Kühnius & Perizonius. Editionem hanc Scheferi alteram omiſſis ejus notis atque indice, appoſitisque in horum locum paucis ſuis emendationibus & conjecturis ex ingenio profectis recudi curavit *Tan. Faber* Salmurii A. 1668. 8. profeſſus ſe græcum Æliani contextum quanta maxima fieri potuerit diligentia recenſuiſſe, & ubi res poſtulabat emendaviſſe. Sed hoc minime factum in editione illa deprehendit Perizonius, qui in nulla editione vitioſum magis contextum Æliani affirmat exhiberi. Scheferus editione ſecunda haud contentus, quam male à typographo habitam queritur in commentario ad Phædrum p. 227. amiſſis pleriſque ſchedis in quibus annotaverat quæ addi quæ demi immutarique vellet; Varias Æliani hiſtorias tertiis curis illuſtrare eſt conatus, quas poſt ejus fata q) in lucem edidit Vir Græce doctiſſimus *Joachimus Kühnius* Profeſſor Argentoratenſis ante paucos annos & ipſe non ſine magna elegantiorum litterarum jactura denatus. In hac inſigni editione quæ prodiit Argentorati A. 1685. 8. non modo contextus longe emendatior cum Vulteji verſione paſſim caſtigata & Scheferi notis auctioribus exhibetur, ſed & *Georgii Matthiæ Kœnigii* & Kühnii doctiſſimæ notæ ſunt adjectæ, in quibus & ſcriptor illuſtratur, emendaturque, dictioque ejus explicatur, & errores Vulteji, Scheferi ac Tan. Fabri notantur, tum præter fragmenta Æliani à Kühnio collecta indicemque

q) obiit Upſaliæ 7. Cal. April. 1679.

Græcum longe locupletiorem & elenchum auctorum ab Æliano allegatorum accedunt variæ lectiones ex tribus Codd. MSS. Parisiensibus, quas à Norcopensi Scheferus acceperat. Denique vir doctissimus & accuratissimus *Jacobus Perizonius* præclaram hujus operis editionem curavit Lugd. Bat. 1701. 8. ad quam concinnandam usus est binis Codd. MSS. uno Fred. Sluiskenii altero Bibl. Lugdunensis Batavorum Academiæ: præterea à clarisf. Viro Joh. Boivinio edoctus de lectionibus locorum dubiorum ex tribus Codd. Bibl. Reg. Paris. 2083. 3064. & 3132. (quas negligentius collectas Scheferus habuit) & à Græviο nactus variationes quas ex duobus MSS. Mediceis & uno Mediolanensi notaverat Marquardus Gudius. His subsidiis instructus, collatisque superioribus editionibus, Romana præsertim & Gesneri, quas reliquæ fere omnes (exceptis non adeo multis ex conjectura modo vera modo falsa per editores immutatis) insequuntur, contextum Æliani multo quam ante exhibuit correctiorem, versionem Vulteji ita emendavit integramque recensuit ut nova possit videri, deinde totum opus commentario luculento ornavit, quo & dictio græca & historia atque antiquitates erudite & jucunde illustrantur. In hoc subinde lector ad Scheferi & Kühnii notas remittitur, quas ne suæ editioni adjungeret, typographi Argentoratensis precibus suo Æliano metuentis impeditus fuit. Sed & fragmenta Æliani adjunxit, monens Kühnium non pauca præter rem & facili nimis suspicione ad Ælianum auctorem retulisse. Indices quoque Perizonianæ editioni locupletissimi subjiuntur, præcipue utilissimus ille & singulari plane studio atque accuratione confectus, quo Græca Æliani dictio explicatur. *Epitomâ* ex Æliani variis historiis & historia animalium usum esse Michaëlem Apostolium, notat passim ad hujus proverbia Petrus Pantinus. *Germanice* quoque Varias Æliani editas esse Stetini 12mo, interprete *Gotfrido Wilhelmo Sacerio*, legas in Pandectis Brandenburgicis Christophori Hendreichii.

III. ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ r) ἢ ΠΕΡΙ ΖΩΩΝ ΙΔΙΟΤΗΤΟΣ s) *βιβλία ιζ Historiæ Animalium, sive de animalium sollertia ac proprietatibus libri XVII.* t) in quibus similiter ut in libris Variarum fecerat, jucunde ac breviter res quæ

r) Ita hos libros compendii causa laudat Svidas.

s) Ita in MSS. & in editionibus & ab Eustathio in Iliad. α p. 44. hi libri inscribuntur. Neq; alium titulum Emanuel Philæ præfixit suis Jambis quos de animalibus ex Æliano fere collecta materia composuit.

t) Non tantum XVI. ut scribit Hendreichius in pandectis Brandenburgicis, Gyllii ex Æliano collectanea secutus.

quæ ſibi notatu dignæ videbantur χρηματισμῶν more, nullo ſervato rerum ordine, interdum etiam in uno brevi capite admodum diverſa (confer VII. 45.) deſcribit, tractans ad alliciendum varietate ipſa lectoris animum ποικίλα μιχίλως, ut in Epilogo ait. Præcipua collegit non modo ex Ariſtotele & aliis qui ante eum de animalibus ſcripſerant, ceterisque ſcriptoribus omnis generis, ſed & ipſe nonnulla nova à ſe obſervata attuliſſe ſe profitetur u), ſelectumque ac ſtyli ſvavitatem addidit, atque narratis mutarum animantium virtutibus homines * dat in ruborem, aut ab illis exempla capere docet ſibi. Nonnulla etiam fabuloſa exponens, teſtatur ſe iis non temere habere fidem ut XII. 21. 38. Sic XVII. 14. Ἐγὼ μὲν ὰ πεπίστευκα, εἰ ἢ ἕτερ☉ Εὐδόξῳ πείθεται, πιστευέτω. &c. & 18. εἰ Φανεῖται τῷ πιστὰ πιστευέτω, εἰ ἢ ἠπονήσαμεν, μὴ ἀφοσεχέτω. & XV. 8. ubi de muliere in muſtelam verſa ab Hecate, ἡ μὲν ὖν Θεὸς ἵλεως ἔστω, μύθος ἢ ἐὼ γὲ μυθολογίαν ἄλλοις. & 16. Ἡρόδοτον ἢ ἀξιῶ μή μοι μηνιεῖν εἰ μύθοις ἐγγράφω ὅσα ὑπὲρ τῆς τῶν ἔχεων ὠδῖν☉ λέγει. & XIV. 18. ubi de Hippomane: Καὶ ἴσως λέγουσί τι οἱ λέγοντες, ἴσως ἢ ὐδὲν λέγουσι. Ἃ δ' ἂν ἤκουσα, ὑπὲρ τούτων ἔτι ον. XIV. ult. καὶ μέντοι καὶ Δημυθολογεῖσθαι μικρὰ ἄττα ἐν μακρᾷ τῇ συγγραφῇ, ὐδὲν ἀλλ' ἢ Δημαπαῦσαί τι τὴν ἀκοὴν γὰρ ἐφηδύναι τὸν λόγον. Adde VII. 22. & 40. IX. 14. XI. 11. & ult. Λέγει δὲ Ἀπίων, εἰ μὴ πεπαύεται &c. XII. 3. Λέγουσιν Αἰγύπτιοι γὰρ ἐμὲ μὲν ἤκιστα πείθουσι. Affirmat autem ſe maluiſſe in hujuscemodi rebus tempus atque otium ſuum impendere, cum ad multo majora adſpirare, gravitatem auctoritatemq; apud vulgus ſibi comparare, atque inter potentes in aulis Principum viros cenſeri, magnasque divitias ſibi conquirere potuiſſet. Ἀλλ' ἄμοι Φίλον, inquit, σὺν τοῖς πλησίοις ἀριθμεῖσθαι καὶ σὺν ἐκείνοις ἐξετάζεσθαι. Εἰ ἢ ὧν καὶ πίνται σοφοὶ, καὶ ἄνδρες Φύσεως ἰδεῖν τι ἅμα καὶ κατασκέψασθαι δεινοὶ καὶ συγγραφεῖς ἐκ πείρας εἰς τὸ μήκιστον προελθόντες ἑαυτὸς ἠξίωσαν, τούτων τι καὶ ἐμαυτὸν ἀμφοτέρως ἕνα πειρῶμαι ἀριθμεῖν καὶ ἐθέλω, δῆλον ὡς ἀμείνων ἐμαυτῷ σύμβουλος εἰμι τῆς ἐξ ἐκείνων κρίσεως. Βουλοίμην γὰρ ἂν μάθημα ἐν γὲ πεπαιδευμένον προκεῖσθαί μοι, ἢ τὰ ὠδόμενα τῶν πάνυ πλουσίων χρήματα ἅμα καὶ κτήματα. *Copioſis & locupletibus adnumerari & ex illorum ordine cenſeri non libet. Quod ſi de numero hominum naturæ ſtudioſorum, inter quos &*

u) Ζῶα γὰρ αὐτὸς ἄλλα πλεῖσα ὐκ ἐδυνάμην. ὅτι δὲ ἴσγων πολλὰ ἐπεδειξάμην. ἤδη μέντοι καὶ εἶπόν τινα ὧν ὐκ ἄλλ☉ εἶπε διάγε τῆς πείρας τῆσδε ὁ αὐτὸς ἐλθών. XVII. ult.

* hujus rei exemplum vide VI. 2. VII. 10. ſeq. VIII. 3. 9. IX. 7. &c. Vitia quoque brutarum animantium perſequitur ut VII. 19. ſeq.

Poëtæ sunt eruditi & Philosophi ingeniosi & alii scriptores rerum experientia clari, etiam ipse unus esse cupio & enitor, multo sane honestiore loco & dignitate majori quam pro illorum consilio futurum me confido. Ita enim sentio, ut vel unam alicujus egregiæ disciplinæ portiunculam potius quam celeberrimas ditissimorum quorumvis opes atque possessiones mihi accedere optarim. Quod If. Vossius in appendice observationum ad Melam p. 38. Ælianum historiæ animalium auctorem scriptore variarum historiarum integro seculo juniorem esse pronunciat, merito à clarissimo Perizonio reprehenditur, eundem utriusque operis parentem confirmante variis argumentis probabilibus à scribendi genere & phrasi petitis. Suspicor autem If. Vossium lapsum memoria & Tacticorum auctorem pro scriptore variarum historiarum dicere voluisse De capitum distinctione hæc Conradus Gesnerus: *An per capita ipse Ælianus suos libros diviserit* (ita sane videtur) *an alius quispiam, non habeo quod affirmem. Ego ut in vetustissimo codice MSto capitum numeros & argumenta reperi, ita curavi describenda. Ælianus quidem an ipse distinxerit & inscripserit capita, dubitari potest: quum & argumenta in capitibus proximis, ut nunc sunt distincta, interdum plane cohærent: & ipsa etiam dictionis ratio alicubi, non capitis novi initium fieri, sed cum præcedente continuari sermonem loquatur: Nam & alibi plures ejusdem argumenti historiæ in unum caput recte sunt conjunctæ. Utcunque est, sic esse divisum librum non inutile fuerit.* Primus libros de animalibus ex MS. codice Cardinalis Georgii Armaignaci *latine* vertit *Petrus Gyllius* Albiensis. Sed ejus versionis duplices exstant eæque longe inter se discrepantes editiones. Una Lugd. 1535. 4. apud Gryphium, cum libro ejusdem Gyllii de piscium Massilienssiū Gallicis & Latinis nominibus. In hac ampliora excerpta tantum ex Æliano contineri dixeris, ita quæ de singulis animantibus ille pluribus locis scripserat per XVI. digessit libros & ordinem plane mutavit, & multa omisit, & ex Oppiano aliisque plura adjecit. Itaque *Conradus Gesnerus* cum hoc opus ex duobus MSS. primum *Græce* ederet inter Æliani opera, Tiguri 1556. fol. Gyllii quam addidit versionem se in ordinem revocasse & supplevisse testatur, alienaque ab Æliano omisisse & in suum de animalibus opus suis quæque locis transtulisse. Postea vero Lugduni A. 1562. 8. apud Gvil. Rovillium excusa est versio Gyllii integra nullis omissionibus interpolationibusve inquinata sed suo ordine libros XVII. Æliani integros latine exhibens, cum ejusdem Gyllii descriptione elephanti & Demetrii CPol. libris de cura accipitrum eanumque latine translatis. Abeo tempore Ælianus de animalibus ex *græcolatina* Gesneri editione recusus est Lugduni apud Joh.

Jo. Tornæſium. Nonnulla hujus Operis loca feliciter illuſtrat accuratiſmus ſcriptor Lambertus Bos in Obſervationibus Criticis cap. XXXIV.

IV. Inter Æliani hujus opera à Geſnero quoque edita ſunt ΤΑΚΤΙΚΑ ſive *de inſtruendis aciebus liber* ad Adrianum Imp. qui à Sixto Arcerio aliisque quam plurimis ſine controverſia ei tribuitur. At enim jam ſupra ex Tillemontii & Perizonii veriſſima obſervatione monui alium atq; hiſtoriarum ſcriptore integro prope ſeculo antiquiorem eſſe auctorem Tacticorum, qui Græcæ rei militaris peritia inprimis pollere ſe prædicat, Romanæ non item; & cum Nerva Imp. cumque Frontino Formiis de hoc argumento ſermones contuliſſe ſe ſcribit k) cum alter Ælianus nec militaria curaſſe nec frequentaſſe aulas Impp. videatur, & præterea Romanus fuerit, ſcripſeritq; circa tempore Alex. Severi. Non alienum tamen erit ab hoc loco etiam de Tacticis illius quisquis fuit Æliani breviter agere, qui in MSS. & prioribus editt. ſimpliciter dicitur Αἰλιανὸς non Κλαυδ. Αἰλιανὸς, ut in Scriverii & Arcerii editionibus, *Franciſcus Robotellus* primus edidit ſub titulo quem Geſnerus eſt ſecutus, περὶ στρατηγικῶν τάξεων Ἑλληνικῶν: *de inſtruendis copiis more Græcorum:* quod argumento ſane perquam reſpondet, videtur tamen vocabulum Ἑλληνικῶν in MSto reperiſſe Robortellus, certe in ipſo libri titulo interiore omiſit, uti *Theodorus Gaza* quoque in ſua verſione vulgata Colon. 1524. 8. Pariſ. 1532. &c. *Æliani de inſtruendis acicbus opus ad Divum Hadrianum à Theodoro Theſſalonicenſi latinum factum & Antonio Panormitæ Alphonſi Regis Præceptori dicatum.* Robortelli perquam elegans editio, in qua ſeorſim Græca Æliani ex tribus MSS. recenſita & variis picturis atque imaginibus partim è MSS. partim à Robortello adjectis, illuſtrata: ſeorſim ejusdem Robortelli latina verſio ac denique translatio latina Theodori Gazæ exhibentur, prodiit Venetiis A. 1552. 4. & in Soceri mei Bibliotheca exſtat

x) Verba ejus in procem. τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι Τακτικὴν θεωρίαν πολλοὶ τῶν πρὸ ἡμῶν συνέγραψαν οὐκ ἔχοντες ἣν ἡμεῖς ἐν τοῖς μαθήμασιν ἐπεσεύδημεν ἕξιν ἴσχειν. Ἐμαυτὸν δὲ πείθων ἐβουλήθην ταύτην συνταξαι τὴν θεωρίαν, ὅτι τοῖς ἡμετέροις οἱ μεθ' ἡμᾶς πρὸ τῶν ἀρχαιοτέρων προσέξουσι συγγράμμασι. Τῆς δὲ παρὰ Ρωμαίοις τὸ μέρος τοῦτο δυνάμεως καὶ ἐμπειρίας οὐκ ἔχων γνῶσιν (δεῖ γὰρ ὁμολογεῖν ἀληθῆ) οὐκ ἐπιτηδείως εἶχον πρὸς συγγραφήν. - - - - - Ἐπεὶ δὲ τῷ θεῷ πατρὶ σὺν Νέρβᾳ συμβουλῶν παρὰ Φροντίνῳ τῶν ἐπισήμων ὑπατικῶν ἐν Φορμίαις ἡμέρας τινὰς διέτριψα δόξαν ἐπενεγκαμένῳ περὶ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις ἐμπειρίαν, συμβαλών τ' ἀνδρὶ εὗρον οὐκ ἐλάττονα σπουδὴν ἔχοντα εἰς τὴν παρὰ τοῖς Ἕλλησι τεθεωρημένην μάθησιν, ἠξίωσα οὐκ ἄτι περιφρονεῖν τῆς τῶν Τακτικῶν συγγραφῆς. &c.

exſtat referta quam plurimis annotationibus MSS. viri docti. Utramque verſionem in ſua Græcolatina Æliani operum editione recudi curavit *Conradus Geſnerus* Tiguri A. 1556. fol. Ab eo tempore Gazæ translatio ſæpius recuſa eſt cum Vegetio, Frontino & aliis ſcriptoribus rei militaris à Godeſchalco Stevvechio & Petro Scriverio illuſtratis Lugd. Bat. 1592. 8. & 1607. 8. Denique Æliani liber græce cum nova verſione & animadverſionibus *Sixti Arcerii* editus eſt Lugd. Batav. 1613. 4. adjectis ex Xenophonte, Diodoro Sic. Polybio aliisque pugnarum quarundam deſcriptionibus. Ex hac Arcerii verſione libellus Æliani latine recuſus legitur in ſcriptoribus rei militaris ex recenſione Petri Scriveri Lugd. Bat. 1632. & 1644. 12. & Veſaliæ Cliviorum 1670. 8. *Iſaacus* quoq; *Caſaubonus* Æliani Tactica ex codice Regis Galliæ emendata & notis à ſe illuſtrata editurum ſe recepit præfat. ad Polybium. Codicis illius MS. ex H. Stephano & Rigaltio meminit etiam Arcerius in notis p. 155. ipſe alioqui ad editionem ſuam adornandam nullo manu exarato codice uſus. *Gallice* Æliani Tactica transtulit *Ludovicus de Machault* Pariſ. 1615. fol. *Anglice Johannes Bingham* Lond. 1616. 8. Ælianum laudat Leo Imp. in Tacticis p. 62 90. & 91. edit. Meurſii. Conſtantinus Porphyrogenetus c. 1. καθὼς Αἰλιανὸς καὶ οἱ λοιποὶ οἱ γράψαντες τὰ Τακτικὰ λέγουσι. Porro cap. 2. teſtatur Ælianus ſe ſingulatim acturum quoque fuiſſe *de inſtructionibus claſſicis.* Περὶ μὲν τῶν ἐν ταῖς ναυμαχίαις συντάξεων ὕστερον ἐρῶμεν. Et fuerunt qui Geſnero affirmarent librum hujus argumenti Æliano auctore exſtare in Bibliotheca Chriſtianiſſimi Regis & Palatina quæ in Vaticanam tranſiit. Sed nemo hactenus fuit qui ex tenebris proferret & in lucem ederet.

V. Ad Ælianum inſuper referuntur *Epiſtolæ XX.* quibus inſcribitur titulus : ἐκ τῶν Αἰλιανοῦ ἀγροικικῶν ἐπιστολῶν, *Ex Æliani Epiſtolis ruſticis* : ita ut de pluribus hæ ſint ſelectæ, ſcriptæ nominibus agricolarum Athenienſium, ut diſerte prodit Epiſtola ultima his verbis: εἰ δ' ὀφώπερα ταῦτα ἐπέσκηπταί σοι ἢ κατὰ τὴν τῶν ἀγρῶν χορηγίαν, μὴ θαυμάσῃς. Οὐ γὰρ ἴσμεν ὅτι Λυδοί, ἀλλ' Ἀθηναῖοι γεωργοί. Hæ primum Græce vulgatæ ſunt ab Aldo Manutio in collectione Epiſtolarum Græcarum Venet. 1499. 4. deinde latine verſæ à *Sebaſtiano Guldenbeckio* Tigurino, & cum ejus verſione recuſæ inter Æliani opera *Conrado Geſnero* curante junctim edita Tiguri A. 1556. fol. Deniq; in collectione Epiſtolarum Græcarum Græce & latine ſub falſo *Jacobi Cujacii* nomine prelis ſubjectarum Genev. 1606. fol. p. 417. ſeq. quod propterea noto quia

in

in illius editionis indice Æliani nomen video prætermissum. In Actis Eruditor. A. 1696. p. 101. pro *Achano* legendum *Æliano*.

VI. Scripta Æliani deperdita sunt liber περὶ προνοίας *de divina providentia*, ex quo proferuntur quædam à Svida in ἀβασάνιστος & alibi; atque ab Eustathio ad Homerum & ad Dionysium Periegetem, ut notatum Kühnio & Perizonio in Æliani fragmentis. Diversusne, an (quod clarissimo Perizonio videtur) idem cum hoc de providentia fuerit liber περὶ θείων ἐναργειῶν, *de divinis sive divina providentia declarationibus manifestisque documentis*, non plane exploratum est. Laudatur à Svida in ἀνεμάξατο, ἐκστάτης, καλλιγόλας, ὠψίθη. In hoc opere adversus * Epicurum passim disputaverat Ælianus, itaque illud respicitur à Casaubono cum in commentariis ad Athenæum memoratur Ælianus de doctrina Epicuri, qui qualis sit aut quando vixerit scire se potuisse negat Scheferus in limine notarum ad varias historias.

Fuit præterea scripta Æliano κατηγορία Γυνιδος, *accusatio Gynnidis*, ** sive *hominis effœminati*, de qua hæc Philostratus in Æliani vita: Ἐυτυχὼν δέ ποτε αὐτῷ Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος βιβλίον ἔν τινι χειρὸν ἔχοντι καὶ ἀναγινώσκοντι αὐτὸ σὺν ὀργῇ καὶ δήπουσι & φθέγματος, ἤρετο αὐτὸν ὅ, τι ποτὲ διδάσκοι; καὶ ὃς, ἐκπεπύσμαί μοι, ἔφη, κατηγορίαν Γυνιδος. Καλῶς γὰρ ἔτω τὸν ἄρτι καθήμενον Τύραννον, ἐπειδὴ ἀτελεγείας πάσης τὰ Ῥωμαίων ἦρχεν. Καὶ ὁ Φιλόστρατος, ἐγώ σε, εἶπεν, ἐθαύμαζον ἂν εἰ ζῶντος κατηγόρησας. Εἶναι γὰρ δὴ τὸ μὲν ζῶντα τὸν Τύραννον ἐπικόπτειν ἀνδρὸς, τὸ δὲ ἐπεμβαίνειν κειμένῳ, παντός. *Hunc olim Lemnius Philostratus librum quendam in manibus habentem reperit, quem cum indignatione & vocis intentione lectitabat. Et cum ille quid esset quæreret, Gynnidis accusationem à se elaboratam dixit. Sic autem vocare se Tyrannum, qui paulo ante Romanum imperium tenuerit, eique omni genere libidinis turpem inusserit maculam. Cui Philostratus: admirarer, inquit, si viventem accusasses. Siquidem viventem Tyrannum stylo perstringere, viri opus esse censeo: in jacentem vero invehi, cujusvis.* Tyrannum cujus accusationem scripsit Ælianus, non *Domitianum*, ut Vossio & aliis viris doctis videbatur, sed Elegabulum fuisse pulchre probat de scriptore nostro præclare promeritus Jacobus Perizonius.

* Epicureos tangit idem Ælianus VII. 44. animal. Ἐλέφαντες μὲν ἂν θεὸς προσκυνῆσαι, οἱ δὲ ἄνθρωποι εἰ ἄρα γε εἰσὶ θεοί, καὶ ὄντες εἰ φροντίζουσιν ἡμῶν, διαπορῶσι.

** De hac voce confer Svidam in ἄρρεν.

VI. *Index Scriptorum in Æliani Variis Hiſtoriis allegatorum, depromtus ex editione Perizoniana.*

Æſopus X. 5.
Alcman I. 27. XII. 36. & 50.
Alexis X. 6.
Anaxagoras de regno IV. 14.
Anaxilas Comicus I. 27.
Androtion VIII. 6.
Archilochus IV. 14.
Ariſtophanes I. 18. II. 13.
Ariſtophanes Byzant. XII. 5. 1. Not.
Ariſtoteles I 14. & 15. II. 26. V. 3.
Callimachus I. 15.
Charon Lampſacenus I. 15.
Cratinus II. 13. p. 88.
Critias X. 13. & 17.
Damon III. 14.
Dinon VII. 1.
Ephorus XIII. 23.
Epitimides IV. 7.
Eumenes Cardianus III. 23.
Eupolis in Marica XII. 30.
Euripides II. 12. XII. 15.
Herodotus II. 41. ubi ejus fidem quaſi dubiam videtur adſtruere.
Heſiodus IX. 28. XII. 20. & 36.
Homerus III. 9. VI. 9. VII. 2. & 8. X. 18. XII. 1. XIV. 27. 36. 44. & 64. XIV. 23.
Laſus XII. 36.
Menander III. 14.
Mimnermus XII. 36.
Pauſanias XII. 61,
Philippides XII. 31.
Pindarus IX. 15. XII. 36.
Plato IV. 15. VIII. 2. XII. 25.
Poſidippus I. 26.
Theophraſtus II. 38. IX. 11.
Theopompus III. 18. 13. Not. VI. 12. VII. 2.
Thucydides XII. 50.
Timæus XII. 29.
Xanthus IV. 26.
Xenophon VII. 14. XIII. 32.

Index ſcriptorum in hiſtoria animalium ab Æliano laudatorum, recens à me additus.

Achæus ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητὴς VII.
Αἰγύπτιος λόγος XI. 10. 11. &c. (47.
Æſchylides ἐν τοῖς περὶ γεωργίας XVI. 32.
Æſchylus IX. 42. XII. 8. Eleuſinius VII. 16. ubi de ejus morte.
Ἀχαμέωνι VII. 41.
Ἀμφιαράῳ XII. 9.
Γηρυόνῃ XII. 9.
Δικτυουλκοῖς VII. 41.
Σισύφῳ XII. 4.
Agatharchides V. 27. XVI. 27.
Alcman Homerum imitatus XI. 3.
Alexander ἐν τῷ περίπλῳ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης XVII. 1. Myndius III. 23 IV. 33. V. 27.
Amometus (Ἀμώμητος) XVII. 6.
Amyntas V. 14. ἐν σκεθμοῖς XVII. 17.
Anacreon IV. 2. VII. 39.
Anaxagoras VII. 8.
Anaxippus ἐν Πτιθικαζομένῳ XIII. 4.
Antenor ἐν λόγοις κρητικοῖς XVII. 35.

Anti-

Antiphon ἐν τῷ πρὸς Ἐρασίστρατον.
Apelles pictor IV. 50. (V. 21.
Apicius III. 42.
Apion XI. ult.
Apollinis oraculum fide dignum omni cuicunque νὺς πυθαίνει χ ἔρρωται ἡ Φρήν XIII. 21. εἰ τοίνυν ὁ πάντα εἰδὼς Τέττωνας εἶναί φησι χ ἡμᾶς ὑπὲρ τούτου λαμπρὸν ἄχρη, id. (VIII. 7. 12.
Apollodorus ἐν τῷ Θηριακῷ λόγῳ
Apollonius Rhodius (ἢ Ναυκρατίτης) XII. 23. locus est ex Athenæi VII. p. 283.
Apollophanes Comicus VI. 51.
Archelaus II. 7.
Aristeas VI. 51. (III. 40.
Aristippus à matre Arete edoctus
Archilochus XII. 9.
Arionis Methymnæi hymnus in Neptunum, & Epigramma statuæ Arionis subscriptum XII. 45. adde II. 6.
Aristagoras XI. 10.
Aristocles Poëta Eleg. XI. 4.
Aristophanes XII. 4.
ἐν ὄρνισιν IV. 42. XVI. 5.
Aristophanes Byzant. I. 38. VII. 47. & 39. ex quo loco colligas in Anacreontem scripsisse.
Aristoteles II. 39. 49. 52. III. 30. 45. IV. 6. 58. V. 8. 11. 14. 27. 34. 42. VI. 3. 14. VII. 7. 13. 40. VIII. 1. 9. IX. 6. 7. 20. 39. 42. 64. XI. 12. 18. XII. 6. 12. 14. 35. 40. XIII. 4. XV. 28. XVI. 33. 41. XVII. 15. 20.
ὁ ἐν Νικομαχείοις II. 34. VIII. 64.
ἐν τῇ περὶ ζώων XVII. 7.
Aristoxenus II. 11. VIII. 7. (XII. 38.
Artemo ἐν τοῖς ὅροις τῶν Κλαζομενίων
Avtocratis Τυμπανισταί XII. 9.
Babylonii & Chaldæi Astrologi. I. 22
Brachmanes XIII. 18. XVI. 20. XVII. 5.
Callias ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν περὶ τὸν Συρακούσιον Ἀγαθοκλέα λόγων XVI.
Callimachus IX. 27. XV. 28. (27.
Chaldæi XII. 21.
Charmides Massilienſis V. 37.
Charondæ leges VII. 61.
Οἱ τὰς ἱστορίας χίλια συγγράψαντες ἱστορίας XVI. 39.
Cleanthes IV. 45. VI. 50.
Clearchus Peripatericus XII. 34.
Clitarchus XVII. 2. 22. 23. 25.
Crates ὁ ἐν Μυσίᾳ Περγάμου XVII. 9. Περγαμηνός 37.
Cratinus ἐν ταῖς Πυτίναις XII. 10.
Critici XIII. 6. (VII. 1. XVII. 29.
Ctesias III. 3. IV. 26. 27. 36. 46. 52.
Cnidius IV. 21. V. 3. XVI. 37. 42.
ἐν λόγοις Ἰνδικοῖς XVI. 23. (XII. 10.
Demetrius ἐν τῇ Σικελίᾳ τῷ δράματι
Democritus V. 39. VI. 40. IX. 64. XII. 16. 17. 18. 19. 20.
Abderites XII. 7.
Damon Musicus II. 11.
Demostratus XVII. ult. ἀνὴρ ἁλιευτικὴς σοφίας ἔμπειρος, καὶ μὰ Δία, καὶ ἑρμηνεῦσαι χρησὸς XV. 4. 9. Senator Romanus XV. 19. ἐν λόγοις ἁλιευτικοῖς XIII. 21.
Diagoras Atheus VI. 40.
Dinolochus. infra, Epicharmus.
Dinon XVII. 10. (VI. 1.
Diogenes ὁ τραγῳδιοποιὸς
Dion ἐν συγγραφῇ X. 1.

Empedocles IX. 64. XII. 7. ὁ Φυσικὸς περὶ ζώων ἰδιότητος λέγων XVI. 29.
Epicharmus ἐν Ἥβας γάμῳ XIII. 5. Epicharmi adversarius Dinolochus VI. 51.
Epimenidis ἔπη XII. 7.
Eratosthenes VII. ult.
Euclides VI. 57. (56. V. 7.
Eudemus III. 20. 21. IV. 8. 45. 53.
Eudoxus X. 16. XVII. 14. 19.
Euphorion VII. ult. ἐν τοῖς Ἐκτομήμασι XVII. 28.
Euripides III 15. 17. IV. 54. V. 2. 34. VI. 15. VII. 28. XII. 7. 44. XIV. 6
ἐν Βάκχαις V. 42.
ἐν Ἰφιγενείᾳ VII. 39.
ἐν Πελειάσι VII. 47.
ἐν τοῖς Τημενίδαις VII. 39.
Hecatæus Abderita XI. 1.
Hecatæus Milesius XIII. 22. ὁ λογοποιὸς, μύθων δεξαίων σωρίτης accensetur IX. 23.
Hegemon ἐν Δαρδανικοῖς VIII. 11.
Hermetis ὑφήγησις XI. 10.
Hermippus VII. 40.
Herodotus II. 53. V. 8. VI. 15. 60. VII. 11. X. 3. 4. XI. 10. XV. 5. 16. XVII. 21. ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις λόγοις VIII. 25.
Hesiodus VI. 50. XIV. 28.
Hipparchus Bithynus, Neronis tempore, diversus ab antiquo illo VII. 8.
Hippiæ ars memoriæ VI. 10.
Hippo Atheus VI. 40. memoratur cum Herostrato & Diagora.
Hipponax VII. 47.
Hippys συγγραφεὺς ὁ Ῥηγῖνος IX. 33.
Homerus I. 34. 42. 43. 52. II. 1. 18. 21. 30. III. 27. IV. 2. 6. 23. 40. 45. 54. V. 39. 45. 54. & 38. ubi Varia lect. VI. 1. 4. 6. VII. 27. IX. 23. X. 1. 8. 14. XI. 11. 17. XII. 3. XIII. 7. 17. XIV. 8. 25. 28. & ult. XV. 24. XVII. 6. 37. 43. ὁ ποιητὴς VIII. 28. ἐν Ἰλιάδι XI. 10. XIV. 28. 29. XVI. 25. Ἐν Ὀδυσσείᾳ V. 16. XI. 50. XV. 28.
Ibycus Rheginus VI. 51. (goras.
Ἰνδικοὶ λόγοι VIII. 1. infra in Orthagoras.
Ἰόβας (Juba) XV. 8. Rex IX. 28. ὁ Μαυρούσιος ὁ ἐν Ῥώμῃ Ῥωμαίοις βασιλεύσαντος πατήρ. VII. 23.
Ischomachus & Socrates περὶ τῆς ἀξιολόγου οἰκονομίας διδάσκοντες VI. 43.
Ister V. 27.
Lacydes Peripateticus VII. 41.
Lasus in dithyrambis VII. 47.
Leonides XII. 42. Byzantio II. 6. 50. III. 18. Metrodori filius XVII.
Lycurgi leges VI. 61. VII. 15. (ult.
Manetho Ægyptius σοφίας εἰς ἄκρον ἑλληνικῶς X. 16. (39.
Megasthenes VIII. 7. XVI. 41. XVII.
Menander ἐν τῇ Θαΐδι XII. 10. ἐν Μισουμένῃ XIII. 4. ἐν τοῖς παννυχίσιν VII. 19. ἐν τῷ Φλοκίῳ XII. 10. Theron parasitus apud Menandrum IX. 7.
Metrodorus Byzantius XVII ult.
Mnaseas ἐν τοῖς Ἐρωτικοῖς XVII. 46.
Mnesimachus Poëta ἐν Ἰσθμιονίκῃ XIII. 4.
Mytilenæi cujusdam Æliano noti μῖτρα XIV. ult.
Neocles Medicus XVII. 15.

Nican-

Digitized by Google

Nicander Colophonius *V.* 42. *VIII.* 8. *IX.* 20. *X.* 9. *XV.* 18. *XVI.* 28. & ipso non nominato *XV.* 13.
Nico pictor *IV.* 50. *VII.* 38.
Nicocreon Cyprius *XI.* ult.
Nymphis ἐν τῷ θ' τῶν περὶ Πτολεμαῖον *XVII.* 3.
Nymphodorus *XI.* 20. *XVI.* 33.
Oneſicritus *XVII.* 6. Aſtypalæus *XVI.* 39.
Oracula *XII.* 5. 31. 35. &c. Vide ſupra, Apollo.
Orthagoras *XVI.* 6. ἐν Ἰνδοῖς λόγοις *XVI.* 35. exeo videntur petita quæ *XV.* 21.
Pammenes ἐν τῷ περὶ θηρίων *XVI.* ult.
Philemon *XII.* 10.
Philo *XII.* 37.
Philochorus *XII.* 33.
Φοίνικες λόγοι *XVI.* 33.
Phylarchus *VI.* 29. ἐν τῇ ιβ. *XVII.* 5.
Pindarus *VII.* 19. ὁ Θηβαῖος Μυσοποιὸς ἔν τινι τῶν Διτυκίων *VII.* 39.
Plato *V.* 13. *VI.* 1. ubi de Icco Tarentino.
Poëtæ *I.* 15. *II.* 32. *VI.* 25. 43. 61. 64. *VII.* 2. 19. 47. *IX.* 23. *XII.* 36. *XIV.* 14 *XV.* 5. ἄσμασιν ᾄδουσιν *IX.* 17.
Polemo *XII* 40.
Polus τῆς τραγῳδίας ὑποκριτὴς *VII.* 40.
Polyclitus (Πολύκλειτος) *XVI.* 41.
Προφητῶν Αἰγυπτίων λόγος *XI.* 10.
Ptolemæus *VIII.* 4. (*IX.* 10.
Pythagoras *V.* 11. *XVII.* 9. Samius
Pythagoras ἐν τοῖς περὶ Εὐθεᾶς θαλάσσης *XVII.* 8.
Simonides ἐκ παντοδαπῶν θηρίων λέγων τὰς γυναῖκας γενέσθαι τὰ μὲν ἀλωπεκῶν *XVI.* 24. ἐν τοῖς ἰάμβοις *XI.* 36. ejus ars memoriæ *VI.* 10.
Socrates ap. Platon. V. 34. vide & ſupra in Iſchomacho.
Solonis leges I. 13. II. 42. VI. 61. *IX.* 1.
Sophocles II. 10. VI. 51. ὁ δὲ Σοφίλλος ἐν τοῖς Αἰολίδαις *VII.* 39. ἐν τῇ Τύρῳ τῷ δράματι *XI.* 18.
Sophron *XV.* 6.
Soſtratus *V.* 27. *VI.* 51.
Spintharus Muſicus *II.* 11.
Teſichorus ἔν τινι ποιήματι οὐκ ἐκφοιτήσαντί πω εἰς πολλούς *XVII.* 37. ἀδόκιμοι συγγραφεῖς *I.* 22.
Syrorum λόγος ἱερός *XII.* 30.
Thales Mileſius *VII.* 42.
Θηβαῖοι μῦθοι *XII.* 7.
Theocles ἐν τῇ δ'. *XVII.* 6.
Theocritus ὁ τῶν νομευτικῶν παρθενίων συνθέτης *XV.* 19.
Theodectis ars memoriæ *VI.* 10.
Theodorus ψάλτης *VII.* 40.
Theophraſtus *III.* 17. 32. 35. 37. 38. *V.* 29. *IX.* 27. 37. (τὸ ἄγονον Φυσικώτατα ἀνιχνεύσας ibid.) 64. *XI.* ult. *XII.* 36. *XV.* 16. 26. δαιμονιώτατος *V.* 27.
Theopompus *V.* 27. *XI.* ult. *XVII.* 16.
Timæus *XVII.* 15.
Τραγῳδοί I. 24. III. ult.
Τυρταίου μέτρα *VII.* 1.
Xenophilus Muſicus *II.* 11.
Xenophon *VI.* 25. *VIII.* 3. *XII.* 10. aureus ſcriptor *II.* 11. de venatione *XIII.* 24. Alius Xenophon Solenſis *I.* 6.
Zeno *IV.* 45.
Zenothemis *XVII.* 30.

ADDENDA ET EMENDANDA QUÆDAM.

PAg. 2. v. 16. Patria fuit Apamea *lege* Amasea lib. XII. p. 547.

87. ante v. 7. à fine, adde: His adjungi fas fuerit *Joannis* Grammatici *Gazæi* ἐκφρασιν & κοσμικὴ πίναξος & ἐν Γάζῃ ἢ ἐν Ἀντιοχείᾳ versibus constantem 726. jambicis. Eam Græce vulgavit è Codice Scaligeri qui exstat in Bibl. Leidensi, Janus Rutgersius lib. 2. Var. Lect. p 98. Versibus pæne Nonniacis descriptam ait Barthius ad Guil. Britonem p. 747.

126. v. 4. omnium consensu, *lege:* omnium ferme consensu primus.

144. v. 14. lege: *quem JESUS amavit plurimum.*

152. v. 11. à fine, *lege:* Prophetas ac Psalmos.

204. v. 25. *lege:* Veteris Theologi Græci Theoduli succincta in Epistolam ad Romanos exegesis Jo. Lonicero interprete edita, Oecumenium auctorem habet.

228. v. 11. *Josephi qui Hebraice scripsere*, lege, *qui Græce.*

259. v. 5. promoveret, *lege* permoveret.

265. adde, quod paraphrasis Christiana Enchiridii Epicteti Nilo Monacho auctore legitur etiam latine in Tomo XXVII. Bibl. Patrum p. 231. seq. edit. Lugdunensis.

333. v. 20. *lege:* Deinde præmissus est editioni Plutarchi Francof. 1620. & inde Parisiensi Græcolatinæ A. 1624. fol. Quoniam vero in aliis editionibus haud exstat &c.

361. v. 2. à fine *lege:* etiam de illis horum decem &c.

372. v. 17. *post* sex volum. 1572. 8. *adde:* subnexis ad calcem notis Cruserii, Xylandri & H. Stephani.

374. In Indicibus auctorum à Plutarcho & Galeno allegatorum sunt quædam omissa, festinante typpographo, quæ alibi à me supplebuntur.

Digitized by Google

408. v. 12. à fine *poſt verba* ut ipſe poſtea, *adde*, in Annalibus Turcicis.

Ibid. v. 5. à fine poſt Μαμῶν, *adde:* Jacobus Tollius V. C. Rigaltianam Achmetis editionem cum Codicibus quatuor Vindobonenſib⁹ contulit ex iisq; ſupplevit lacunas, & ad bis mille loca emendavit, quod Tollii exemplar apud fratris ejus filios hærere teſtatur egregius vir Henninius animadverſ. ad Epiſt. VI. Tollii itinerariam p. 188.

409. v. 20. poſt *Sirin*, adde: Thomam Morum maximam partem Alphabeti ſui compendiarii Propheticorum iconiſmorum ex hoc Achmete compoſuiſſe notat Laurentius Lundius in limine Bibliothecæ ſuæ Græcæ.

411. in argumento capitis XIV. omiſſus eſt liber Ptolemæi de judicandi facultate & animi principatu, qui in capite ipſo neutiquam eſt omiſſus.

448. v. 7. à fine pro collectione *lege* collatione.

559. v. 22. pro Chriſtiani *lege* Gothofredi.

Cetera ingenio & humanitati
Lectoris permittuntur.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

RESTAURO del LIBRO ANTICO
Cav. G. DI GIACOMO
PESCARA
1973

Digitized by Google